

Google


LIBER
COLL.
BALL. OXON.



ANNOTATIONES PHILOLOGICÆ

In

NOVUM TESTAMENTUM,

Ex

POLYBIO & ARRIANO

collectæ

a

M. GEORGIO RAPHELIO,
Ecclesiæ Luneburgensis ad St. Nicolai Pastore.

HAMBURGI,
Apud CHRISTIANUM LIEBEZEIT, Bibliopol.
ANNO MDCCXV.


BODLEIAN
16
FEB
1928
OXFORD



Viro Generosissimo
BRANDANO LUDOLPHO de STÖTTEROGGEN,

Regis Magnæ Britanniæ & Electoris Brunsv. Luneburgensis Consiliario, Reipublicæ Luneburgensis Proto-Consuli, & Præposito ad D. Johannis,

Mæcenati & Patrono suo maximo,

S. P. D.

Georgius Raphelius.



Cum multæ sunt librorum dedicandorum caussæ; tum ea semper mihi visa fuit

 gra-

gravissima, quæ a cupiditate referendæ gratiæ proficiscitur. Eaque nunc me quoque ratio impulit, ut Tuo, VIR GENEROSISSIME, Nomini opusculum hoc inscribendum censuerim. Etsi enim hoc officii genus intelligo esse ejusmodi, ut nequaquam eo maxima Tua in me merita remunerari me posse sperem: nullum tamen inveniri posse arbitror, quod sit ad testandum animum meum accommodatius. Memoria enim repetens omne illud tempus, quo hic vivi, (sunt vero jam plus quam duodecim anni) tanta vi-

deo

deo a Te mihi esse tributa, ut gratias Tibi a me & haberi & agi oportere existimem immortales. Id vero, quia ratione consequi possim, non reperio, nisi beneficio litterarum. His enim quidquid mandatur, fideliter conservant, & ad posteritatem transmittunt. Quare libentissime harum opera utor, hancque epistolam non tantum testem esse volo praesentem Tuorum in me beneficiorum, pietatisque in Te meae, sed etiam monumentum perpetuum; quod intuentes nostri, quicunque futuri sunt posteri, quo inter se a-

nimo esse debeant, admoneantur; ut Stöttero ggii quidem se Raphelionum Patronos, hi vero illorum clientes se esse meminerint. Neque enim fas esse puto, commemorabilem illam Tuam cum erga omnes peregrinos benevolentiam, tum erga me plane singularem, nostræ ætatis memoria terminari, paucorumve conscientia quasi conclusam teneri. Sed cupienti mihi dudum hanc Tuam celebrare laudem, & in ea celebranda aliquam dare gratæ mentis significationem, occasio adhuc defuit; quæ nunc percommode

mihi se offerre videtur. Cum enim primum illum, quem ante sexennium in hoc genere edidi libellum, ad Praeceptorem meum incomparabilem, Doctorem *Fechtium* miserim; Te sortitus sum nunc habeo proximum, ad quem cum hoc altero veniam; quod is Tibi me tradiderit de manu in manum illam Tuam, humanissimam advenarum receptricem. Valuit autem illius commendatio apud Te tantum, ut eodem, quo ille, amore semper me fueris complexus, atque etiamnum complectare. Nam cum Tuis litteris

ad Di *Fechtinianæ* clatis commotus huc venissem, factum est Tua potissimum auctoritate, ut cunctis suffragiis id, cujus caussa veneram, adipiscerer. Qui postea Tuus in me favor fuerit, quam constans, quam multis indiciis declaratus, quid attinet dicere? cum tantum nunc addideris Tuis in me beneficiis cumulum, quantum ne sperare quidem ausus fuissem. Idque tanto majoris æstimandum puto, quod sponte Tua, nullis meque meis, neque aliorum precibus adductus, de munere isto Ecclesiastico mihi deferendo

)(cogi-

cogitaris. Perfecisti autem, quod cogitaras, Deo duce, adjutoribus Viris Generosissimis atque Consultissimis meique amantissimis, qui tum in consilio Tibi aderant; quorum itera ultroneis suffragiis non possum quin hic profitear me & vehementer fuisse delectatum, & in perpetuum Ipsis fore devinctum. Neque enim vereor, ne moleste feras, iisdem me literis & Tibi gratias agere, & iis, quos in me ornando habuisti consentientes. Quin & Filiis Tuis hac eadem epistola animum puto a me declarari o-

piendæ. Tanta ergo cum in Ipsis sit tamque varia eruditio, non dedignabuntur hoc opusculum, neque ægre patientur, eo Stötteroggianæ Familiæ erga me favorem quasi monumento quodam consecrari. Licet enim tantum sit chartaceum, ære tamen perennius fore spero. Certe, cum nullum sit officium referenda gratia magis necessarium, non minus hanc epistolam æquis Lectoribus probatum iri confido, quam probata fuit Jesuitis Gallis, hominibus humanissimis, ea qua Fechtiano nomini quantum debe-

deberem sum professus. (a) Neque aliud quidquam hic a me spectari velim existimes, nisi ut quamplurimi & Tua in me beneficia, & meum in Te animum cognoscant. Quamvis enim in Te colendo nihil ad summum studium summamque observantiam fecerim reliquum, nunquam tamen ipse mihi satisfeci, semperque majus

jus

(a) Memoires de Trevoux du Janvier 1711. Article VIII. *Nous finissons par la préface, parce qu'elle n'est point de l'Auteur du Livre ; elle est de Mr. Fecht son Maitre & son Patron. Mr. Raphelius lui dédie son Livre, & dans son Epitre dédicatoire il lui marque toute la reconnoisance, qu'un honnéte homme peut faire paroître pour un ami genereux.*

jus quiddam a me præstari oportere judicavi. Quod nunc me assecutum arbitror. Quid enim majus a me dari possit, quam in quo elaborando aliquot annorum consumserim tempora succisiva; cum scholasticæ occupationes sæpe multis diebus vix paucas nobis horas arbitrio nostro collocandas concedant. Neque vero ignoro, nihil esse, quod Tuis in me meritis respondere, ullamve illorum partem æquare possit. Neque eo consilio hunc Tibi libellum offerendum statui, quod ita debito me omni exsol-

vi posse credam, sed quum me semper Tuum debitorem fore hoc quasi chirographo testatum apud Te Tuosque omnes relinquam. Et licet beneficia Te non foenerari sciam, tamen quas ego pendam usuras, non aspernaberis, quas quidem plusquam [illegible] promitto. Eæ vero erunt preces & vota, quibus Deum orare nunquam cessabo, ut ætati Tuæ jam ingravescenti novas in dies sufficiat vires, quo & Civitas universa Tuis regatur prudentissimis consiliis, & Ecclesia una cum Schola Tuo fruatur benignis-

gnissimo patrocinio quamdiutissime. Vale ergo, VIR GENEROSISSIME, & cum totius civitatis salutem tuendam susceperis, meam quoque meorumque, quod semper fecisti, fac, quaeso, porro tueare. Scrib. Luneburgi Cal. Novemb. M. DCC XIV.

I. N. J. C.

PRÆFATIO
Ad
LECTOREM BENEVOLUM.

Cum ante annos ſex annotationes ederem in Novum Teſtamentum ex Xenophonte collectas, animus non erat, in eodem ſcribendi genere diutius verſari, neque ut Xenophontem, ita alios etiam excutere ſcriptores profanos. Quanquam enim quod in iſto auctore feceram, idem in aliis quoque utiliter fieri poſſe credebam, minimeque labor ille mihi erat injucundus: tamen aliud quoddam opus aggredi placebat, majoris illud quidem negotii, ſed fructus etiam, ut arbitror, uberioris. Statueram enim, vel plane omisſis, vel ſaltem ad tempus intermisſis

)( )(pro-

profanis, sacris totum me involvere litteris, atque omne meum studium, laborem, industriam conferre in Veteris Testamenti libros Græce conversos, & quid eorum oratio commune haberet cum Novi Fœderis sermone, exquirere. Ut ita ad intelligendos Apostolos, interpretes adhiberentur familiares ipsorum, Prophetæ; cum inter omnes constet, illos horum non verbis minus, quam rebus subinde usos esse. Jamque legere ingressus eram septuaginta interpretes, singulos versus Græcos cum singulis Hebræis conferens: cum e cursu ipso ad alium me scriptorem revocaret ille Græcorum librorum promus, celeberrimus JOH. ALB. FABRICIUS. Is namque & coram mecum agebat, & deinde per litteras (a) me hortabatur, ut eodem, quo

Xe-

(a) A. MDCCX. d. VIII. Cal. Augusti: *Non minus vero vebementer a me es rogandus, ut Polybium, quem cum sacra Novi Fæderis dictione comparaturum in manus sumsisse te vebementer gavisus sum, neutiquam deponas, sed quantum muneris tui rationes patientur, pro laudatissimo tuo in litteras, sacras præsertim, studio strenue in illo pergas.*

Xenophontem modo, POLYBIUM pervolverem, ejusque dictionem ad ſacros uſus transferrem; quod ISAACUS CASAUBONUS voces nonnullas, quæ in divinis noſtris litteris & alibi ſint rariores, in hoc maxime ſcriptore frequentes eſſe animadverterit. (b) Quibus ego verbis in-

 cita-

(b) In Notis ad N. T. Matth. I. 19. ad verbum παραδειγματίσαι. *Sunt & aliæ quædam voces in his libris, quæ vel non facile alibi, vel nusquam frequentius, quam apud Polybium reperias: cujusmodi ſunt*, εὐδοκεῖν, ἀθετεῖν, ἀντοφθαλμεῖν, *&* φαντασία *in ea ſignificatione, qua utitur Lucas in Actis.* Confer Caſauboniana a Viro Celeberrimo Joh. Chriſtoph. Wolfio edita, pag. 69. Idem cum Patre ſenſit filius, Mericus Caſaubonus in Notis ad Polybium pag. 210. *Rarum id verbum* (ἐπισύστασις) *& non alibi, quod ſciam, præterquam in N. T. obvium, qualia certe non pauca, de quibus alibi, Deo volente, uni Polybio, & ſacris noſtris libris peculiaria.* Idem etiam ſenſiſſe Alexandrum Morum memorant. Et de Carolo Mætio memoriæ proditum eſt a Joh. Hornbeckio in orationibus, *cum ad emendandam ſcripturæ divinioris interpretationem Belgicam animum adjiceret, eum in hiſtorico illo pervolutando aſſiduum fuiſſe, ratum, ad ſacræ dictionis contextus intelligentiam, iſtius loquendi formulas momenti non parum afferre*; uti hæc refert Celeberrimus Georg. Guil. Kirchmajerus in Programmate de contemtione literarum elegantiorum, A. 1710.

citatus continuo me contuli ad Polybium; de quo vere judicasse Casaubonum, mox re ipsa sum expertus, & copia harum annotationum declarat. Usus autem sum editione Polybii, quam accuravit Jac. Gronovius tribus tomis in forma, quam vocant, octava, anno M DC LXX. Amstelodami.

Atque hæc quidem caussa fuit, qua adductus ad Polybium potissimum accessi. Arrianum vero, ut ei adjungerem, eo sum impulsus, quod recens eram ab ejus lectione, atque nonnulla in eo deprehenderam, quæ notatu non videbantur indigna. Postquam enim me Xenophonteo labore expedieram, nihil habui antiquius, quam ut Arrianum legerem, quem scirem ab antiquitate minorem Xenophontem ob similitudinem scriptorum appellatum. Plurimum autem temporis tribuebam iis libris, quos *de expeditione Alexandri M.* reliquit. Consilium enim ceperam novam eorum adornare editionem, quæ studiis

ma-

maxime inserviret juventutis, quæque ita esset comparata, ut ex Bœcleri consilio, ARRIANUS & CURTIUS inter se compararі, sicque una opera utraque lingua excoli posset. Sed de tota hac re non est hic exponendi locus. Fiet id olim, si quando reperietur, qui sumtus velit facere tantos, quantos meretur elegantissimus Scriptor. Nunc illud tantum significandum est, capita singula, in quæ divisi sunt libri in præstantissima Jac. Gronovii editione, a me necessario in minores sectiones, sive versus, partienda fuisse, ne opus esset, ob unum sæpe verbum ex eo citatum, integrum perlegere caput. Cumque sperarem etiam in *dissertationibus Epicteti*, quas idem Arrianus, discipulus illius, scriptis mandavit, fore nonnulla, quæ ad institutum meum facerent, neque eas volui prætermittere, licet non ejusmodi, qualem optarim, ad manum mihi fuerit editio. Contentus enim cogebar esse ea, quæ cum Jac. Schegkii interpretatione latina prodiit

Genevæ MDXCIV. nisi quod in quibusdam locis Wolfianam, illa multo meliorem, ab amico commodatam, consuluerim. Percurri etiam ejusdem Tactica, a Scheffero edita. Quod autem ex utroque Scriptore plerumque loca paulo verbosius adduxerim, feci id eo consilio, ut quivis ex totius orationis serie ipse de vera verborum significatione judicium facere possit. Atque hæc de Polybio & Arriano.

Sed quædam etiam de universo hoc instituto dicenda arbitror. Intellexi enim, cum superior, quem in hoc genere ex Xenophonte conscripseram, libellus exisset, non eandem omnium de eo fuisse sententiam. Et in publicis quidem scriptis qui ejus mentionem fecerunt, quantum mihi quidem constat, ad unum omnes bene de eo existimarunt. (c) Pri-

(c) Memoire de Trevoux du Janvier 1711. Article VIII. Verba ipsa adscribam, cum libri isti apud nos quidem non adeo sint in multorum manibus. *L'ouvrage de Mr. Raphelius est tres utile,*

Privatis etiam litteris quidam summæ cum benevolentiæ testificatione suam declararunt approbationem. Quorum omnium cum judicio delector, tum humanitati ipsorum gratias ago ingentes. Sed sunt alii ab his multum diversi, quorum partim ipse sermones audivi, partim ex aliis cognovi, quibus indignum videtur misceri sacra profanis, nec fieri posse putant, ut Gentilium libri quidquam conferant ad N. T. intelligentiam, quod non eo sermone, quo cæteri Græci sunt usi, sed Hellenistico, id est, Hebraismis referto scriptum arbi-

utile, & peut servir de modele à ceux qui voudroit travailler sur tous les auteurs profanes, comme il a travaillé sur Xenophon. Il n'y a peut etre point d'expression ni même de mot dans l'Ecriture, dont on ne trouvôt quelque exemple, si l'on excepte les termes de Religion, & les noms des choses qui n'etoit connues que chez les Juifs. Item unschuldige Nachrichten 7 Ordn. Ao. 1709. pag. 429. Georg. Guil. Kirchmajerus in Programmate modo citato pag. 3. Jo. Christoph. Wolfius in Notis ad Casauboniana pag. 275. M. Joh. Herm. von Elswich in dissert. de recentiorum in novum fœdus Critica, Wittenb. Ao. 1713.

trantur. Interroganti cuidam, num post Xenophontem in alio quoquam scriptore similem operam ponere cogitarem, cum in Polybio id jam me orsum respondissem, tum ille subridens, ergone, inquit, & Polybius erit N. T. interpres? Quin etiam inventus est, qui se statuere diceret, non sacros scriptores ex profanis, sed profanos ex sacris interpretandos esse. Et fortasse alia sunt his similia nonnullorum judicia. Quibus tamen omnibus hoc æquioribus me usurum spero, si modo novitatis invidiam amolitus fuero. Id enim vel maxime obstare video, quo minus hic labor omnibus probetur, quod novum hoc quibusdam inceptum esse videatur. Nam si sciant & cogitent, idem hocce fecisse optimos interpretes; aut non audebunt, moti horum auctoritate, in me reprehendere, quod in illis laudatur; aut si me accusabunt, maximos Theologos accusabunt, quos ego auctores habeo, cum quibus vituperari hac in parte laudi

mihi

mihi potius quam vitio ducam. Neque vero ſollicite conquiram exempla eorum, qui ad illuſtrandas interiores noſtras & arcanas Litteras, lucis aliquid ab exteris mutuari non ſunt veriti; ſed paucisſimis contentus ero. Ut autem a veteribus Eccleſiæ doctoribus ordiar, primum in medium veniat magnum ingenium HIERONYMI, qui linguæ Græcæ cognitione inter Patres Latinos unus omnium maxime, vel potius ſolus excelluit, cujus induſtriæ hanc quoque Eraſmus tribuit laudem in vita ipſius. *Nullum omnino, inquit, ſcriptorem prætermittebat, unde non aliquid decerperet, non ethnicos, non hæreticos. Noverat enim vir prudentisſimus ex ſterquilinio legere aurum: noverat e fruticibus melleum deſumere ſuccum, aranea ſua relinquens venena: & jam tum ab Ægyptiis quicquid poterat convaſabat, hoſtium opibus Domini templum locupletaturus.* Is igitur qua via latentes vocabulorum ſignificationes inveſtigare atque eruere ſolitus fuerit, intelligere licet ex ipſius Commentario in cap. II. v. 14. epiſtolæ ad

trantur. Interroganti cuidam, num poſt Xenophontem [illegible]o quoquam ſcri- ptore ſimilem [illegible] ponere cogita- re [illegible] id jam me orſum [illegible]e ſ[illegible]idens, ergo- [illegible] N. T. inter- [illegible] eſt, qui ſe [illegible] ſcriptores ex [illegible]acris interpre- [illegible] alia ſunt his ſi- [illegible]icia. Quibus [illegible]equioribus me u- [illegible] novitatis invidiam [illegible]d enim vel maxime [illegible]o minus hic labor o- [illegible]ur, quod novum hoc [illegible]ceptum [illegible]ideatur. [illegible]x cogi[illegible] hocce [illegible]s inte[illegible] non au- [illegible]ho[illegible]te, in me [illegible]audatur; aut [illegible]os Theologos [illegible]uctores habeo, [illegible] hac in parte laudi mihi

mihi potius quam vitio duc... Neque
vero sollicite conquiram ... la eo
rum, qui ad illustrandas ...
stras & arcanas Litteras, lu...
exteris mutuari non ...
cissimis contentus e...
teribus Ecclesiæ doct...
mum in medium venia...
nium HIERONYMI, qui ling...
gnitione inter Patres Lati...
mnium maxime, vel potius so...
luit, cujus industriæ hanc qu...
rasmus tribuit laudem in vita ...
*Nullum omnino, inquit, scriptorem pr...
mittebat, unde non aliquid decerperet, non ...
nicos, non hæreticos. Noverat enim vir p...
dentissimus ex sterquilinio legere aur... n...
verat e fruticibus melleum desume... ...
aranea sua relinquens venena: ...
ab Ægyptiis quicquid poterat con... ...
stium opibus Domini templum lo... s.*
Is igitur qua via latentes ...
significationes investiga...
solitus fuerit, intelligere...
Commentario in cap. II. v. ...

ad Titum Tom. IX. fol. 158. G. ed. Lugd. *Sæpe mecum considerans, quid sibi vellet verbum περιούσιον, & a sapientibus seculi hujus interrogans, si forte alicubi legissent: nunquam invenire potui, qui mihi quid significaret exponeret. Quamobrem compulsus sum ad vetus instrumentum recurrere, unde arbitrabar & Apostolum sumpsisse quod dixerat. Hebræus enim ex Hebræis, & secundum legem Pharisæus, utique id ponebat in epistola sua, quod in veteri testamento legisse se noverat. In Deuteronomio itaque reperi.* Et licet Hieronymus id quod quærebat, a nullo secularium litterarum perito discere potuerit: apparet tamen, qui mos ipsius fuerit indagandi sensus verborum. Idem fecit in nomine ἀποκαλύψεος Gal. I. v. 12. Tom. IX. fol. 95. G. *Verbum quoque ipsum ἀποκαλύψεως, id est revelationis, proprie Scripturarum est, & a nulla sapientium seculi apud Græcos usurpatum.* Quod si verba hæc a quoquam sapientium seculi apud Græcos usurpata reperisset, quis dubitet, quin eorum loca libenter allegasset. Sicuti quo vim verbi περιφρονείτω Tit. II. v. ult. ostendat, Socratis dictum

ci-

citat, quo eum usum Aristophanes fingit in Nubibus: *Tale quid intumescens superbiæ vanitate, & cælum ipsum solemque despiciens apud Græcos quidam dixisse deluditur:* ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, *quod nos Latine possumus dicere: scando per aërem, & pluris me novi esse quam solem,* Tom. IX. fol. 159. C. Atque hoc fieri oportere in tractandis S. Scripturis, ut verba ignota, partim quærendo ex aliis, partim multa lectione intelligere studeamus, docet AUGUSTINUS, qui fere æqualis fuit Hieronymi. (d) Idemque Augustinus, ut de-

cla-

(d) August lib. 2. de doctrina Christiana cap. 14. *Aut ignotum verbum facit hærere lectorem, aut ignota loquutio. Quæ si ex alienis linguis veniunt, aut quærenda sunt ab earum linguarum hominibus; aut linguæ eædem, si & ocium est & ingenium, ediscendæ; aut plurium interpretum consulenda collatio est. Si autem ipsius linguæ nostræ aliqua verba loquutionesque ignoramus, legendi consuetudine audiendique innotescunt. Nulla sane sunt magis mandanda memoriæ, quam illa verborum loquutionumque genera, quæ ignoramus, ut quum vel peritior occurrerit, de quo quæri possint; vel talis lectio, quæ vel præcedentibus, vel consequentibus, vel utrisque ostendat quam vim habeat, quidve significet quod ignoramus, facile adjuvante memoria possimus animadvertere & discere.*

claret, quomodo Deus homines trahere dicatur Joh. VI. 44. hemistichion ex Virgilii Ecloga 3. affert: *Trahit sua quemque voluptas*, eoque istum Dei tractum pulchre explicat, judice Chemnitio in Harmonia pag. 858. Atque hæc ex illo seculo adduxisse sufficiat, quo in Ecclesia maxime studia litterarum floruerunt. Neque dubium est, quin in ista luce doctrinæ etiam alii rectam hanc scrutandæ Scripturæ secuti sint viam; donec tandem ætas illa succesit tenebricosissima, hominum ejusmodi, in quibus adeo nulla fuit linguarum cognitio, præter latinam eamque inquinatissimam, ut etiamnum eorum imperitia proverbio eludatur, quod de linguis ignotis usurpari solet, dum Græca esse, legi vel intelligi non posse dicimus; cui similem barbariem verendum est ne nobis tandem reducat horum studiorum neglectus atque contemtus. Sed ad propiora tempora veniamus, quibus Græcæ litteræ primum ex tristi illa caligine emerge-

re, & tandem mirabiliter exſplendeſcere cœperunt. Longum eſſet omnes enumerare, qui tunc vel in ſola Germania laude iſta excelluerunt. De uno alteroq; tantum dicam, & quidem ex ſola Eccleſia noſtra. PHILIPPUS MELANCHTHON, communis ille Germaniæ Præceptor, quanquam ſcientiam habuit rerum humanarum divinarumq; inſignem, tamen præcipua fere eruditionis ejus pars fuit Græci ſermonis notitia, qua omnibus adeo præſtitit, ut ejus potiſſimum opera in Bibliis ſacris vertendis uſus ſit Lutherus, quoties de Græcis vocabulis quæſtio incideret. Is ergo huc ait ſtudia linguarum referenda eſſe, ut veram verborum in ſacris libris ſignificationem quæramus, in Corpore doctrinæ Chriſtianæ pag. 419. *Uſitatiſſimum eſt πίςιν pro firma aſſenſione dicere, in qua ſignificatione opponitur incertæ opinioni. Sic Plato inquit, homines non habere μόνιμον πίςιν de idea boni, id eſt, ſtabilem aſſenſionem. Etſi enim homines intelligunt recta, tamen propter contumaciã cordis, propter pravas cupiditates aſſenſio excutitur.*

Es

Et vicina est significatio, Fiducia, sicut in versu Theognidis, πίστει χρήματ' ὄλεσσα, ἀπιστείῃ δ' ἐσάωσα. Et apud Hesiodum: Fiducia & diffidentiæ fuerunt exitiales. Ceterum aliæ sunt significationes, quarum præcipua est, πίστις pro fidelitate, id est, pro virtute pacta servante. Hæc ubi locum habeat in sacris libris, diligenter considerandum est. Nam profecto in judicandis controversiis Ecclesiasticis, in quolibet loco vera verborum significatio, sententiæ congruens, quærenda est. Huc studia linguarum referenda sunt. Eadem ratione ad confirmandam veram vocabuli ἐυαγγελίυ significationem testimonia citat Plutarchi ex vita Artaxerxis & Pompeji pag: 409. Neque solum ipse hoc subinde fecit, sed etiam JOACHIMUM CAMERARIUM, quem ad hanc rem aptissimum videbat, ut istum laborem susciperet, hortatus est; quem laborem ne detrectaret Camerarius, vehementer ipsum JOH. BRENTIUS epistola quadam obsecrat, digna sane, quæ ab omnibus legatur, & qui harum litterarum studia amant, & qui aversantur. Ejus exemplum infra

scri-

scriptum est. (e) Et præstitit CAMERARIUS quod rogabatur, magna cum laude, edita *Notatione figurarum sermonis in libris N. T.* Jam quid de iis dicere aggrediar, qui ab illo tempore, commotis semel hisce studiis, in Novi Fœderis libros commentati sunt? quorum neminem fere invenias, qui Græcorum Scripta legerit, quin eorundem adminiculo ad sacros libros explicandos usus fuerit. Triumviri isti, CHEMNITIUS, LYSERUS & GERHARDUS, Harmoniæ Evangelicæ auctores, quoties

(e) *Memini Philippum tibi injungere hoc laboris, ut difficiliora Græca vocabula in N. T. dilucidius, juxta genuinas eorum significationes, e Græcis tuis auctoribus enarres. Itaque & ego vehementer obsecro, ut hoc, quidquid est, laboris non detrectes, &, si inceperis, precor, ut feliciter pergas. Ita enim non solum nomen tuum orbi commendabis, quod te non requirere scio, sed etiam de Ecclesia Jesu Christi optime mereberis, id quod pro tua integritate solum spectas.* Vid. Th. Crenii Animav. Phil. & Hist. Parte III. pag. 146. Cui propter vindicatam ab oblivione epistolam hanc Theologi ea & pietate & doctrina, ut vel hujus solius auctoritas satis tueri institutum hoc queat, maximas omnino par est agi haberique gratias.

ties de vocabulis sacris Scriptores profanos consuluerint, declarat index auctorum, in quo Aristophanes, Aristoteles, Euripides, Herodotus, Hesiodus, Plato, Plutarchus, Polybius, Thucydides, Xenophon, aliique citantur. Nec minus multos allegatos videas a JACOBO WELLERO in Annotationibus in epistolam ad Romanos. HUNNIUS etiam vim præpositionis κατὰ in verbis Pauli Gal. II. 11. ex Aristophane accersit. Et SCHOMERUS verbum πάσχειν Gal. III. 4. ex Plutarcho aliisque Scriptoribus Græcis explicandum censet. Omnium vero hac in parte industriam vicit ERASMUS SCHMIDIUS in Notis ad Nov. Testamentum. Horum ergo & aliorum, quos nihil attinet omnes enumerare, vestigiis cum ego insistam, quis me novi quid moliri arguat? Sed hic nobis occurretur a nonnullis, quos item placare hac præfatione atque conciliare nobis cupimus, qui negabunt, quod a me fiat, idem ab illis, quos nominavi, aut a quoquam alio factum.

ctum. Cæteros enim omnes aut sparsim scriptis suis inseruisse excerptos ex alienis auctoribus tanquam peregrinos flosculos; aut, si qui mera profana congesserint, ut ante annos non ita multos, iterumque nuperrime LAMBERTUS BOS, non tamen eos in uno scriptore elaborasse, sed per omne genus scriptorum vagatos optima quæque selegisse; nisi forte BOGANUS in eo numero haberi possit, qui *Homerum hebraizantem* ediderit; nam JACOBUM quidem DUPORTUM contulisse in *Gnomologia Homeri* non voces, sed sententias sacras cum Homericis. Sed cum his mihi, spero, facile conveniet, cum non totum hoc reprehendant, sed parcius tantum fieri velint. Si enim genus ipsum interpretandi probant, quid est, cur eos copia rerum probatarum offendat? cum quisque ex magno numero tantum possit sumere, quantum velit, cætera nullo suo incommodo prætermittere. Neque enim hæc ita sunt scripta, quemadmodum perpetui Com-

 men-

mentarii, ut nisi cuncta legantur, pauca non possint satis intelligi; sed singulæ annnotationes separatim & intercise suis quasi finibus, iisque plerumque angustis sunt terminatæ, ut quas sibi quisque usui fore speret, eas percurrere, res sit minimi & temporis & laboris. Quibus ergo res ipsæ non displicent, iis non video qui ingrata esse possit earum multitudo nihil obfutura. Si qui vero annotatiunculas nonnullas judicant esse minoris momenti: velim cogitent, non eadem omnibus videri levia atque gravia; sed, ut in cibis alii aliis saporibus delectantur, ita in studiis non minorem esse ingeniorum diversitatem. Ego autem operam mihi dandam censui, omnibus aut saltem pluribus ut placeret quem fecissem libellum. Inde factum est, ut non unius generis sint hæ annotationes. Modo enim verborum, modo locutionum natura & significatio explicatur, modo constructio dubia exemplis confirmatur, modo Græcismi ab Hebraismis vindicantur,

modo

modo elegantia sermonis Biblici ostenditur, modo sententia sacræ similis affertur, interdum etiam aliquid ex veteri historia depromitur, & quæ sunt aliæ varietates, curioso atque perito harum rerum lectori non plane nihil, ut spero, præbituræ voluptatis. Et quantumcunque nonnulla videantur levicula, nequaquam tamen sunt contemnenda, si vel tantillum faciant ad certam sacræ dictionis intelligentiam. Scite ERASMUS in præf. Annot. in N. T. pag. 3. *Cur in ciborum apparatu tam morosi sumus, in cultu minimis etiam offendimur, in re pecuniaria nihil est tam minutum, cujus non habeatur ratio, in solis literis divinis displicet hæc diligentia, placet neglectus?* Quod vero initio mihi unum, nunc duos tantum scriptores delegerim, quos cum N. T. contenderem, id tantum abest a justa novitatis reprehensione, ut jam olim FLACIUS idem & optarit fieri, & ipse quasi formam operis descripserit. Quem locum placuit totum huic præfationi subjicere. Hoc autem æquiores mihi fore puto ju-

 stos

ſtos rerum æſtimatores, quo durior eſt mea, cum uno alterove tantum Græco verſantis conditio, quam aliorum; quibus negotium eſt cum univerſa non Græcorum modo, ſed Latinorum etiam natione. Quis enim non intelligit, quanto plus & diligentiæ & conſtantiæ hic requiratur? diligentiæ, ut, cum ipſe tibi cancellos circumdederis paucorum librorum non ſane amplos, ſi cum tota Græcia totoque Latio comparentur, aliquid tamen, quod non jejunum aut inops plane ſit, efficias; conſtantiæ, ut ipſe te variæ lectionis jucunditate privare, atque tamdiu in uno alterove ſcriptore hærere ſuſtineas. Quod ſi nihil hæc res habeat laudis, id tamen certe aſſecutum me ſpero, ut hoc plus fidei habeant hæ annotationes, quo magis veroſimile eſt, paucorum mihi ſermonem, cum quibus ſolis aliquot annos, excluſis fere aliis, conſuetudo mihi fuit, familiarius notum eſſe, quam ſi cum pluribus ſimul commercium habuiſſem; cum facile

fieri

fieri posſit, ut qui ex variis auctoribus hinc inde aliquid excerpunt, interdum ſententiam eorũ non ſatis aſſequantur.

Sed jam depulſa novitatis opinione, neceſſe eſt paucis exponam omnẽ meã de hoc interpretandi adminiculo ſententiam; ne quis forte aliter, atq; ego ſentio, de hoc labore exiſtimet, ſed ut liquido de toto ſenſu meo judicare poſſint, quicunq; hæc modo legere maluerint, quã incognita cauſſa inſtitutũ hoc damnare. Ego ſic & a Præceptorib⁹ meis accepi, & ex aureo illo WOLFGANGI FRANZII libro de interpretatione didici, uti in quovis ſcripto, ita & in ſacro codice enarrando hæc duo ſpectanda eſſe, res & verba. Ad res pertinere, ut primum omnium conſtet, quid ſit id, de quo agatur; deinde quæ antecedant, quæ ſequantur locũ iſtum, qui in dubitationem cadit; tum alibi ne idem aliis verbis & magis perſpicue ſit dictum, quæ loca parallela dicuntur; denique tempora conſideranda eſſe, quibus quæque ſcripta ſunt, nec non mores

& instituta eorum, de quibus & ad quos scripta sunt. Verborum notitiam hauriendam esse vel ex ipsis illis, quos explanandos sumsimus, libris, adhibitis verborum indicibus, quos cum ex aliis scriptoribus multis, tum ex S. Litteris summa industria confectos habemus. Concordantias vocant, quas Franzius non immerito summis effert laudibus. (f) His ego præceptis obtemperans, quæ ratio ipsa præscribit, ita versor in obscuris Novi Testamenti locis, quemadmodum omnes sanos versari arbitror, ut, si ea sententia, quam ex verbis concepi, argumento quod tractatur, non conveniat, tum verba illa, quæ dubitationem videntur afferre, in Commentariis, & hi si non satisfaciant, in Concordantiis inquiram; in quibus si commodam eorum significationem, & loco, in quo hæ-

(f) In Tractatu de Interpret. Sacr. Script. cum alibi sæpius, tum pag. 52. *Potius carebit pius & diligens scrutator Scripturarum, & quidem fontium Veteris & Novi Testamenti, aliis libris multis: Concordantiis utrisque istis carere citra magnum studiorum sacrorum detrimentum nequit.*

hæreo, congruentem inveniam, nihil equidem magnopere puto requirendum amplius. Sed ſunt nonnulla & vocabula & loquendi genera, quæ ex ſolo N. T. nequáquam intelligi poſſunt, propterea quòd eo, quo exſtant loco, antecedentia & conſequentia eorum ſenſum non oſtendant, neque ea alibi usquam, vel æque dubie, aut non eo, quo nobis opus eſt ſenſu occurrant. Enumerare poſſem multa hujus generis; ſed pauca ſufſecerint. De verbo ἀπάγχεσθαι quam copioſe diſputatum eſt a viris eruditisſimis? quibus ſi profanos ſcriptores interdixiſſes, nihil omnino de eo dicere potuiſſent, neque nos quidquam certi haberemus. Idẽ nobis uſu veniret in aliis multis. Tolle profanos ſcriptores, & dic, quid nominis ſit ἀσύνθετος, quid ἄστοργος, quid ἄσπονδος, quid ἀνήμερος, Rom. I. 31. & 2 Tim. III. 3. quid ἆσσον Act. XXVII. 13. quid χάραξ Luc. XIX. 43. quid πολίτευμα, Phil. III. 20. quid ἀποκατάστασις Act. III. 21. quid alia innumera, non modo ἅπαξ λεγόμενα, sed

etiam sæpius usurpata? Quid? ἐπιβάλλειν nonne pluribus locis in N.T. reperitur? Numquid tamen illis adjuvaberis ad intelligendum, quid sit ἐπιβαλὼν Marc. XIV, 72. Fac periculum in phrasibus; idem experiere. Unde enim cognosces, quid sit τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπειν 2 Cor. X. 7. unde quid συγκλείειν εἰς πίστιν Gal. III. 23. quid πίστιν παρέχειν Act. XVII. 31. aliaque. Non enim ex singulis verbis de tota phrasi judicandum est, sed ex usu cujusque linguæ, *quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi*. Neq; dubium est, quin multis in locis labamur ignoratione phrasiū. Ipse BEZA, quod mireris, Interpres Græcæ linguæ peritus inprimis, verbo φρονεῖν Matth. XVI. 23. significari ait, Petrum arrogantia & falsa quadam de se persuasione peccasse; merito ob id notatus a Casaubono; cum non tantum videndum sit, quid φρονεῖν per se significare possit, sed quem sensum apud Græce loquentes habuerit in illa loquendi ratione φρονεῖν τὰ τ. θεοῦ. Hæc talia

lia igitur investigare in Græcis Scriptoribus suscepi, meo quodam studio incitatis; quod qui vituperat, haud sane intelligo, quidnam sit, quod in hoc genere laudandum putet. Nam prima certe nobis in legendis S. Litteris cura esse debet verborum, ut eorum vim probe habeamus cognitam atque perspectam. Eam vero cognoscendi, præter ipsas S. Litteras, una ratio est, Græcos consulere scriptores. Ab his si discesseris, eosque tanquam duces neglexeris, incertus multis in locis vagere necesse erit, nec quid in verbis dubiis potissimum sequare habebis. Quoties vero aliquid reperi, quod accuratiori consideratione dignum videretur, non meo unius judicio steti, sed cum iis sententiam meam contuli, quos posse judicare arbitrabar. Ex quibus unum nominare liceat HENRICUM JONATHANEM WERENBERGIUM, primarium, dum viveret, urbis nostræ Theologum, quem proximo superiore anno amisimus summo omnium bonorum dolore,

meo inprimis, qui ejus morte gravius vulnus accepi, quam quisquam credat, cui multa nostra de hisce studiis colloquia non sunt cognita. Quantum in eo fuerit S. Litterarum studium, declarat opus illud ingens Bibliorum Tripolitanorum, quod sub finem vitæ meditabatur. Cujus operis quam formam ipse animo conceperit, intelligere licet ex ea, quam edidit explicatione Capitis LIII. Jesaiæ. Erat ingenium acre, judicium Græcarum & Hebraicarum litterarum exercitatissimum, amor præterea orthodoxiæ summus. Unde creberrimos cum ipso de hisce Annotationibus habui sermones; interdum etiam aliquid de ipsius sententia in iis corrigebam; neque ulla earum est alicujus momenti, quam non ipse cognitam probarit. Licet enim nunc demum prodeant, multo ante tamen, quam ipse e vivis excederet, eas absolveram. Quare nihil in illis repertum iri spero, quod quisquam in Ecclesia nostra jure possit reprehendere.

re. Neque enim ego is ſum, qui novis & antehac inauditis interpretationibus delecter. Quin imo cum non ignorem, eam eſſe seculi noſtri ſapientiam, ut nonnulli ſtatuant, vetuſtisſimas quasque ſententias maxime ſuſpectas habendas; ego tamen contra profiteri non vereor, me ita cenſere: ſi qua interpretatio recens afferatur, quæ nullum habeat piæ & eruditæ antiquitatis teſtimonium, vel cum ea plane pugnet, hanc multo magis ſuſpectam habendam; non, quaſi veteres nunquam errarint, aut recentiores nihil veri invenire poſſint; ſed hoc dico, ſi res in contentionem veniat, & momenta rationum utrinque ſint paria, plus auctoritatis atque ponderis habere debere antiquitatem. (g)

Atque

(g) *Chemnit.* in Exam. Conc. Trid. part. I. pag. 104. *Non probamus, ſi quis ſibi comminiſcatur ſenſum pugnantem cum tota antiquitate, & cujus plane nulla ſint Eccleſiæ teſtimonia.* Et quidni tantum nos tribuamus eccleſiaſticæ antiquitati, quantum Cicero ethnicæ, lib. I. Tuſc. cap. 12. *Et pri*

Atque utinam aliquis existeret ingenio præditus & doctrina, & Græcis maxime litteris excultus, simulque otio abundans, qui in nova multorum interpretamenta inquireret, eaque cum veterum commentationibus compararet. Equidem quoties in ea incidi, quod quidem aliquoties factum est, & cum superiores & cum hasce annotationes scriberem, fere semper veriores esse deprehendi sententias antiquorum.

Atque hoc quidem præcipue mihi fuit propositum, ut, quod Melanchthon & Brentius fieri volunt, *difficiliora Græca vocabula in N. T. dilucidius, juxta genuinas eorum significationes, e Græcis auctoribus enarrarem.* Proximum vero fuit, ut ostenderem, pure Græcam in plerisque locis esse N. T. dictionem, nequaquam vero tot in eo dari Hebraismos, quot credant nonnulli. Ad me quidem

quod

primo quidem utemur omni antiquitate, quæ quo propius aberat ab ortu & divina progenie, eo melius ea fortasse, quæ erant vera, cernebat.

quod attinet, mea nihil intereſt, Græco an Hebræo more ſcripſerint viri ſancti, dum ego eorum, quæ ſcripſerunt, ſententiam intelligam. In quibus enim libris non bene dicendi, ſed recte ſentiendi pieque vivendi ratio quærenda eſt, in iis de ſermonis elegantia magnopere laborandum non puto, ſed potius Ciceronem auctorem ſequendum lib. 1. de fin. *A philoſopho*, inquit, *ſi afferat eloquentiam, non aſperner: ſi non habeat, non admodum flagitem.* Idem nos de Apoſtolorum ſermone dicamus. Sed tamen cum de puritate ſermonis Græci in N. T. diu diſputatum fuerit, neque nunc omnes idem ſentiant: meum eſſe judicavi, quæ ab aliis in Hebraismorum numerum relata ſcirem, ea, ſi in Græcis ſcriptoribus invenirem, proferre, atque ita docere, ne hac quidem ſuavitate Deum omnino libros ſuos carere voluiſſe. Dari vero nonnullos Hebraismos non modo in iis locis, quæ ex V. T. allegata ſint, ſed etiam in aliis, ego non nego; cum ne

ipſe

Ipſe quidem *Eraſmus Schmidius*, acerrimus Hebraiſmorum oppugnator, id neget, ut Act. I. 21. & IX. 31. & quibusdam locis aliis. Sed neque mihi dubium eſt, quod idem Schmidius ſæpius teſtatur, plurimorum Hebraiſmorum matrem eſſe ignorantiam Græciſmorum. Sed hac de re accurate, ut ſolet, diſſeruit Præceptor & Patronus noſter ſummus, *Joannes Fechtius* in Præfatione Annotationum Xenophontearum.

Jam ſententias & locos quosdam, ex Epicteto maxime, quod interdum admiſcuerim ſi quis reprehendit, primum, quo me excuſari poſſe putem, eſt, quod quibusdam ſciam non ingratum id eſſe, ſi divinæ auctoritatis dicta videant humanæ rationis aſſenſu comprobata. Deinde, parcius iis indulſi, neque tam copiæ habui rationem quam delectus. Denique ſi quis ſibi his non patitur ſatisfieri, ſeveriorem defenſionem infra inveniet ex *Victorino Strigelio*. (h)

Ulti-

(h) In Hypomnem ad N. T. pag. 22. *Neque vero*

Ultimo loco illud commemorare liceat, percommode accidisse, ut Polybius & Arrianus in hoc opere fuerint juncti; quorum uterque æquo fere spatio, si rem ad vivum non reseces, abest a temporibus scripti Novi Testamenti. Nam uti Polybius circiter sesquiseculo Novum Testamentum superat: ita Arrianus non multo paucioribus annis illo est inferior; ut medio quasi inter utrumque interjecti sint scriptores sacri. Quæ ideo narrare visum est, quia sunt quidam viri boni, quibus ii scriptores, qui Evangelistas & Apo-

ro metuo reprehensionem quorundam indoctorum, qui vociferantur, nullam ethnicorum scriptorum mentionem in Ecclesia faciendam esse. Quod enim non officiat neque obstet pietati citatio ethnicarum sententiarum, quæ non pugnant cum vera Religione, ostendunt exempla Pauli & aliorum Græcorum & Latinorum scriptorum. Quis enim ignorat, Paulum laudasse versiculos Epimenidis, Euripidis & Arati? Quis porro tanta levitate est, ut ausit parum vel fidei vel reverentiæ tribuere Justino Martyri, Eusebio Cæsariensi & Augustino, quorum scripta habent in se miram rerum omnium varietatem, historias, fabulas, naturalia, Rhetorica, Mathematica, Geographica, Moralia, Theologica?

Apoſtolos ætate longe anteceſſerunt, ad horum verba interpretanda non videntur trahendi, propterea, quod tanto intervallo lingua Græca mutata, & fortaſſe vocabula nonnulla aliter priſcis illis temporibus, ac Apoſtolico ævo uſurpata fuerint. Sed de variis Linguæ Græcæ ætatibus breviter diſputari non poteſt Hoc tantum dico, nequaquam tantam & tam ſubitam factam mutationem, ut priorum temporum orationi nihil ſit cum N. T. commune. Id quod ex hiſce duobus ſcriptoribus intelligi poſſe puto. Cum enim vocabula quædam ex utrisque eodem ſenſu ſint citata, medio autem inter utrosque tempore vixerint Apoſtoli: quis dubitet eodem etiam ſenſu Apoſtolos iis uſos, præſertim contextu ſermonis ſignificationi iſti conſonante. Huic rei ut fidem facerem, interdum alios quoque ſcriptores adduxi, ut Act. XVII. 31. præter Polybium, allegavi ex ipſo Apoſtolico ſeculo Joſephum, ex ſecundo Plutarchum, ex quarto Euſebium.

Quod

Quod superest, Deum immortalem, autorem S. Litterarum, per Dominum nostrum Jesum Christum, cujus illæ dicta factaque continent, rogo precorque, ut Sancto Spiritu suo, datore atque doctore linguarum, verbi sui amorem in nobis in dies magis magisque accendat, simulque studium earum linguarum excitet, quibus ipsi ad homines uti placuit, Græcæ inprimis, quæ nunc fere una omnium apud nos maxime jacet neglecta. Utinam vero & ad inflammandum linguæ hujus studium, & ad intelligendum Salvatoris nostri Testamentum aliquid valeat opella nostra, hoc pio sane consilio suscepta; id quod omnes bonos ac eruditos probaturos confido.

)()()()(EX-

❧ § o § ❧

EXCERPTUM

ex Litteris

Viri Magnifici atque Summe Reverendi

POLYCARPI LYSERI,

S.S. Theol. Doctoris celeberrimi, Regi Magnæ Britanniæ Electorique Brunſwicenſi & Luneburgenſi a Conſiliis Eccleſiaſticis, Eccleſiarumque in Ducatu Luneburgico Superintendentis Generalis Graviſſimi,

ad Auctorem datis Cellis Saxon. d. XV. Kl. Decembr A. O. R. cIↄ Iↄcc xIII.

Perplacuerunt mihi Annotationes Philologicæ ad illuſtrationem N. T. è Xenophonte decerptæ & Tuo ſtudio collectæ. Servet Te DEus, ut quæ meditaris id genus alia ex animi ſententia conficias. Erit certè hic labor univerſæ Eccleſiæ multò fructuoſiſſimus. Digniſſimus is erat omnino, quem Theologus & annis & meritis in Eccleſiam gravis, Summè Venerabilis Dn. D. Fechtius ſuo condecoraret præconio. Eadem jam olim fuit ſententia Exegetarum uti f...

rum ita fidelissimorum, quippe qui maximo numero demonstrarunt, ejusmodi Animadversiones haud parum lucis interpretationi N. T. veræ ac genuinæ fœnerari. Unum nunc juvat & solum nominare τὸν πάνυ Martinum Chemnitium, at quantum Virum! Hujus Theologi omni meo encomio longissimè majoris Novum Testamentum Græcum asservo in scriniis, notis quas dicimus marginalibus iisdemque αὐτογraphis illustratum. In iis semel ac iterum ad profanos provocat Græcorum Scriptores, exegesin redditurus planiorem. Maximæ igitur res erit laudis, Theologi solidioris eruditionis gloria vel ipsis veritatis hostibus adstipulantibus incomparabilis institisse vestigiis, præsertim cum calculis suis dudum comprobaverint ab Eo probata

Interpretes ac Commentatores innumeri.

Ultimo placet addere locum ex Flacii Clave Script. Sacr. Part. 2. Tract. 5. pag. 462. unde appareat, tale quid hic me esse conatum, quale vir ille, sacri sermonis, si quis alius, peritissimus, dudum fieri optarit. Quamvis ea, quae ipse in hoc genere fieri voluit, ego ne quidem omnia secutus fuerim, nedum ut sim assecutus. Operæ pretium, inquit, sane esset, conferri S. Litteras, quod ad sermonem attinet, cum aliquibus profanis authoribus; forte enim & id, aliquid ad earum cognitionem prodesse posset. Utinam autem ii id beneficii Studiosis Theologiæ præstarent, qui excellenti quadam eruditione, ac præsertim judicio styli, alios literatos longissime antierunt. Ego, pro mea tenuitate parum quid in hoc genere monebo; aliis absolutionem tanti conatus commendaturus. In Thucydidis sermone solent Literati hæc sex potissimum celebrare: quod sit brevis verbis, & copiosus ac densus rebus; ita ut pro-

pemo-

perinodum verborum numerum, rerum copia consequatur. Esse ajunt grandem & efficacem vigentemque; esse in eo valde emphatica verba; esse crebras sententias; esse asperam compositionem. Hæc omnia sex, rectissime etiam in maxima parte S. librorum notari possunt. Nam primum, rebus sunt copiosissimi ac ditissimi. De qua eorum virtute, in proprio capite prolixius dictum est: ubi etiam ostendi, unde tanta rerum copia in Sacris confluat, & qua ratione connectatur. Secundo, verborum frugalitas ac parsimonia summa in eis: ut in cap. de Laconismo plenius ostendam. Tertio, grandem sermonem passim in Sacris occurrere, prius ostendi; & postea docebo, præsertim in eo capite, ubi de efficaci sermone disseram. Quarto, verba habet etiam sacer sermo cumprimis illustria, simul & emphaseos plenissima: qnod in cap. de metaphoris, & etiam hoc ipso, demonstravi. Quinto,

 de

de S. Literarum (ut ita dicam) sententiositate, aut copia sententiarum, supra prolixius disserui. Sexto, asperior compositio (quam, propter sermonis magnitudinem, & etiam rerum ipsarum austeritatem & gravitatem, teste Phalereo, solent adhibere eruditi Scriptores, & in temperando stylo cumprimis diligentes) etiam in Sacris Literis passim reperitur.

Homeri quoque sermo in multis conferri posset cum sacris Literis; excepta illa ejus nimia, Asiaticaque aut Ciceroniana redundantia verborum. Conveniunt enim in grandiloquentia, in efficacia sermonis, in evidentia: quod uterque mirifice ante oculos res proponit, ac simul eas vivis coloribus pingit; quod rebus mortuis crebro vitam, & insensatis sensum tribuunt; quod voces sunt valde significantes; quod ex rerum natura desumptæ. Sicut quidam, ob talem sermonis virtutem, Homerum naturæ poëtam vocarunt. Similitudini-

bus

bus ac metaphoris, iisdem cum Homero multum utuntur, sumptis a Leonibus, Serpentibus, Draconibus, Ventis, Pluvia, Nive, Pruina, Rore, Grandine, Fulminibus ac Tonitruis, Nebulis, Nubibus, Torrentibus, Petris, Montibus, Vallibus, aliisque rebus. Forte id fit ob aliquam regionum similitudinem. Phrases quoque aut locutiones & vocum tropi non pauci conveniunt. *Ponere alicui malum*, pro facere, statim initio Iliad. & postea sæpe. Sic etiam in Sacris crebro, *Ponere*, pro Facere, accipitur. Et mox, *Multum volo*, pro Magis volo, positivum pro comparativo: *Furari animum aut cor*: *Induere impudentiam aut virtutem*. *Venire*, pro Abire, aut Ire: sicut contra *Exire*, sæpe in N. Testamento, pro Venire. *Luctum alicui venire*: Iliad. 1. & Jes. 47. v. 9. *Viduitas ac orbitas Babyloni venient una die*: i. e. accident. Affirmatione, ex contrarii negatione, idem inculcant: *Eloquitor, ne celes*. *Cadere ad pedes alicujus*, aut *pedes apprehendere*, pro Orare: ut Sunamitis Elisæum orat 2 Reg.

de S. Literarum (ut ita dica... ac...
sitate, aut copia sententi...
lixius disserui. Sex...
positio (quam, pro...
tudinem, & etia...
ritatem & gra... ...ion...
solent adhib... ...am, de co...
temperat... ...ationum cum Sa...
tes) eti... ...pere aliquid dictum est.
perit... ...osset & Pindari magniloquentia, in multis, conferri cum S. Literarum sermone. De quibus forte alias prolixius dicetur. Hactenus *Flacius*.

Denique quod *Joach. Camerarius* de suis hoc in genere scriptis ait, idem nos de nostris dictum volumus. Ita autem ille in fine procemii, quod præmisit Notationi figurarum Orationis in Apostolicis Scriptis. *Hæc nostra opto, ut aliquibus pietatis & bonarum artium studiosis prosint, & ut doctis ac eruditis probentur. Nostrum certe consilium rectum fuit & honestum.*

J.N

MATTH. I, 19. 3

omnes perveniat. Publica ...minia, qua partim is, qui ..., partim alii deterren- ... Id vero sæpe fit si- ...exemplo ejusdem Po- ...98. pag. 1267. lin. ..., καὶ βελο- ...

NOT... PHILOLOG...
IN NOVUM TESTAMENTUM
EX POLYBIO & ARRIANO EXCERPTÆ.

IN MATTHÆUM.

CAP. I, 1. Βίβλος γενέσεως] i. e. *Genealogia.* Γενέσεως vocabulum plane aptum & proprium huic loco esse, Arrianus ostendit, qui aliquoties eo utitur de Alexandro, quando narrat, quibus majoribus ortus sit, vel ad quos saltem generis sui originem referri voluerit. Arrian. de exped. Alex. 7, 27, 4. ὅτι ἐκ θεοῦ τε αὐτῷ ἡ ΓΕΝΕΣΙΣ ξυνέβη, καὶ παρὰ θεοὺς ἡ ἀποχώρησις, *se & ex deorum genere ortum, & ad deos rediisse.* Recenset ergo Matthæus, ut Arriani verbis utar, ἐκ τίνων αὐτῷ ἡ γένεσις ξυνέβη ἡ κατὰ σάρκα. Sic etiam 7, 29, 6. & 7. εἰς θεὸν τὴν ΓΕΝΕΣΙΝ τὴν αὐτοῦ ἀνέφερεν, ad

4. v. 27. *Labor*, pro re noxia ac molesta. Similiter multum repetitionibus; & expositionibus aut exegesibus, utuntur. Animam rationalem uterque liber in pectore ac corde collocat; eoque etiam plurimas inde significationes ac phrases similes habent. Verum, de convenientia Homericarum locutionum cum Sacris, passim in hoc opere aliquid dictum est.

Posset & Pindari magniloquentia, in multis, conferri cum S. Literarum sermone. De quibus forte alias prolixius dicetur. Hactenus *Flacius*.

Denique quod *Joach. Camerarius* de suis hoc in genere scriptis ait, idem nos de nostris dictum volumus. Ita autem ille in fine procemii, quod præmisit Notationi figurarum Orationis in Apostolicis Scriptis. *Hæc nostra opto, ut aliquibus pietatis & bonarum artium studiosis prosint, & ut doctis ac eruditis probentur. Nostrum certe consilium rectum fuit & honestum.*

J.N.



I. N. J. C.

ANNOTATIONES PHILOLOGICÆ IN NOVUM TESTAMENTUM, EX POLYBIO & ARRIANO EXCERPTÆ.

IN MATTHÆUM.

CAP. I. 1. βίβλος γενέσεως] i. e. *Genealogia.* γενέσεως vocabulum plane aptum & proprium huic loco esse, Arrianus ostendit, qui aliquoties eo utitur de Alexandro, quando narrat, quibus majoribus ortus sit, vel ad quos saltem generis sui originem referri voluerit. Arrian. de exped. Alex. 7, 27, 4. ὅτι ἐκ θεοῦ τε αὐτῷ ἡ ΓΕΝΕΣΙΣ ξυνέβη, καὶ παρὰ θεοὺς ἡ ἀποχώρησις, *se & ex deorum genere ortum, & ad deos rediisse.* Recenset ergo Matthæus, ut Arriani verbis utar, ἐκ τίνων αὐτῷ ἡ γένεσις ξυνέβη ἡ κατὰ σάρκα. Sic etiam 7, 29, 6. & 7. εἰς θεὸν τὴν ΓΕΝΕΣΙΝ τὴν αὐτοῦ ἀνέφερεν, *ad*

Deum

Deum generis sui originem referebat. Et 4, 8, 3. ὑπὸ δὲ
τοῖν Διοσκούροιν λόγους γίγνεσθαι, ὅπως ἐς Δία ἀνη-
νέχθη αὐτοῖν ἡ γένεσις, ἀφαιρεθεῖσα Τυνδάρεω, *ser-
monem de Dioscuris incidisse, quo pacto illorum origo
sed Jovem relata esset, Tyndaro ablata,* item 3, 3, 3.

Ibid. v. 19. παραδειγματίσαι) Est hæc pri-
ma ex iis Novi Test. vocibus, quas Casaubonus ait
non facile alibi, vel nusquam frequentius quam
apud Polybium reperiri. Nos igitur in legendo
isto Scriptore propositi nostri memores, loca an-
notavimus, ex quibus verbi hujus significatio pa-
tere queat. Ita de Aristomacho deterrimo quo-
dam tyranno ait lib. 2. cap. 60. sub fin. ὃν ὑποχεί-
ριον γενόμενον, οὐκ ἐν Κεγχρεαῖς ἔδει τὴν νύκτα στρε-
βλούμενον ἀποθανεῖν, ὡς Φύλαρχος φησί. περια-
γόμενον δ' εἰς τὴν Πελοπόννησον καὶ μετὰ τιμωρίας
ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΖΟΜΕΝΟΝ, οὕτως ἐκλιπεῖν τὸ ζῆν.
*Hunc, postquam fuit captus, oportebat, non ut auctor
est Phylarchus, silentio noctis cruciatum Cenchreis mori,
sed per Peloponnesum totam circumductum, & exempli
causa per omnium ora traductum, inter tormenta vitam
finire.* Ex quo loco apparet, primum παραδει-
γματίζεσθαι, quia verbum τιμωρίας sive crucia-
tus ei additur, diversum quid esse ab ipso suppli-
cio, & licet cum eo arctissime hic quidem sit con-
junctum, posse tamen quem παραδειγματίζεσθαι
etiam sine tormentis, ne dum sine ultimo sup-
plicio. Deinde istud quoque hinc patet, non
clam id fieri aut nocte, sed palam & in conspectu
omnium, vel certe ita, ut quantum fieri potest,
exem-

exemplum pœnæ ad omnes perveniat. Publica nempe significatur ignominia, qua partim is, qui facinus commisit, punitur, partim alii deterrentur, ne quid tale committant. Id vero sæpe fit sine supplicio. Constat id exemplo ejusdem Polybii, qui de Rhodiis ait Legat. 88. pag. 1267. lin. 24. ἡ δὲ σύγκλητος χρωμένη τῷ καιρῷ, καὶ βουλομένη ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΣΑΙ τοὺς Ῥοδίους, ἀπόκρισιν ἐξέβαλεν, ἧς ἦν τὰ συνέχοντα ταῦτα. *Senatus ea occasione usus, quum publicare ad exemplum aliorum stultitiam Rhodiorum vellet, responsum edidit, cujus præcipua capita hæc erant.* Egerant autem Rhodii in ea legatione fraudulenter simul & stulte, ibid. lin. 8. Τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες ἀναβιβαζούσης ἐπὶ σκηνὴν, τὴν τῶν Ῥοδίων ἄγνοιαν, *fortuna velut de industria in scenam producente Rhodiorum stultitiam.* Ubi ἀναβιβάζειν ἐπὶ σκηνὴν, mire congruit cum παραδειγματίζειν, hocque per illud pulchre illustratur. Neque enim stultitiam istam ulla re alia vindicandam statuebat Senatus Romanus, nisi ut responso suo eam omnibus faceret notam, Rhodiosque tanquam exemplum hominum improborum publice spectandos proponeret, & per ora hominum traduceret. Unde *censuere Patres, neque lautia aut aliud beneficium, neque ullum benignum responsum legatis dare se debere*, pag. 1268. lin. 6. Huc quoque referendum videtur, cum legati Romani ab Achæis ignominiose essent tractati pag. 1352. lin. 5. a fine: ὡς κατὰ πρόθεσιν ὡρμηκότων τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὸ ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΖΕΙΝ αὐτούς, *quasi certo consilio eos invasissent Achæi, ut*

exemplum in ipsos statuerent. Quanquam hi etiam in capitis periculum adducti fuerunt. Nam præter ignominiam etiam ipsum supplicium verbum hoc denotat pag. 1000. lin. 11. *At turba partim lætari, partim dolere. Quod puerum recepissent, lætitia gestiebant; quod non & sontes simul comprehensi forent,* μηδὲ τυγχάνειν τῆς ἁρμοζούσης τιμωρίας, *nec meritas pœnas luerent, ægre ferebant:* Διὸ καὶ συνεχῶς ἐβόων, ἄγειν κελεύοντες καὶ ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΖΕΙΝ τοὺς πάντων τῶν κακῶν αἰτίους, *igitur continuis clamoribus malorum omnium auctores duci jubebant, ut per omnium ora traducti pœnis afficerentur.* Eodem sensu exstat verbale nomen pag. 1344. lin. 7. a fine: βουλομένους ἀνάγειν τὰς δυνάμεις, ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΣΤΕΟΝ εἶναι τὴν τῶν προειρημένων ἐπανάστασιν, ἵνα μηδεὶς ἔτι ποιεῖν θαῤῥῇ τὸ παραπλήσιον τούτοις. *Si revocare exercitus vellent, plane faciendum illis esse, hos ut castigarent exempli caussa, ne posthac in mentem cuiquam veniat tale quid audere.* Ubi tamen & alia quævis non capitalis pœna intelligi potest; quam & nomen παραδειγματισμὸς notat lib. 6. cap. 36. p. 672. lin. 5. τοῦ δὲ ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΣΜΟΥ κατὰ τὴν λιποψυχίαν [pœnæ hoc quoddam genus erat in milites ignavos] ὁμοίως συμβαίνοντος περὶ πάντας, *exemplum autem vescendi ex hordeo in omnes pariter editur.* Idem nomen de Dinone usurpatur, qui cum tormentis adhibitis scelerum esset convictus [διὰ τῶν βασάνων ἐλεγχόμενος καὶ ἀνθομολογούμενος pag. 1448. lin. 5. a fine] tamen hac ignominia accepta in vita remanebat, de quo pag. 1449. init. ἐξ ὧν θαυμάζειν ἦν, τίνι ποτὲ λογισμῷ

χρώ-

χειρώσας. ὁ Δεινων προσανείχετο ζῆν, καὶ τὸν ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΣΜΟΝ ὑπέμενε τοῦτον. *Itaque mirum videbatur, qua ratione spéque adductus Dino superesse adhuc, atque hujusmodi ludibrio traduci sustineret.* Non autem delicti solum castigationem, sed vel maxime exempli documentum hoc verbo declarari, indicio est quoque locus de Antiocho & Philippo regibus, quorum insignem erga Ptolemaeum puerum pupillum injustitiam gravissime fortunam ad posterorum exemplum ulta esse dicitur lib. 15. cap. 20. pag. 986. lin. 14. ἡ τύχη ἐκείνοις μὲν ἐπέθηκε μετὰ ταῦτα τὴν ἁρμόζουσαν δίκην, τοῖς δ' ἐπιγενομένοις ἐξέθηκε κάλλιστον ὑπόδειγμα πρὸς ἐπανόρθωσιν, τὸν τῶν προειρημένων βασιλέων ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΣΜΟΝ. *Fortuna meritas mox ab istis poenas exegit, & documentum posteris corrigendi vitam ac mores, dictorum regum supplicium per omnium ora traductum, proposuit.* Pro παραδειγματίζειν reperitur etiam παράδειγμα ποιεῖν lib. 4. cap. 23. pag. 408. lin. 17. συνεβούλευον τῷ Φιλίππῳ ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ ΠΟΙΗΣΑΙ τοὺς Λακεδαιμονίους. *Philippo auctores erant, ut severitatis exemplum in Lacedaemonios statueret.* Et lib. 9. cap. 22. pag. 780. lin. 3. a fine: ταύτην ἐξανδραποδισάμενος Φίλιππος, καὶ ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ ΠΟΙΗΣΑΣ. *Hanc Philippus a se subactam quum subjecisset hastae, & in exemplum timendi caeteris statuisset.* Aliud exemplum ex Demosthene profert Camerarius in Comment. utriusque linguae pag. 215. lin. 44. ἄξιόν ἐστιν ὀργισθῆναι, καὶ κολάσαι, καὶ παράδειγμα ποιῆσαι τοῖς ἄλλοις τοῦτον: *Par est, irasci, & punire illum, & facere ut aliis exemplum sit.* Plutarchus

chus, citatus a Stephano in Thes. simpliciter pro infamare usus est hoc verbo in l. de curios. quum ait dixit Archilochum obscœnis versibus seipsum παραδειγματίζειν, i.e. infamem reddere, seu infamiæ aut ignominiæ exponere. Sed & alio quodam, miro sane modo adhibetur, pro fortunam suam ostentando aliorum miseriæ quasi insultare atque illudere, apud Polybium in excerpt. de virt. & vit. pag. 1476. lin. 2. *Quod si quis Hasdrubalis vim & Rep. administrandæ rationem intuebitur, hominis ignaviam ac mollitiem profecto mirabitur. Qui* [illegible] *quidem reliquis civibus fame funditus pereuntibus, ipse convivia agitabat, & secundas mensas opipare instructas apponebat;* καὶ διὰ τῆς ἰδίας εὐεξίας ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΖΕ τὴν ἐκείνων ἀτυχίαν; *suaque cutis nitore, ac pinguedine aliorum calamitatem traducebat.* Latini dicunt *exempla facere in aliquem.* Plaut. Mostell. 5, 1, 67. Terent. Eun. 5, 1, 9. *exemplum omnibus curarem ut esset,* & 5, 5, 4. *quæ futura exempla dicunt in lenonem indignis?* & 5, 7, 21. *uterque in te exempla edent.* Ubi Donatus: *Nova ac mira tormenta quæ pro exemplis narrentur, aut quæ documento sint ceteris, ne delinquant, exempla dicuntur.* Et Tacitus *dare alicui exemplum* dixit Annal. 3, 37, 9. & *novissima exempla* pro gravissimis pœnis, 12, 20, 4. Ita enim Gellius ait Noct. Att. lib. 6. c. 14. *Tertia ratio vindicandi est, quæ* παράδειγμα *a Græcis nominatur, quum pœnitio propter exemplum est necessaria, ut ceteri a similibus peccatis, quæ prohiberi publicitus interest, metu cognitæ pœnæ deterreantur. Idcirco veteres quoque nostri exempla pro maximis gravissimisque pœnis dice-*

διεδείγμα. De verbi igitur notione satis, ut arbitror, constat. Sed cum ea sit generalis, & in cujusvis pœnæ exemplo locum habeat, si quis jam porro quærat, quænam hic speciatim pœna sit intelligenda, equidem me, fateor, quod affirmem certi nihil habere; nisi hoc unum, quod & verbum ipsum declarat, & quod ei opponitur λάθρα ἀπολῦσαι, ignominiam indicari publicam. Ea vero potuit consistere vel in capitali supplicio, de quo Deut. XXII. 23. & seq. vel in libello repudii, de quo Deut. XXIV. 1. sed publice dato, cum clandestinum divortium indicetur verbis λάθρα ἀπολῦσαι. Licuit enim Judæis & palam & clam divortium facere, vid. *Lightfoot*. Vel alia quædam potuit esse ignominia, illis temporibus usitata in ejusmodi delicti genere, quale hoc esse arbitrabatur Josephus. Chrysostomus item accipit pro *manifestare cum ignominia*, sed a pœna legis distinguit: Καίτοι γε οὐ παραδειγματισμοῦ μόνον ἦν ὑπεύθυνος ἡ τοιαύτη, ἀλλὰ καὶ κολάζεσθαι αὐτὴν ὁ νόμος ἐκέλευεν. ἀλλ' ὁ Ἰωσὴφ οὐ μόνον τὸ μεῖζον ἐκεῖνο, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔλαττον συνεχώρησε, τὴν αἰσχύνην. οὐ γὰρ μόνον οὐ κολάσαι, ἀλλ' οὐδὲ παραδειγματίσαι ἐβούλετο. *Et certe non solum publicationi obnoxia erat hujusmodi fœmina, verum etiam puniri eam lex jubebat. Sed Joseph non solum majus illud, sed etiam quod erat minus remisit, nempe ignominiam. Non enim tantum non punire, sed ne quidem publicare volebat.* Vide sis *Laur. Ramiresii* Pentecontarchum cap. 22.

Ibid. v. 20. παραλαβεῖν] Arrian. de exped. Alex. 7, 4, 11. οἱ δὲ ΠΑΡΑΛΑΒΟΝΤΕΣ ἀπῆγον τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος. *Sponsi sua quisque sponsa accepta recesserunt.* Conf. Annot. Xenoph.

Ibid. v. 22. πληρωθῇ] *Vorstio* de Hebraismis N. T. cap. 6. pag. 148. in Hebraismorum numero habendus non videtur hicce verbi πληροῦσθαι usus, cum Græci dicant τὰς ὑποσχέσεις πληροῦσθαι *promissiones impleri, præstari*, si id fiat, quod promissum est. Polybius eodem sensu ponit συνεκπληρῶσαι de virtut. & vit. pag. 1455. lin. 3. βούλομαι τὸ κατὰ τὴν προτέραν βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλειφθὲν ΣΥΝΕΚΠΛΗΡΩΣΑΙ τῶν φιλομαθούντων ἕνεκα. *Quod superiori in libro polliciti sumus, id nunc in gratiam eorum, qui discendi cupidi sunt, exequi placet.* Cæterum quod *Erasmus* verbum *impleretur* pro *perficeretur*, ignotum esse ait Latinis auribus, & ex Hebræi sermonis proprietate relictum: a refellitur ab ipso Cicerone Orat. pro Cluent. cap. 18. *impudentia est id profiteri, quod non possis implere.*

Ibid. v. 23. ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον] ita Polybius lib. 6. cap. 24. pag. 657. lin. 15. ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἐκλέγουσι, τοὺς καλουμένους Extraordinarios, ὃ ΜΕΘΕΡΜΗΝΕΥΟΜΕΝΟΝ, ἐπιλέκτους δηλοῖ. *Equites peditesque seligunt, quos vocant Extraordinarios: si Græce vertas, ΕΠΙΛΕΚΤΟΥΣ vox significat.* Et lib. 2. cap. 15. extremo: τὸ γὰρ τρὰνς ΕΞΕΡΜΗΝΕΥΟΜΕΝΟΝ ΕΣΤΙ πέραν, διὸ τοὺς ἐπέκεινα τῶν Ἄλπεων, τρανσαλπίνους καλοῦσι.

Ibid.

Ibid. v. 25. ἕως οὗ] Jam a Chrysostomo, aliisque pluribus, accurate copioseque de hoc loco disputatum est, multisque exemplis Scripturæ confirmatum, hoc loquendi genere non ita temporis antegressi terminum statui, quin simul universum futuri spatium comprehendatur. Eodem modo est apud Polybium lib. 2. cap. 10. pag. 137. lin. 10. Μάρκος ὁ Καρυνεὺς, ἀνὴρ πάντα τὰ δίκαια τῷ κοινῷ τῶν Ἀχαιῶν πολιτεύματι πεποιηκὼς, ΜΕΧΡΙ τῆς καταστροφῆς. *Marcus Carynensis, vir erga commune Achæorum omni officii genere semper quoad vixit, egregie functus.* Similis locus est 2. *Sam.* VI. v. ult.] καὶ τῇ Μελχὸλ θυγατρὶ Σαοὺλ οὐκ ἐγένετο παιδίον ΕΩΣ τῆς ἡμέρας τοῦ ἀποθανεῖν αὐτήν.

Cap. II. 1. ἀπὸ ἀνατολῶν] Ἀνατολὴ est (1) *ipse ortus sive actus orientis solis aut lunæ.* Ita Polybius & ex tempore & ex loco orientis lunæ conjectandum ait de noctis spatio vel confecto vel residuo lib. 9. cap. 14. pag. 771. lin. 16. a fine: καὶ ποτὲ μὲν ἐκ τῶν περὶ τὰς ΑΝΑΤΟΛΑΣ καιρῶν καὶ τόπων στοχαστέον. ποτὲ δὲ πάλιν ἐκ τῶν περὶ τὰς δύσεις. *Et interdum quidem ex ortus, interdum vero contra ex occasus tempore ducenda est conjectura.* Et paulo post dicuntur αἱ καθ' ἡμέραν διαφοραὶ τῶν ἀνατολῶν, *differentiæ quæ in ortu lunæ per dies singulos contingunt.* (2) *Plaga mundi orientalis* lib. 9. cap. 21. pag. 779. lin. 15. a fine ἡ δ' ἄκρα τῆς πόλεως ὑπέρκειται κατ' αὐτὰς τὰς θερινὰς ΑΝΑΤΟΛΑΣ. *Qua ortum Solis æstivum civitas respicit, arx imminet.* lib. 10.

cap. 10. pag. 812. sub fin. πόλιν ... χορηγίαν θαλάττῃ μὲν ΑΠ' ΑΝΑΤΟΛΩΝ καὶ μεσημβρίας. ... ab ortu solis & a meridie cinctam mari. Item pag. 716. lin. 14. a fine. Et lib. 10. cap. 15. sub finem, pag. 821. lin. 7. ἐπὶ τὸν λόφον ἐπέστησε, τὸν ΑΠΟ ΤΩΝ ΑΝΑΤΟΛΩΝ. In orientali tumulo stare jussit. Et pag. 823. lin. 14. & 15. (3) Metonymice colentes ad orientem, lib. 5. cap. 105. pag. 618. lin. 9. Qui aliquid controversiae cum Attalo habebant, non jam ad Antiochum aut Ptolemaeum, οὐδὲ πρὸς μεσημβρίαν καὶ τὰς ἀνατολὰς ἔνευον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἑσπέραν ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν ἔβλεπον, aut ad meridiem vel orientem se convertebant: sed ad occidentem deinceps omnes spectabant, i. e. ad Romanos. Significat praeterea (4) *tempus exortus*, (5) *ipsum illum qui exoritur*, Luc. I. 78. (6) *Album illud, quod est ad radices unguium digitorum*, quas significationes vide apud Erasm. Schmidium ad h. l. Ex quibus secundam esse hujus loci, cuivis liquet.

Ibid. v. 8. ἀκριβῶς ἐξετάσατε) Polyb. lib. 5. cap. 81. extremo: τῇ προνοίᾳ διεσφαλμένος, διὰ τὸ μὴ ΚΑΛΩΣ ΕΞΗΤΑΚΕΝΑΙ, πῶ τὴν ἀνάπαυσιν ὁ Πτολεμαῖος εἰώθει ποιεῖσθαι. *Imprudentia lapsus, quia parum diligenter locum inquisiverat, ubi quietem capere moris haberet Ptolemaeus.*

Ibid. v. 11. προσεκύνησαν αὐτῷ) Cum verbum hoc, uti monet Clariss. *Lambertus Bos*, frequentius, & quidem apud ΑΤΤΙΚΩΤΕΡΟΥΣ Scriptores tam *quarto casu* junctum occurrat: ipse etiam

ali-

aliquot exempla tertii casus ex Auctoribus profanis conquisivit; quibus & nos unicum ex Nostri addamus, lib. 5. cap. 86. sub finem: τῇ γὰρ ὀικειότητι μᾶλλον αὐ οὕτως οἱ κατὰ Κοίλην Συρίαν ὄχλοι προσκυνοῦσι. Fit enim nescio quomodo, ut Coelesyriæ populi ad venerationem hujus regiæ magis inclinent. Non ergo constructio cum Dativo Hebraica est, uti quidam censet Cass. Wyssius in Dialectologia Sacra pag. 311.

Ibid. v. 12. χρηματισθέντες) Verbum hoc non quidem eadem, qua hic accipitur, significatione, haud multum tamen dissimili frequenter apud Polybium occurrit de responso, quod legatis datur. Lib. 5. cap. 24. pag. 518. lin. 19. a fine. Παρόντων δὲ πρεσβευτῶν παρά τε Ῥοδίων καὶ Χίων περὶ διαλύσεως τοῦ πολέμου, χρηματίσας τούτοις, καὶ συνυποκριθεὶς καὶ φήσας ἕτοιμος εἶναι διαλύεσθαι καὶ νῦν καὶ πάλαι πρὸς Αἰτωλοὺς, τούτους μὲν ἐξέπεμψε. Erant in eadem urbe Rhodiorum & Chiorum legati ... finiendo bello missi, his legationibus operam dedit; (... audivit, usque responsum dedit;) & simulat... usus, quum paratum se diceret & nunc esse, & jam... dem fuisse ad transigendum cum Ætolis, eos dimisit. pag. 1093. lin. 5. ἐχρημάτισε τοῖς ἐκ τῆς ... πρεσβευταῖς. Cum Romanorum legatis colloquium habuit. Item pag. 1110. lin. 19. a fine, & pag. 1... lin. 5. ἡ σύγκλητος ἐχρημάτισε τοῖς παρὰ ... τῆς πρεσβείας. Admissi sunt in Senatum legati Philippi, & a Patribus auditi. Et pag. 1112. 11. πάλιν τὸν χρηματίσαντα, καὶ ...

προσγεγονότων. *Nullo dato responso, aut habito colloquio cum iis qui venerant.* Neque hinc longe abit illud pag. 194. lin. 8. ΧΡΗΜΑΤΙΣΑΣ περὶ τῶν μελλόντων, *sententia sua de rebus futuris edita.* Quando cum Dativo personæ construitur, in genere significat *agere quid cum alio.* Descendit enim a nomine χρῆμα *res, negotium.* Cumque DEUS nulla re alia magis cum hominibus agat, quam cum ipsis quacunque ratione loquendo: hinc & Deus cum hominibus loquens, χρηματίζειν dicitur, Hebr. XII. 25. & quod ipse loquitur κεχρηματισμένον, Luc. II. 26. & ad quos loquitur dicuntur χρηματίζεσθαι, hic & paulo post v. 22. Act. X. 22. Hebr. VIII. 5. XI. 7. Conf. *Joach. Camerar.* ad hunc locum. Alia est hujus verbi notio, cum idem nomen χρῆμα etiam pecuniam significet, pag. 1466. lin. 16. ἐχρημάτιζετο τοὺς ἄνδρας, *Viros pecunia spoliabat.* Pro quo mox ponit ἐξηργυρίσατο. Sed hæc significatio nihil ad novum Testamentum.

Ibid. v. 16. καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας) Elegans admodum dicendi genus, quo utitur Polybius lib. 14. τοὺς μὲν γὰρ ἐν ταῖς ὁδοῖς ΕΠΑΠΟΣΤΕΛΛΩΝ ΑΝΗΡΕΙ, τοὺς δ' ἐκ τῶν τόπων ἐπισυναγαγόντας ἐφόνευε. Sic Strabo quoque de Meliis loquens, Ἀθηναῖοι δέ ποτε πέμψαντες, ἡβηδὸν κατέσφαξαν τοὺς κλέοντας. Infra XIV. 10. καὶ πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ. Hæc *Casaubonus.* Exstat autem is locus non lib. 14. sed 13. cap. 4. pag. 938. lin. ult. In eo autem consistit

[illegible] elegantia ista, quod ἀποστείλας absolute sine nomine ponitur, nec exprimitur, quos miserit. Cujusmodi exempla quædam etiam ex Xenophonte collegimus ad Matth. XI. 2. 3. Sic Plutarch. pædag. c. 14. §. 30. πέμψας αὐτοῖς τὸν Θεόκριτον.

Ibid. v. 18. ὅτι οὐκ εἰσί) εἶναι pro *vivere* usurpant, & οὐκ εἶναι pro *non amplius vivere*. Arrian. Epict. pag. 388. lin. 9. ἔτι με ΕΙΝΑΙ θέλεις; *Vis me ultra vivere?* Et lib. 4. cap. 1. pag. 440. lin. 12. a f. εἰ ΟΙ ΟΝΤΕΣ ἦμεν ὠφέλιμοι, οὐχὶ πολὺ μᾶλλον ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΕΣ ἄν, ὅτε ἔδει, καὶ ὡς ἔδει, ὠφελήσαμεν ἀνθρώπους; *Si viviveramus utiles, non multo magis mortui quando oportebat & quomodo oportebat, juvemus homines?* De quo loquendi genere non inepte philosophatur Epictetus, omnia mutari tantum statuens, nihil interire, ne hominem quidem, quando moritur, lib. 3. cap. 24. pag. 387. lin. ult. θάνατος μεταβολή, οὐκ ἐκ τοῦ νῦν ὄντος εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν. ΟΥΚΕΤΙ οὖν ΕΣΟΜΑΙ; οὐκ ἔσῃ, ἀλλ' ἄλλο τι. *Mors est mutatio, non ex eo quod nunc est in id quod non est*, sive ut nihil sit, seu in non ens, *sed in id, quod nunc non est. Non ergo amplius ero. Non eris, sed aliud quid.* In quid autem morte mutetur homo, Epictetus suo more ita edisserit lib. 3. cap. 13. pag. 313. hominem morientem abire εἰς τὰ φίλα καὶ συγγενῆ, εἰς τὰ στοιχεῖα. ὅσον ἦν ἐν σοὶ πῦρ, εἰς πῦρ ἄπεισιν. ὅσον ἦν γηδίου, εἰς γήδιον. ὅσον πνευματίου, εἰς πνευμάτιον. ὅσον ὑδατίου, εἰς ὑδάτιον, *ad amica & cognata, ad elemen-*

menta: Quantum erat in te ignis, ad ignem discedit: quantum erat terra ad terram: quantum spiritus ad spiritum sive in aërem: quantum aqua ad aquam. Quæ quidem non spernendam nobis de morte ex hac locutione commentandi materiam præberent, si id nunc ageremus.

Cap. III. 7. *ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα*) Cum annotationes ex Xenophonte scriberem, in disputationem quandam incidebam, in qua locus hic in eam sententiam exponebatur, quasi Pharisæi & Sadducæi contra baptismum Johannis venerint, eumque oppugnarint. Quæ interpretatio cum mihi propterea non videretur verisimilis, quod & istud loquendi genus: *ἔρχεσθαι ἐπί τι*, alio plane sensu apud Xenophontem me legere meminissem, & in oratione Johannis, qua Pharisæos & Sadducæos objurgat, nullam ejus opinionis causam reperirem: cœpi inquirere, quid ponderis haberent, quæ in contrariam partem afferebantur rationes. Sed fuit nuper non nemo, qui nec quæ ego contra scripseram, probaret, & epistola quadam alteram illam sententiam de Pharisæis & Sadducæis, tanquam baptismi Johannei adversariis tueretur. Quare liceat pauca respondere. Ac primum quidem illud monendum arbitror, (id quod ad singulas annotationes repetitum volo,) non me propterea vocum græcarum significationes exemplis profanorum scriptorum confirmare, quod eas promiscue quibusvis locis convenire putem, non consi-

dera-

derata rei, de qua agitur, sententia, totiusque orationis connexione. Sed hoc spero æquum & in enarrandis veterum scriptis versatum lectorem per se intelligere, quoties verbi tantum vis & notio explicetur, me statuere, cum eadem sermonis quoque contextum congruere. Non ergo, quia ἔρχεσθαι ἐπί τι apud Xenophontem significat venire alicujus rei consequendæ aut peragendæ caussa, continuo etiam hic eo sensu usurpari censeo; sed ita judico, quia ista significatio huic loco est aptissima, ideo eam retinendam. Protuleram vero ex Xenophonte hæc exempla. Cyropæd. lib. 1. pag. 23. lin. 25. ubi Cyrus ad patrem: ἐγὼ μὲν πρός σε ΗΛΘΟΝ ΕΠ' ἀργύριον, *ad te veniebam argenti petendi caussa, quod ei persolverem, qui se in arte imperatoria me instituisse ajebat.* Lib. 4. pag. 105. lin. 17. ἴτω τις ἐφ' ὕδωρ, *eat aliquis aquatum.* Oecon. pag. 651. lin. 6. οἶμαι δ' ἄν, καὶ εἰ ΕΠΙ πῦρ ΕΛΘΟΝΤΟΣ σου, καὶ μὴ ὄντος παρ' ἐμοὶ, εἰ ἄλλοσε ἡγησάμην, ὁπόθεν σοι εἴη λαβεῖν, οὐκ ἂν ἐμέμφου μοι. *Arbitror autem te, si ignis petendi caussa venires ad me, atque illo equidem carerem: non reprehensurum, si alio te ducerem, unde petere posses.* His similia adscripseram ad Matth. XXVI. 50. ut ex Cyropæd. lib. 6. pag. 121. lin. 51. ἔδοξεν αὐτῷ ἐπιτήδειος εἶναι Ἀράσπας ΕΛΘΕΙΝ ΕΠΙ τοῦτο. *Visus est ipsi Araspas idoneus, qui hanc ad rem ablegaretur.* Et pag. 106. lin. 32. ἐδήλωσεν ἐφ' ἃ ἥκοι. *Quarum rerum caussa venisset, exposuit*; aliaque plura. Quibus etiam nunc nonnulla ex Polybio & Arriano addamus; nec sine caussa, ut appareat, quam fami-

familiaris sit Græcis hæc loquendi ratio. Ita Polybius lib. 10. cap. 31. pag. 843. lin. 16. *Hispanos simulac viderint, se in amicitiam receptum, & quæ jam postulet esse consecutum,* πάντας ἐπὶ τὰ παραπλήσιον ἥξειν, *cunctos ut eadem ab ipso impetrent adventuros.* Pag. 1264. lin. 25. τοὺς ἐπὶ τὰ χρήματα παρόντας, *qui ad pecunias accipiendas venerant.* Et Arrian. Indic. 23, 1. οἱ δὲ ἐφ' ὕδωρ ἐκβάντες, ὑδρεύοντο. *Alii vero aquatum egressi, aquam attulerunt.* Hic tot exemplis, in quibus ἐπὶ cum accusativo rei eo, quo dixi sensu, construitur, ne unum quidem adhuc oppositum fuit, in quo ἐπὶ item cum accusativo rei *contra* significet; nam de accusativo personæ hic non est quæstio, quæ constructio sane frequens est apud historicos in mentione hostilis aggressionis, ut apud Lucam XIV. 31. & Herodotum lib. 1. pag. 11. D. ἐλθεῖν ἐπὶ Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισι, *Lydos invadere cum equis.* Item pag. 16. C. & apud Arrianum 1, 1, 2. 1, 2, 5. 1, 5, 16. 1, 12, 5. quæ aliaque loca noster in hunc auctorem index dabit, si quando in lucem edi potuerit. Allegatur quidem locus Luc. XI. 17. πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα. Sed præterquam quod nomen βασιλείας revera hic collectivum est personarum, etiam verbum διαμερισθεῖσα satis indicat, qua notione particula ἐπὶ sit posita. Verba autem Marci XVI. 2. (ita enim legendum puto pro XVI. 12.) si huc trahere placeat: locus hic fortasse ita intelligendus foret: Venisse eos ad baptismum, non suscipiendi ejus, sed tantum spectandi gratia. Quanquam nec mulieres illæ

Marc.

Marc. XVI. 2. ideo ad monumentum veniebant, ut otiosæ illud spectarent, sed ut in eo ungerent corpus Domini. Nullum ergo, quod equidem sciam, exemplum prolatum est, in quo præpositio ἐπὶ, nomini rem significanti addita, & cum verbo veniendi, eundi, proficiscendi, aliove similem motum denotante constructa, pro *contra* usurpetur. Sed jam argumenta contraria præcipua videamus. Primum hoc est, quod nulla fiat mentio confessionis peccatorum; sine pœnitentia vero eos esse baptizatos, neminem ausurum affirmare. Ad quod facilis est responsio: non recte propterea negari baptizatos fuisse Pharisæos, quod de illorum pœnitentia, sine qua baptizari non potuerint, relatum nihil legatur. Neque enim opus neque moris est, semper omnia, quæ cuique rei conjuncta sunt, simul narrare. Sufficit, ea ex rebus ipsis posse intelligi. Nam equidem eo satis declarari arbitror ipsorum pœnitentiam, quod Johannes ipsos jusserit fructus edere dignos pœnitentia Matth. III. 8. Quod quid est aliud, quam non sufficere, speciem præ se ferre pœnitentiæ, verbisque eam profiteri; facta quoque eidem esse oportere consentanea, animique mutationi respondere mutationem vitæ. Quod si non modo nullum signum dedissent animi pœnitentis, sed contra in malitia adeo pertinaces fuissent, ut etiam venissent oppugnatum baptismum: quis credat, Johannem eos ad fructus pœnitentiæ congruentes, & non potius ad ipsam pœnitentiam exhortaturum fuisse? Num

quis pater ad filium, eo ipso tempore, quo is monitis ejus repugnat, eaque sibi sequenda non esse contendit, ita loquatur: Si te pœnitet prioris vitæ, fac talem te geras, ut vere te resipuisse, ex moribus tuis possit intelligi? aut si eum videat alia omnia, quam litterarum studia tractantem, num sic admoneat: Fac opus aliquod diligentiæ & doctrinæ tuæ appareat? Non hæc est oratio ad eum, quem ad meliorem frugem nondum se recipere videmus, sed qui spem aliquam ostendat probitatis & industriæ, quam ne ipse fallat, hujusmodi sermone eum excitamus. Præterea, quid opus erat pœnitentiam nominatim ponere? cum ex eo, quod accesserint ad baptismum pœnitentiæ, satis ea possit colligi, modo verba illa, ἔρχεσθαι ἐπὶ τὸ βάπτισμα, ex communi Græce loquentium usu, cujus exempla supra plurima posui, recte intelligantur. Illud vero non video, qua ratione possit defendi, quod dicitur oratio Johannis pertinuisse ad solos Pharisæos, non ad alios baptizatos; cum Lucas disertis verbis contrarium testetur III. 7. *Dicebat ad turbas, quæ exibant ut baptizarentur ab ipso.* Verum Lucam ait ex Matthæo hic explicandum, quia Matthæus hoc loco sit Luca copiosior. Sed vellem addita fuisset illa explicatio, quæ mihi tantum habere difficultatis videtur, ut verear, ne forte in divinando aberrem. Num enim ita statuitur, illam turbam, quam a Johanne progeniem viperarum appellatam Lucas memorat, solos intelligendos Pharisæos & Sadducæos? Ego vero, quanquam nego

eos

eos solos intelligendos, tamen ad istos quoque pertinuisse orationem Johannis concedo, utpote ad quos eam habitam scribit Matthæus. Ergo de hoc inter nos convenit, ad Pharisæos & Sadducæos directam fuisse orationem; ad solos, an ad alios quoque, nihil ad id, quod nunc inde colligam, pertinet. Vide enim, quantum inde firmamenti ad caussam meam stabiliendam accedat. Nam illi, quos Johannes alloquitur, certe venerunt ut baptizarentur, Luc. III. 7. Si ergo Pharisæos & Sadducæos alloquitur (ut certe alloquitur, quanquam non solos,) necesse est, illos quoque venisse ut baptizarentur; nam alioquin illi nomine τῶν ἐκπορευομένων ὄχλων βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ comprehendi non possent. Ut res fit manifestior, apponam ipsum Syllogismum: Illi, quos alloquitur Johannes, venerunt ut ab ipso baptizarentur. Id ait Lucas III. 7. Atqui Pharisæi & Sadducæi sunt, quos alloquitur Johannes. Hæc est illa, quæ dicitur, explicatio, si modo eam conjectura assecutus sum. Ergo Pharisæi & Sadducæi venerunt ut baptizarentur a Johanne. Sin forte dicas in illa turba, quæ voluerit baptizari, fuisse etiam Pharisæos & Sadducæos, qui noluerint; equidem nunquam adducar ut credam, Lucam nominasse quidem cupidos baptismi, intelligi autem voluisse ejusdem adversarios. Quin potius ego Lucam non aliter, ac scripsit, sensisse judico, eumque cum Matthæo puto sic conciliandum, ut Johannes simul & ad Pharisæos, quod dicit Matthæus, & ad reliquas turbas, quod ait

Lucas, verba fecisse existimetur. De locis illis Luc. VII. 29. & Matth. XXI. 25. quæ huic sententiæ videntur obstare, satis jam dictum arbitror in annotationibus Xenophonteis. Illa enim ut eo, quo interpretatus sum, sensu accipi necesse sit, facit hæc ipsa, de qua jamdudum disputamus, Matthæi de Pharisæis & Sadducæis narratio. Sed aliud etiam opponitur testimonium, idque Pharisæorum, affirmantium Joh. VII. 48. neminem Principum aut Pharisæorum credere in Christum. Quid vero si Pharisæi mentiantur? quid si caussæ suæ serviant, & propterea neminem illorum in Christum credere dicant, ut, quos argumentis a Christo non poterant abducere, eos tot summorum virorum exemplis abstraherent? quid si paucos illos, qui in Christum credebant, præ tanta cæterorum multitudine pro nullis habebant? Aut, quod maxime probabile videtur, annon fieri potuit, ut multi Pharisæorum in Christum crederent, id vero homines sectæ suæ celarent? Certe talem fuisse Nicodemum constat, quem non modo Pharisæum, sed etiam principem Judæorum vocat Johannes III. 1. Ex principibus autem multos in occultanda fide Nicodemo similes fuisse, idem Johannes memoriæ prodidit XII. 42. *Veruntamen etiam ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, ne e synagoga ejicerentur.* Ex quo loco simul apparet, quam levis sit horum testium auctoritas, ut pote quos aperte falsos arguit Johannes. Isti enim dicunt, neminem ex Principibus

pibus credidisse in Christum; Johannes contra testatur, multos ex Principibus credidisse in eum: ὅμως μέντοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν. Si ergo quod de Principibus dicunt, verum non est: quis eos de aliis vera locutos præstabit? Denique baptizatos fuisse hos Pharisæos & Sadducæos, quos Johannes tam acerbe & aspere compellat, non aliunde puto firmius demonstrari posse, quam ex hac ipsa oratione. Nam ad eos ipsos Pharisæos & Sadducæos, quibuscum ipsi hic res est, ita loquitur Baptista v. 11. *Ego quidem baptizo vos aqua ad pœnitentiam.* Ad quod argumentum eludendum, quidquid ex adverso afferatur, par futurum haud existimo. Neque puto quenquam eo progressurum, ut dicat, Johannem relictis Pharisæis & Sadducæis ad quos v. 7. cœperat loqui, nunc v. 11. ad cæteram turbam se vertere. Nullum enim est indicium mutatæ personæ auditoris; sed ad quos initio dirigitur, ad eosdem indeflexo cursu ad finem usque fertur oratio; ut eam ad alios derivare velle, sit vim inferre sermoni. Omniumque minime ii, qui contra disputant, hæc verba alio transferre debent aut possunt, quippe cum statuant, solis hæc dici Pharisæis & Sadducæis; ut non liceat ipsis eo confugere, quod ad promiscuam multitudinem Joannes orationem ita temperarit, ut alia aliis congruerint. Neque sane conveniret, qui Johannem ad solos Pharisæos & Sadducæos locutum contendat, licet Lucas ad quosvis locutum dicat, eum nunc, ubi Matthæus

ad Pharisæos & Sadducæos locutum ait, idem negare. Atque hæc fere habui, quæ pro baptismo Pharisæorum & Sadducæorum contra illam epistolam dicerem; quibus spero facile quosvis assensuros, modo totam oratiunculam Johannis apud Matthæum legant, atque inprimis ad versum undecimum animum advertant. Quod si cui tamen ne hæc quidem satisfaciant, facile patior, quemvis, quod sibi verum videatur, sequi, præsertim in re hujusmodi, in qua errare nihil habeat periculi.

Ibid. ὑπέδειξε) Laborare video nonnullos interpretes in verbi hujus expositione, sollicitos maxime de præpositione ὑπό, cujus vim minime omnium assecutus videtur *Erasmus*, qui, secutus aliorum quorundam verborum analogiam, quibus ὑπό junctum clandestini quid significat, pro veteris interpretis verbo *demonstravit*, mavult *subindicavit*, sive *submonstravit*, i. e. ut ipse exponit, *clanculum indicavit & admonuit, ut fugerent imminens periculum*. Quod si omnino hujusmodi aliquo verbo composito utendum est, *præmonstrare* forte huic loco magis conveniret, eo sensu, quo *Terentius* dixit *præmonstratorem* in Heaut. 5. 1. 2. *Ego me non tam astutum, neque ita perspicacem esse, id scio: Sed hic adjutor meus, & monitor, & præmonstrator Chremes hoc mihi præstat.* Ad quem locum *Guyetus* observat, & Plautum verbo *præmonstrare* pro *docere* usum. Inde ὑπόδειγμα *exemplum*. Ita *Er. Schmidius* ait, ὑποδεικνύναι esse hoc loco, *exemplum agendi alicui suppeditare*, quasi diceret:

Quis

Quis baptizatorum percepto fructu baptismi, pacatam intra se conscientiam, Deumque sibi reconciliatum sentiens, suo exemplo vos docuit huc venire? Hæc *Schmidius*. Sed non aliunde verborum significationes rectius cognoscuntur, quam exemplis, quibus in hoc quidem verbo ita abundamus apud Polybium, ut fastidium sit allatura copia, si omnia transcribantur. Hoc tamen plura afferemus, quo pauciora dederunt Lexicographi. Lib. 2. cap. 22. init. pag. 153. lin. 12. ὧν τοῖς βασιλεῦσι Κογκολιτάνῳ καὶ Ἀνηροέστῳ, παραυτίκα μὲν χρυσίου προτείναντες πλῆθος, εἰς τὸ μέλλον δὲ ΥΠΟΔΕΙΚΝΥΟΝΤΕΣ τὸ μέγεθος τῆς Ρωμαίων εὐδαιμονίας, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν ἐὰν κρατήσωσι, προετρέποντο καὶ παρώξυνον πρὸς τὴν ἐπὶ Ρωμαίους στρατείαν. *Horum reges Concolitanum & Aneroestum, magnam in præsens auri vim illis exhibentes, in futurum magnitudinem Romanarum opum ob oculos ponentes, & immensas divitias quibus parta victoria sint fruituri, hortantur incitantes ad bellum Romanis inferendum.* Lib. 2. cap. 33. init. τῶν χιλιάρχων ΥΠΟΔΕΙΞΑΝΤΩΝ ὡς δεῖ ποιεῖσθαι τὸν ἀγῶνα. *Cum eos edocuissent tribuni, quomodo pugnam capessere deberent.* Lib. 2. c. 49. init. *Nicophanes igitur ubi ad Regem venisset, sermonem cum eo habet de patria sua breviter & summatim, quæ res postulabat: at de summæ rerum plurimus illis sermo fuit, ex Arati mandatis atque monitis.* Αὗται (ἐντολαὶ) δ' ἦσαν, ΥΠΟΔΕΙΚΝΥΝΑΙ τὴν Αἰτωλῶν καὶ Κλεομένους κοινοπραγίαν, τί δύναται, καὶ ποῖ τείνει, καὶ δηλοῦν ὅτι πρώτοις μὲν αὐτοῖς Ἀχαιοῖς εὐλαβητέον. *Ea autem erant: ut ob oculos*

regi ponerent, hæc Ætolorum & Cleomenis factio quam vim haberet, & quo spectaret. Ostenderentque primum quidem Achæis periculum imminere. Hic quis non intelligit ὑποδεικνῦναι recte verti *ob oculos ponere*, cum mox pro eo δηλῶν scribatur. cap. 61. p. 204. lin. 23. ταῦτα μὲν ἡμῖν ἐδήλωσε, βουλόμενος ΥΠΟΔΕΙΞΑΙ τὴν κλεομένης μεγαλοψυχίαν. *Hæc quidem Phylarchus narravit, studio commendandi Cleomenis magnanimitatem.* Narraverat autem hæc Phylarchus in historia, quam scripserat; de quo & paulo post dicit: ἕως τούτου διεσάφησε, *rem hactenus persecutus est.* Ita lib. 3. cap. 6. init. ἔνιοι δὲ τῶν συγγεγραφότων τὰς κατ' Ἀννίβαν πράξεις, βουλόμενοι τὰς αἰτίας ΥΠΟΔΕΙΚΝΥΝΑΙ ἡμῖν, δι' ἃς Ῥωμαίοις καὶ καρχηδονίοις ὁ προειρημένος πόλεμος ἐνέστη. *Eorum qui res Hannibalis memoriæ prodiderunt, nonnulli quum exponere caussas vellent, ex quibus ortum est inter Carthaginienses ac Romanos bellum.* Lib. 6. cap. 39. p. 676. lin. 4. περὶ ὧν ΥΠΕΔΕΙΞΑΜΕΝ ἄρτι διὰ πλειόνων κατὰ μέρος. *Cujus particularem descriptionem ante sumus persecuti.* pag. 628. lin. 16. συμβαίνει δὴ τοὺς πλείστους τῶν βουλομένων διδασκαλικῶς ἡμῖν ΥΠΟΔΕΙΚΝΥΕΙΝ περὶ τῶν τοιούτων, τρία γένη λέγειν τῶν πολιτειῶν. *Qui de hujusmodi rebus via & arte disserere instituunt, tres Rerumpubl. formas enumerant.* Lib. 2. cap. 67. pag. 212. lin. 3. προορώμενος τὸ μέλλον Φιλοποίμην ὁ μεγαλοπολίτης, τὸ μὲν πρῶτον ΥΠΟΔΕΙΚΝΥΕΙΝ ἐπεβάλλετο τοῖς προεστῶσι τὸ συμβησόμενον. *Philopœmen Megalopolitanus videns quod futurum erat, de ingruente periculo ductores ordinum initio admonere statuit.* Lib. 3. cap. 33. sub fin. ΠΑ-

ΡΕ-

ΠΡΟΚΑΛΕΙ τὰς δυνάμεις· ΦΑΝΕΡΩΣ ἤδη πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον, ΕΜΦΑΝΙΖΩΝ μὲν, ὃν τρόπον ἔκδοτον αὐτὸν ἐγχειρήσαιεν αἰτεῖσθαι Ῥωμαῖοι, καὶ πάντας τοὺς τοῦ στρατοπέδου προεστῶτας· ΥΠΟΔΕΙΚΝΥΩΝ δὲ τὴν τῆς χώρας ἀρετὴν εἰς ἣν ἀφίξονται. *Aperte jam exercitum ad bellum contra Romanos hortari. Narrabat illis ausos esse Romanos, & se & omnes ductores exercitus ad deditionem poscere. Commemorabat etiam regionis bonitatem, in quam essent venturi.* Lib. 3. cap. 38. extremo: Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς ὁράσεως εἰθίσμεθα συνεπιστρέφειν ἀεὶ τὰ πρόσωπα πρὸς τὸ κατὰ τὴν ἔνδειξιν ΥΠΟΔΕΙΚΝΥΜΕΝΟΝ, οὕτω καὶ τῇ διανοίᾳ χρὴ συνδιανεύειν καὶ συρρέπειν ἐπὶ τοὺς τόπους ἀεὶ τοὺς διὰ τοῦ λόγου συνεπιδεικνυμένους. *Sicut in aspectu solemus faciem subinde convertere ad illud, quod digiti indicio fuerit demonstratum: sic, ut quaque loca oratione fuerint subindicata, ad illa cogitationem statim nostram circumagere ac dirigere debemus,* cap. 47. item extremo: εἰ μὴ θεός ἤ τις ἥρως ἀπαντήσας τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν ΥΠΕΔΕΙΞΕ τὰς ὁδούς. *Nisi Deus aut heros aliquis Hannibali occurrisset, qui viam indicaret.* pag. 287. lin. 10. a fine: ἐνδεικνύμενος αὐτοῖς τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία, καὶ καθόλου τῆς εὐνοίας ὑπομιμνήσκων τῆς τῶν κατοικούντων αὐτὰ Γαλατῶν, ἅμα δὲ καὶ τὸν τῆς Ῥώμης αὐτῆς τόπον ΥΠΟΔΕΙΚΝΥΩΝ, ἐπὶ ποσὸν εὐθαρσεῖς ἐποίησε τοὺς ἀνθρώπους. *Circumpadanos campos illis ostentans, & incolarum Gallorum benevolentiam erga ipsos subinde memorans, ipsius quoque Romae locum designans, aliquanto alacriores milites reddebat.* P. 533. l. 5. a fine: ΥΠΟΔΕΙΚΝΥΕΙΝ ἐλπίδα καθόδου, *spem reditus ostendere, sive facere.* p. 1349.

 lin. 8.

lin. 8. τὰ τῆς τύχης ἄδηλα πολλάκις ὑπεδείκνυον, *Incertos fortunæ casus sæpe commemorabant.* Ita etiam pag. 189. lin. 1. pag. 388. lin. 18. a fine. pag. 1302. lin. 15. Et pag. 1277. lin. 19. ei opponitur ἐντέλλεσθαι, τὰ μὲν ΥΠΟΔΕΙΞΑΣ, τὰ δὲ ἐντειλάμενος, *partim docens, partim præcipiens.* Ex quibus, uti & reliquis N. Test. locis, puta Luc. VI. 47. XII. 5. Act. IX. 16. XX. 35. apparet, præpositione ὑπὸ augeri, non imminui hujus verbi significationem, eamque latissime patere, & esse *ob oculos ponere, ostendere, commemorare, monstrare, demonstrare, docere, declarare, indicare, exponere, exponendisque caussis & rationibus suadere.* Unde lib. 1. cap. 69. pag. 98. lin. 17. a fine, ὑποδεικνύναι pro loci sententia redditur: *persuadere eis aggreditur.* Et lib. 2. cap. 50. princ.: Ἀντίγονος ἀκούσας ταῦτα, καὶ δόξας ἀληθινῶς καὶ πραγματικῶς ΥΠΟΔΕΙΚΝΥΝΑΙ τὸν Ἄρατον. *Hæc cum intellexisset Antigonus, verum ac prudens Arati consilium judicans.* Er habe die Sachen kläglich vorgestellet. Pag. 1112. lin. 10. τοῦ δὲ βασιλέως συγκατατιθεμένου τοῖς ΥΠΟΔΕΙΚΝΥΜΕΝΟΙΣ. *Assentiente Rege ei consilio quod monstrabatur.* Idemque valet quod ἀποδεικνύειν pag. 749. lin. 7. confer pag. 98. lin. 17. *Gerhardus, subintellige,* inquit, ὁδὸν, *qua via effugere possitis.* Et ita supra Polybius: ὑπέδειξε τὰς ὁδούς. Sed tamen caussam potius rationemque, quare id ipsis sit faciendum, declarari hoc verbo putem; altero autem φυγεῖν viam modumque effugiendi, hoc sensu: *Quis vobis & quibus rationibus hoc persuasit, ut isto modo vitetis imminens supplicium.* Ita infinitivo utitur

Pau-

Paulus 1. Cor. V. 9. ἔγραψα ὑμῖν, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις, & Ephes. IV. 1. παρακαλῶ ὑμᾶς ἀξίως περιπατῆσαι, 1. Thess. IV. 10. 1. Tim. 1. 3. & aliis locis innumeris. Qui infinitivus exponitur: ἵνα φύγητε, ut 1. Cor. XVI. 12. παρεκάλεσα αὐτὸν ἵνα ἔλθῃ, & 2. Cor. XII. 8. vide Posselii Syntaxin Infinitivorum reg. 1. Est autem interrogatio non negantis, qualis Matth. XXIII. 33. sed admirantis, qualis Gal. III. 1. Miratur enim Baptista qui fiat, quod Pharisæi & Sadducæi metu cœlestis iræ perculsi, ejus placandæ caussa ad baptismum accedant, cum illorum quidem animis justitiæ opinio, horum vero epicuræa quædam securitas ita penitus insedisset, ut cadere in ipsos tantus divini numinis metus non videretur. Eodem modo interpretatur Chrysostomus. πόθεν ἡ τοσαύτη γέγονε μεταβολή; τίς τὸ τραχὺ τῆς γνώμης ὑμῶν κατεμάλαξε; τίς δὲ ὤρθωσε τὸ ἀνίατον; *Unde tanta facta est mutatio? Quis asperitatem animi vestri emollivit? quis sanavit id quod erat immedicabile?* Et paulo superius: εἰ δέ τις μετὰ ἀκριβείας προσέχει τοῖς λεγομένοις, καὶ ἐγκωμίοις τὴν ἐπιτίμησιν ἐκέρασε· θαυμάζων γὰρ αὐτοὺς ὅτι ὀψέ γέ ποτε τὰ ἀδύνατα αὐτοῖς σχεδὸν εἶναι δοκοῦντα ἠδυνήθησαν, ταῦτα ἔλεγε. *Quod si quis diligenter attendat iis quæ dicuntur, etiam laude increpationem temperat. Dixit enim hæc admirans eos, quod tandem tamen aliquando, quæ ipsis pene impossibilia videbantur esse, facere potuerint.*

Ibid. v. 8. ἀξίους τῆς μετανοίας.) Fructus hi di-

dicuntur opera Act. XXVI. 20. Ea vero digna sunt pœnitentia, h. e. eidem conveniunt, si talia sint, qualia decet ab animo pœnitente proficisci. Quorum autem nos vere pœnitet, ab iis non modo abstinemus, sed etiam contrariis factis, quantopere ab iis abhorreamus, ostendimus. Chrysost. in h. l. *Quomodo poterimus fructus pœnitentiæ dignos facere? utique si peccatis adversa faciamus. Aliena rapuisti? incipe jam donare propria*, &c. Polyb. lib. 3. cap. 44. pag. 275. lin. 11. ἄνδρας ἀγαθοὺς, καὶ τῶν προγεγενημένων ἔργων ἀξίους. *Viros fortes & gloria rerum ante gestarum dignos se præbentes.* Et cap. 116 pag. 370. lin. 17. a fine: ἄνδρες ἀγαθοὶ, καὶ τῆς Ῥώμης ΑΞΙΟΙ γενόμενοι κατὰ τὸν κίνδυνον. *Viri fortes, & qui in eo certamine Romanæ virtutis specimen eximium ediderant*; ita Latinus interpres; hi enim sunt Roma digni. Sic etiam lib. 15. cap. 10. pag. 973. lin. penult.

Ibid. v. 10. ἤδη δὲ καί.) *Quin imo etiam.* His tribus particulis Arrianus utitur, cum majus quid dicturus est, de exped. Alex. 4. 14. 3. ΗΔΗ ΔΕ τινες ΚΑΙ τάδε ἀνέγραψαν. *Nonnulli vero etiam hæc tradunt.* Et 6. 28. 1. ΗΔΗ ΔΕ τινες ΚΑΙ τοιάδε ἀνέγραψαν, οὐ πιστὰ ἐμοὶ λέγοντες. *Sunt etiam nonnulli qui scribant, quod quidem mihi verisimile non videtur.* Sic & Plutarchus pædag. cap. 7. n. 20. ΗΔΗ ΔΕ τινες ΚΑΙ τῶν νεανικωτέρων ἀποτολμῶσι κακῶν. *Sunt qui & majora audent flagitia.* Nos in vernacula lingua vim verbi ἤδη per gar exprimimus: Es sind auch gar einige die da schreiben. Ut ἤδη sit inten-

ten-

tendendi, non temporis adverbium. Quam significationem apud Arrianum habet multis locis. Ut 3,4,8. 6,22,13. 7,10,3. Indic. 14,4 & 5. & Tactic. cap. 8. pag. 8. & cap. 10. init. Herodotus lib. I. pag. 30. D. *Ex eo tempore quoties Lacedæmonii cum Tegeatibus congressi sunt, superiores extitere:* ΗΔΗ ΔΕ σφι ΚΑΙ ἡ πολλὴ τῆς Πελοποννήσου ἦν κατεστραμμένη. *Quin etiam magna pars Peloponnesi eis parebat.* Simile exemplum citat *Budæus* ex *Gregorio*: οὐ τῶν ἐσομένων μόνον, ἀλλ' ΗΔΗ ΚΑΙ τῶν γεγονότων. Itemque ex Synesio: τοῦτο τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν, ΗΔΗ ΔΕ ΚΑΙ τοῖς ἄλλοις τὸ περιμάχητον ἦν. Ut proinde crescat oratio, & hoc dicatur: Non solum adoptari posse alios, qui pari cum Judæis jure fruantur: sed etiam, quod majus est, Judæos plane excisum iri, ni vere resipiscant. Sed *Chrysostomus* τὸ ἤδη de propinquitate temporis exponit. Lectoris ergo esto judicium. Quanquam & Chrysostomus hic incrementum aliquod orationis agnoscit, licet id in adverbio ἤδη non ponat: τί γὰρ λέγω, φησίν; ὅτι ἀποσπασθῆναι μέλλετε τῆς πρὸς τὸν πατριάρχην συγγενείας, καὶ ἑτέρους ὁρᾷν τοὺς ἀπὸ λίθων εἰς τὴν ὑμετέραν εἰσαγομένους προεδρίαν. οὐδὲ γὰρ μέχρι τούτου τὰ τῆς τιμωρίας ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω προβήσεται τὰ τῆς κολάσεως. ἤδη γάρ φησιν, ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. *Quid enim dico, inquit, quod futurum sit ut excidatis a Patriarcha cognatione, & alios videatis qui ex lapidibus in vestram inducantur dignitatem? Non enim hucusque tantum supplicia vestra*

perveniunt; sed etiam ulterius progrediuntur pœnæ vestræ. Jam enim, inquit, securis ad radicem arborum posita est.

Ibid. v. 17. εὐδόκησα.) Est hoc alterum verbum ex eorum numero, quæ non facile alibi, vel nusquam frequentius, quam apud Polybium reperiri testatur *Casaubonus*. Quare quod *Erasmus Roterodamus* scribit ad h. l. *verbum esse peculiare divinis literis*, si hoc voluit dicere, ita proprium esse divinis litteris, ut aliis Scriptoribus non sit commune, satis refellitur vel ex solo Polybio. Licet vero pleraque exempla ad unam reduci possint significationem generalem, ut sit *bene de aliqua re vel persona existimare*, id quod ipsum verbi ἔτυμον declarat, compositi ex *εὖ bene*, & *δοκέω puto, existimo*: placet tamen ex rerum, quibus accommodatur, diversitate, discrimina quædam constituere, iisque subjicere & Polybii & Nov. Test. loca. Notat ergo

I. *Rem quampiam vel personam probare, eam gratam & acceptam habere, ea delectari, velle aliquid, consentire, assentiri, inter se convenire.* Lib. I. cap. 83. pag. 118. lin. 4. *Carthaginienses jam prope quingentos id genus homines carceribus inclusos tenebant; cum Romani graviter succensere illis eo nomine ceperunt. Sed iidem missis legatis, ubi rogatu suo omnes recepissent,* ἐπὶ τούτοις ΕΥΔΟΚΗΣΑΝ, ὥστε παραχρῆμα τοῖς Καρχηδονίοις ἀντιδωρήσασθαι τοὺς ὑπολειπομένους παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτους

λύσαντες ἐκ τοῦ περὶ Σικελίαν πολέμου. *Gratum adeo id officium habuerunt, ut extemplo Carthaginiensibus ipsi vicissim donarent, quotquot adhuc restabant penes ipsos captivi e bello in Sicilia gesto.* Lib. 3. cap. 8. pag. 228. lin. 12. a fine: οὐδένα γὰρ ΕΙΔΟΚΕΙΝ τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἐν Καρχηδόνι, τοῖς ὑπ' Αννίβου περὶ τὴν Ζακανθαίων πόλιν πραχθεῖσι. *Neminem enim Carthagine, qui quidem aliquo loco esset in Rep. ea approbasse, quae erga Saguntinorum civitatem fecit Hannibal.* Lib. 4. cap. 22. pag. 406. lin. 24. ἀπιστοῦντες οἱ τρεῖς ἑνὶ τῶν δυοῖν Ἀδειμάντῳ, διὰ τὸ συνειδέναι μὲν σφίσι πάσας τὰς ἐπιβολὰς, μὴ λίαν δὲ τοῖς γινομένοις ΕΥΔΟΚΕΙΝ. *Tres illos fidem Adimanti (is erat alter e duobus) suspectam habentes; quod omnium inceptorum conscius parum sibi illa placere ostenderat.* Lib. 5. cap. 107. pag. 620. lin. 10. Αἰτωλοὶ δὲ παρ' αὐτὰ μὲν ΕΥΔΟΚΟΥΝΤΕΣ τῇ γενομένῃ διαλύσει πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς, ὡς ἂν μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῖς τοῦ πολέμου προκεχωρηκότος. *Aetoli, quibus parum ex animi sententia bellum successerat, repente illi quidem pace confecta laetari.* Quod etiam ad sequentem significationem referri possit. Lib. 5. cap. 93. pag. 603. lin. penult. *Ad haec postulabatur, ut divites qui fundos possidebant, tertiam fundorum suorum partem conferrent ad supplementum novorum civium. Alii neque pomeria urbis minui sustinebant:* οὔτε τὸ τρίτον τῶν κτήσεων ΕΥΔΟΚΟΥΝ εἰσφέρειν μέρος, *neque de collatione tertiae partis possessionum suarum consentiebant.* Lib. 14. cap. 2. pag. 945. lin. 8. a fine: τὸν μὲν Πόπλιον ΕΥΔΟΚΕΙΝ καὶ σπουδάζειν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης

Publio

Publio quidem conditiones probari, eumque studio pacis duci. Lib. 17. cap. 33. pag. 1073. lin. 10. & 13. *Loquentem Parmenionem interpellans, Desine, inquit, plura dicere,* ὐ γὰρ ἐπὶ Ῥωμαίων, ἀλλὰ ἐπὶ Ῥοδίων ὑμῖν ΕΥΔΟΚΩ διακριθῆναι περὶ τῶν ἀντιλεγομένων. καὶ τότε μὲν ἐπὶ τούτοις διέλυσαν τὸν σύλλογον, ὐδαμῶς ΕΥΔΟΚΗΣΑΝΤΕΣ ἀλλήλοις. *Non enim Romanis judicibus, sed Rhodiis, disceptare hasce controversias mihi placet. Ita colloquium tunc est solutum, quum nullo modo inter ipsos convenisset.* Excerpt. de virtut. & vitiis pag. 1442. lin. 15. *Sed postea quam Rex adolescentiam attigit, collectam satis magnam pecuniæ vim Alexandriam misit,* ὥστε καὶ τὸν Πτολεμαῖον αὐτὸν, καὶ τὺς περὶ τὴν αὐλὴν ΕΥΔΟΚΗΣΑΙ τῇ πρότερον αὐτῦ συστολῇ, καὶ τῷ μηδὲν προΐεσθαι, *adeo ut Ptolemæus & cæteri aulici priorem illius parsimoniam ac diligentiam vehementer probarint.* Contrarium est δυσαρεστεῖν & δυσαρεστεῖσθαι lib. 5. cap. 107. pag. 620. lin. 17. ὐδένα δὲ χρόνον διαλιπόντες ΔΥΣΗΡΕΣΤΟΥΝ, καὶ καταμεμφόντο τὸν Αγέλαον. *Iidem tamen ne minimo quidem spatio temporis interjecto, ægre ferre, & Agelaum incusare.* Lib. 3. cap. 8. pag. 229. lin. 1. ἐπείπερ ἐξ ἀρχῆς ΔΥΣΗΡΕΣΤΟΥΝΤΟ τοῖς ὑπ' Αννίβυ πραττομένοις. *Siquidem semper ipsis facta Hannibalis displicuerant.*

II. *In aliquo acquiescere, eo contentum esse, neque aliud quid requirere*; quæ significatio in plerisque locis cum superiore convenit. Lib. 1. cap. 8. p. 11. lin. 13. ὥστε τὺς Συρακυσίυς, καίπερ

ὐδα-

ὐδαμῶς ΕΥΔΟΚΟΥΜΕΝΟΥΣ ἐπὶ ταῖς τῶν στρατιωτῶν ἀρχαιρεσίαις, τότε πάντας ὁμοθυμαδὸν ΕΥΔΟΚΗΣΑΙ στρατηγὸν αὐτῶν ὑπάρχειν Ἱέρωνα. *Ut Syracusii, licet a militibus habita comitia creandis magistratibus nequaquam probarent: tunc tamen universi consentientibus animis Hieronem Pratorem perlubenter acciperent.* Lib. 2. cap. 38. pag. 175. lin. 14. *Non est invenire ullam hominum societatem, in qua juris aequabilitas, libertas, & ut brevi absolvam, popularis vere status magis vigeat, aut instituta sinceriora, quam apud Achaeos.* αὕτη τινὰς μὲν ἐθελοντὶ αἱρετιστὰς εὗρε Πελοποννησίων. πολλοὺς δὲ πειθοῖ καὶ λόγῳ προσηγάγετο. τινὰς δὲ βιασαμένη σὺν καιρῷ, παραχρῆμα πάλιν ΕΥΔΟΚΕΙΝ ἐποίησεν αὐτῇ ἀναγκασθέντας. *Hac Reip. forma a multis Peloponnesiis ultro est suscepta; multi rationibus & apta ad persuadendum oratione ut illa uterentur sunt adducti: ad quosdam cum per occasionem vis esset adhibita, facile statim impetratum, ut in eo propriis voluntatibus acquiescerent, quod initio coacti probaverant.* Lib. 2. cap. 49. p. 187. l. 4. af. τοῦτο δ᾽ ὡς Αἰτωλοὶ καὶ Κλεομένης κρατήσαντες τούτων, οὐκ ΕΥΔΟΚΗΣΟΥΣΙΝ, οὐδὲ μὴ μείνωσιν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, ἔτι τοῦτο τοῦ πρόσθεν ῥᾷον εἶναι τῷ νοῦν ἔχοντι συνιδεῖν. τήν τε γὰρ Αἰτωλῶν πλεονεξίαν οὐχ οἷον τοῖς Πελοποννησίων ὅροις ΕΥΔΟΚΗΣΑΙ ποτ᾽ ἂν περιληφθεῖσαν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς τῆς Ἑλλάδος. *Quod autem Ætoli & Cleomenes debellatis Achais cupiditati sua finem non sint facturi, neque in eo statu mansuri: id quoque recte existimanti vel manifestius esse quam illud prius. Nam avaritia quidem Ætolorum, nec*

Græciæ universæ fines fore satis, nedum ut Peloponnesus eam expleat. Lib. 3. cap. 31. p. 257. l. 8. πῶς δ' ἂν ΕΥΔΟΚΟΥΜΕΝΟΣ τοῖς ὑποκειμένοις, τοὺς βεβαιώσοντας τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν καὶ διαφυλάξοντας τὴν κατάστασιν παροξῦναι δικαίως; *Quomodo denique si rebus præsentibus acquiescat, alios impulerit, ut quam ipse formam Reip. probat, eam adfirmare velint, neque sollicitari statum civitatis patiantur?* Lib. 8. cap. 9. extremó, pag. 723. lin. 4. *Et sacrificia & cultum heroibus debitum Arato decreverunt, &, ut verbo expediam, quicquid ad memoriam defuncti æternitati consecrandam facit.* ὥστ' εἴπερ καὶ περὶ τοὺς ἀποιχομένους ἔστι τις αἴσθησις, εἰκὸς ΕΥΔΟΚΕΙΝ αὐτὸν καὶ τῇ τῶν Ἀχαιῶν εὐχαριστίᾳ, καὶ ταῖς ἐν τῷ ζῆν κακοπραγίαις καὶ κινδύνοις. *Ut, si quis mortuis inest sensus, in animo grato Achæorum ex omnibus ærumnis & periculis quæ vivus sustinuit, acquiescere ipsum par sit ac rationi consentaneum.* Ad has ambas significationes, utpote valde inter se affines & fere easdem, pertinet hic locus, ut sententia sit: *De quo ita sentio, & in quem ita sum affectus, ut tota mens, tota voluntas in eo conquiescat mea, qui mihi placet, quo delector, cujus mihi omnia & facta & dicta sunt probatissima, quique mihi omnibus in rebus ita satisfacit, ut nihil præterea requiram.* Neque enim dubium est, quin hic omnibus, ut ajunt, numeris perfecta εὐδοκία sit intelligenda. Hæc ergo vis est hujus verbi. Si quis jam singula vellet copiosius persequi, & ex sacris litteris quasi particulatim secum reputare paternæ hujus erga filium voluntatis

caussas

caussis rationemque: is uberrimam haberet cogitandi materiam, plenamque rerum jucundissimarum. Deus enim εὐδόκησε tum in divina filii sui natura, quam cum ipso habet plane eandem, tum in humana, utpote purissima & sanctissima, & divinæ arctissime juncta; εὐδόκησεν in triplici ejus officio, regio, prophetico & sacerdotali; quo postremo ita prorsus satisfactum est ipsius justitiæ, ut nihil ab hominibus postulet amplius. Unde etiam εὐδοκία ἐν ἀνθρώποις Luc. II. 14. Nam ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ Eph. I. 6. εὐδόκησε jam in eo ante jacta mundi fundamenta, εὐδόκησε cum in terris versaretur, εὐδόκησεν etiam nunc in eo a dextris sibi assidente. Est enim verbum indefiniti temporis, quo tempore Græci sæpe utuntur de iis rebus, quæ solent fieri, quæque & sunt & fuerunt eruntque. Vocant propterea actum continuum. Cujus generis exempla plurima dantur & in Polybio pag. 654. lin. 9. 12. 17. & seqq. pag. 667. lin. 14. pag. 670. lin. 6. Sed fatendum est, in Polybio cum præpositione ἐν conjunctum non reperiri; (Nam quod lib. 2. cap. 12. cap. 12. pag. 139. lin. 5. a fine dicitur ἐν ἀῖς εὐδόκησε, alia constructio est, uti cuivis verba ipsa inspicienti patebit: ἡ Τεῦτα διαπρεσβευσαμένη πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, ποιεῖται συνθήκας, ἐν ἀῖς εὐδόκησε, φόρους τε τοὺς διαταχθέντας οἴσειν. *Teuta legatis ad Romanos missis, pacem hisce conditionibus cum illis sancit, ut tributa, quæ ipsi imperarentur, quotannis penderet, &c.*) quodsi nec apud alios re-

repetiatur, eatenus dici possit cum *Erasmo* peculiare divinis litteris. Ita enim LXX. in Græcum convertunt 2. Sam. XXII. 20. כִּי חָפֵץ ηὐδόκησεν ἐν ἐμοί. & Pſ. XLIV. 4. רְצִיתָם εὐδόκησας ἐν αὐτοῖς. Sed de similitudine Scriptorum utriusque fœderis alias, ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ. Idem sensus est, 1. Cor. X. 5. 2. Cor. XII. 10. 2. Theſſ. II. 12. Hebr. X. 6. 8. 38.

III. *Lubenter aliquid facere, sponte & pro arbitrio suo decernere; quod ita sibi placeat, quodque ita justum, rectum, commodum judicet.* Lib. 1. cap. 77. pag. 109. lin. 8. a fine: *His auditis sancta lætitia incessit Barcam, & quia magna fiducia juvenis accesserat, & quod miram in sermonibus simplicitatem præ se ferebat;* ὡς οὐ μόνον ΕΥΔΟΚΗΣΑΙ κοινωνὸν αὐτὸν προσλαβέσθαι τῶν πράξεων· ἀλλὰ καὶ τὴν θυγατέρα δώσειν ἐπηγγείλατο μεθ' ὅρκου. *Ut non solum in societatem omnium consiliorum lubens illum admitteret: sed filiam quoque suam ei se daturum jurejurando confirmaret.* Lib. 15. cap. 34. pag. 1004. lin. penult. *Talia enim semel ac prima vice libenter vel spectamus, vel audimus; ut discamus fieri illa posse, quæ existimabamus non posse.* Ὅταν δὲ πιστεύομεν, οὐδεὶς τοῖς παρὰ φύσιν ἐγχρονίζων ΕΥΔΟΚΕΙ. τῷ δ' αὐτῷ πλεονάκις ἐγκυρεῖν, οὐδ' ὅλως ἂν βουληθείη. *Cujus rei fides ubi est facta, nemini rebus contra naturam diutius immorari est gratum. Occurrere vero sibi idem sæpius, nemo non abominetur.* Sic Luc. XII. 32. Rom. XV. 26. 27. 1. Cor. I. 21. 2. Cor. V. 8. Gal. I. 15. Col. I. 19. 1. Theſſ. II. 8. III. 1.

IV.

IV. *Placeo*, pag. 1431. lin. 16. τοῖς μὲν ἔν ἄλλοις Βοιωτοῖς ἤρεσκε τῦτο πράξας, τοῖς δὲ Θηβαίοις ἐχ ὅλως ΕΥΔΟΚΕΙ τὸ γεγονός. *Quod ejus factum cæteris quidem Bœotis placuit, at Thebani minime approbaverunt.* Lib. 1. cap. 88. pag. 123. lin. 17. a fine: *Sed enim Hanno & Barca admotis hinc illinc castris, cito illos coëgerunt* ὁμολογίας ποιήσασθαι καὶ διαλύσεις ΕΥΔΟΚΟΥΜΕΝΑΣ Καρχηδονίοις, *in eas leges & conditiones consentire, quæ Carthaginiensibus placuissent.* Item pag. 188. lin. 3. a fine, & pag. 557. lin. 10. a fine. Unde apparet, utroque modo construi, & cum nominativo & cum dativo personæ; ut perinde sit, sive dicam ἐγὼ εὐδοκῶ τῷ γεγονότι, sive τὸ γεγονὸς εὐδοκεῖ ἐμοί. Quare ellipsis, quæ est Colos. I. 19. vel ita suppleri potest ex v. 12. εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ, quod malim, tanquam usitatius; vel hoc modo, εὐδόκησε τῷ Πατρί. Priori modo pertinet ad primam, posteriori ad hanc significationem.

Cap. IV. 1. εἰς τὴν ἔρημον.) Non solum Jesus in loco deserto, sed etiam ipse desertus erat, tum ab hominum societate, quibuscum versari solebat, remotus, tum Angelorum ministerio destitutus. Eleganter Epictetus, quem locum, quemque hominem desertum dicere soleamus, ostendit peculiari capite 13. lib. 3. quod inscribitur: τί ἐρημία, καὶ ποῖος ἔρημος, ex quo nonnulla placet excerpere. Ἐρημία ἐστὶ κατάστασίς τις ἀβοηθήτε. ἐ γὰρ ὁ μόνος ὢν, εὐθὺς καὶ ἔρημος. ὥσπερ ἐδ' ὁ ἐν πολλοῖς ὢν, ἐκ ἔρημος. ὅταν

γοῦν ἀπολέσωμεν ἢ ἀδελφὸν, ἢ υἱὸν, ἢ φίλον ᾧ προσαναπαυόμεθα, λέγομεν ἀπολελεῖφθαι ἔρημοι, πολλάκις ἐν ῥώμῃ ὄντες, τοσούτου ὄχλου ἡμῖν ἀπαντῶντος, καὶ τοσούτων συνοικούντων, ἔσθ' ὅτε πλῆθος δούλων ἔχοντες. θέλει γὰρ ὁ ἔρημος κατὰ τὴν ἔννοιαν ἀβοήθητός τις εἶναι, καὶ ἐκκείμενος τοῖς βλάπτειν βουλομένοις. διὰ τοῦτο ὅταν ὁδεύωμεν, τότε μάλιστα ἐρήμους λέγομεν ἑαυτοὺς, ὅταν εἰς λῃστὰς ἐμπέσωμεν. οὐ γὰρ ἀνθρώπου ὄψις ἐξαιρεῖται ἐρημίας, ἀλλὰ πιστοῦ καὶ αἰδήμονος καὶ ὠφελίμου. *Solitudo est status hominis destituti auxilio. Non enim qui solus est, statim etiam est desertus; sicut neque qui cum multis est, non desertus. Quando igitur amisimus aut fratrem, aut filium, aut amicum in quo acquiescebamus, dicimus relictos nos esse desertos, sæpe cum Romæ sumus, tanta turba nobis occurrente, & tot nobiscum habitantibus, interdum etiam magnam copiam servorum habentes. Habet enim desertus hanc notionem, quod sit sine auxilio, & expositus iis qui nocere volunt. Propterea quando iter facimus, tunc maxime desertos nos dicimus, si in latrones incidamus. Non enim hominis conspectus eximit nos solitudini, sed fidelis, verecundi ac ejus qui prodesse studeat.*

Ibid. 21. *καταρτίζοντας.*) Polyb. lib. 1. ναῦς ΚΑΤΑΡΤΙΣΑΝΤΕΣ ἀνήγοντο, *refectis classibus portu solvebant.* lib. 5. cap. 101. pag. 612. lin. 11. ΚΑΤΑΡΤΙΣΑΣ δώδεκα ναῦς, *instructis navibus duodecim.*

Cap. V. 5. *κληρονομήσουσι.*) Si quis legat Psalmum XXXVII. ex cujus v. 11. hæc sumta sunt,

sunt; non multum desideret explanationem uberiorem horum verborum. Nobis hoc tantum annotare visum est, *κληρονομεῖν* habere etiam significationem *adipiscendi ea loca, quæ antea hostium fuere, hostibus deletis atque exterminatis.* Ita Gen XXII. 17. & apud Polyb. lib. 9. cap. 33. pag. 795. lin. 8. *Nuper etiam infelicium Anticyrensium oppidum, postquàm ipsos a Romanis adjuti sub jugum misissent, sibi detinuerunt. Et liberos quidem ac mulieres Romani abducunt; ut ea videlicet patiantur, quæ par est illos pati, qui in potestatem alienigenarum hostium devenerunt.* Τὰ δ' ἐδάφη ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΥΣΙ τῶν ἠτυχηκότων Αἰτωλοί. *Aream & solum miserorum, velut hæreditatis jure Ætoli possident.* Lib. 15. cap. 23. extremo, pag. 990. lin. 14. *Prusias vero etsi propositum suum ad exitum fuisse perductum, gaudio exultabat; quia tamen incepti illius præmia alter abstulerat,* αὐτὸς δὲ πόλεως οἰκόπεδον ἔρημον ΕΚΛΗΡΟΝΟΜΕΙ δυσχερῶς διέκειτο, *ipse deleta urbe, soli deserti hæreditatem creverat, iniquo rem animo ferebat.* Conf. Not. ad Luc. X. 25. Quæ significatio ab hoc loco non est aliena. Promittitur enim eo, quem citavi Psalmo, fore tandem ut impii quantumcunque fortunati exscindantur, pii contra divinitus calamitatibus erepti serventur. Quo in genere sæpe fit divino consilio tanta rerum commutatio, ut impiorum bona ad pios transmittantur, uti est Jobi XXVII. 17. Neque tamen hæc propterea annoto, quod in angustum hic verbum istud concludi velim, sed contra ut quam late pa-

teat ostendam. Est enim *κληρονομεῖν* universim consequi aut *possidere quocunque jure aut titulo*. Cumque etiam ad loca extendatur de hostibus capta, haud paulo major fit atque illustrior promissionis hujus amplitudo. Nempe tantum abesse, ut mites & mansueti, qui multa de suo jure concedunt, neque illatas injurias rigide persequuntur, damnaque rei familiaris leniter ferunt, rebus necessariis destituantur, ut sæpe a quibus exuti fuerunt facultatibus suis, in illorum ipsorum possessiones veniant, præmia mansuetudinis recipientes, unde damna senserant, opes lædentis ad læsum divina transferente vindicta.

Ibid. v. 11. *ὀνειδίσωσιν*) Sicut *διώκειν* forense verbum est, id quod in Xenophonteis annotationibus ostendimus: ita & *ὀνειδίζειν* non in privatis tantum conviciis locum habet, sed etiam in publicis, quæ apud Magistratum fiunt. Quo sensu extat apud Polybium lib. 9. cap. 28. initio: Πάλιν Ἀλεξάνδρῳ διότι μὲν ἀδικεῖσθαι δόξας τὴν Θηβαίων πόλιν ἐκόλασε, τοῦτο πικρῶς ΩΝΕΙΔΙΣΑΣ. *Jam & Alexandro illud quidem cum amarulentia objecisti*, (& quidem in publico Lacedæmoniorum concilio) *quod Thebanorum urbem a qua injuriam sibi rebatur factam, supplicio affecerit.* Ibid. cap. 29. pag. 790. lin. 14. a fine: Τῶν δὲ Φιλίππῳ πεπραγμένων εἰς ἀσέβειαν ΩΝΕΙΔΙΣΑΝ τὴν τοῦ ναοῦ καταφθοράν. *Iidem ut Philippum ex rebus quas gessit impietatis arguant, templi vastationem ei objiciunt.*

Ibid.

Ibid. v. 17. *καταλῦσαι*) καταλύειν τὸν νόμον est *solvere legem*, ut Curtius loquitur 10, 2, 5. *abrogare, tollere, antiquare.* Polyb. lib. 3. cap. 8. pag. 228. lin. 12. *Asdrubalem postquam magnum in Hispania potentatum sibi peperißet, in Africam mox rediisse,* ἐπιβαλέσθαι ΚΑΤΑΛΥΣΑΝΤΑ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ εἰς μοναρχίαν περιστῆσαι τὸ πολίτευμα τῶν Καρχηδονίων, *& antiquare patrias leges esse aggressum, ac formam reip. Carthaginiensium in principatum unius mutare.* Usurpatur eodem abolendi & delendi sensu de aliis quoque rebus, ut lib. 1. cap. 2. pag. 2. lin. 6. a fine: ΚΑΤΑΛΥΣΑΝΤΕΣ τὴν τῶν Περσῶν δυναστείαν, *everso Persarum dominatu.* Et de personis apud Xenoph. Cyropæd. init καὶ ὅσοι τυραννεῖν ἐπιχειρήσαντες, οἱ μὲν αὐτῶν καὶ ταχὺ παμπαν ΚΑΤΕΛΥΘΗΣΑΝ, οἱ δὲ, κἂν ὁποσονοῦν χρόνον ἄρχοντες διαγένωνται, θαυμάζονται ὡς σοφοί τε καὶ εὐτυχεῖς ἄνδρες γεγενημένοι. *Quot denique tyrannidem arripere conati, partim admodum cito sint oppreßi, partim ut eximia sapientia felicitateque viri, admirationem sui excitarint.* Demosthenes dicit λύειν νόμον, eique opponit τιθέναι νόμον *legem ferre*, Olynth. 3. pag. 10. C. & lin. ult. item Herodotus de Solone lib. 1. pag. 12. B. *Decem annos per causam contemplandi, navigando erat peregrinatus,* ἵνα μὴ δή τινα τῶν ΝΟΜΩΝ ἀναγκασθῇ ΛΥΣΑΙ τῶν ἔθετο, *ne quam legum, quas condiderat, abrogare cogeretur.*

Ibid. v. 22. τῷ συνεδρίῳ] Συνέδριον accipitur vel (1) pro *Senatu* sive consessu aut concilio

senatorum ac judicum, uti hoc loco; & ap
Polybium de Senatu Romano lib. 1. cap. 11. ini
& pag. 229. l. 4. a fine, de Carthaginiensi lib
cap. 8. pag. 228. lin. 21. de Concilio militari pa
670. lin. 1. Vel (2) pro *loco Concilii* sive con
ventus, ut Matth. X. 17. Marc. XIII. 9. & Poly
lib. 2. cap. 39. init. *ἐνέπρησε τὰ συνέδρια τῶν Πυ-
θαγορείων*, *incendit collegia Pythagoraeorum.*

Ibid. v. 25. εὐνοῶν] Polyb. lib. 3. cap. 11
pag. 232. lin. 14. a fine: *Patrem* (Amilcarem)
dextra filium (Hannibalem) *prehendisse, ad altar*
admovisse, & tactis sacris jurejurando adegisse, μηδέ
ποτε Ῥωμαίοις ΕΥΝΟΗΣΕΙΝ, *nunquam amicum po-
pulo Romano fore.* Corn. Nepos Hannib. 3. 4
nunquam in amicitia cum Romanis fore. Xeno-
phon Cyropaed. lib. 8. pag. 164. init. *Primum
quovis tempore quam poterat maxime humanitatem
animi declarabat, ἡγούμενος, ὥσπερ οὐ ῥᾴδιόν ἐστι
φιλεῖν τοὺς μισεῖν δοκοῦντας, οὐδ'* ΕΥΝΟΕΙΝ *τοῖς κακο-
νόοις, οὕτω καὶ τοὺς γνωσθέντας ὡς φιλοῦσι καὶ* ΕΥ-
ΝΟΟΥΣΙΝ *οὐκ ἂν δύνασθαι μισεῖσθαι ὑπὸ τῶν φιλεῖ-
σθαι ἡγουμένων, quum existimaret, perinde ac facile
non sit eos diligere, qui odisse videantur, neque male
erga nos affectos benevolentia complecti: sic fieri non
posse, ut illi quorum semel cognitus sit amor & bene-
volentia, iis odio sint, qui ab ipsis diligi videantur.*

Ibid. v. 28. *ὁ βλέπων γυναῖκα*] Arrian.
diss. Epict. lib. 3. cap. 7. pag. 294. sub fin. *σοὶ κα-
λὴν γυναῖκα φαίνεσθαι μηδεμίαν δεῖ ἢ τὴν σήν. Tibi
opor-*

oportet ut videatur nulla mulier formosa præter tuam.

Ibid. v. 34. μὴ ὀμόσαι ὅλως.) Epict. Enchir. cap. 44. Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μὴ, ἐκ τῶν ἐνόντων. *Jusjurandum recusa, si fieri potest, omnino: sin minus, quantum potes.*

Ibid. v. 41. μίλιον] Vocabulum origine quidem Latinum, sed quo Polybius jam videtur usus, ex quo Strabo Geogr. lib. 6. hæc citat: Πολύβιος δ' ἀπὸ τῆς Ιαπυγίας μεμιλιᾶσθαι φησί. κᾳ εἶναι ΜΙΛΙΑ ΦΞΒ εἰς Σίλαν πόλιν. Et lib. 7. ΜΙΛΙΑ δ' ἐστὶ, φησὶ Πολύβιος, ταῦτα διακόσια ἑξήκοντα ἑπτά. Neque tamen certum habeo dicere, ipsane hæc sint Polybii verba, an sententiam ejus tantum expresserit Strabo. Certe in simili argumento pro milliari Polybius octona stadia dicit pag. 267. lin. 24. ταῦτα γὰρ νῦν βεβημάτισαι καὶ σεσημείωται κατὰ σταδίους ὀκτὼ διὰ Ῥωμαίων ἐπιμελῶς. *Hæc enim jam omnia intervalla per octona stadia* sive milliaria *dimensi sunt & distinxerunt Romani.* Unde simul discimus, Romanum milliare octo stadiorum Græcorum fuisse.

Ibid. 43. τὸν πλησίον] Huic opponitur ὁ ἐχθρὸς, quasi ὁ πλησίον, & quod ei in hebræo respondet רע hoc loco amicum sonaret. Ita nempe sentiebant Pharisæi, pessimi legis interpretes; quibus multo rectius *Kimchi* ad Ps. XV. 3.

XV. 3. *mos est loquendi talis Scripturæ, quo per p ximum intelligit eum, quicum nobis negotium* Ita prorsus etiam a Græcis ὁ πλησίον accipit pro *quovis homine, etiam inimico.* Polyb. lib. 1 cap. 6. init. Καθάπερ γὰρ οἱ νοῦν ἔχοντες ἐπὰν ἀμ νασθαι κρίνωσι τοὺς ΕΧΘΡΟΥΣ, οὐ. τοῦτο πρῶτ σκοποῦνται, τί παθεῖν ἄξιός ἐστιν ὁ ΠΛΗΣΙΟΝ, ἀλλ τί ποιεῖν αὐτοῖς πρέπει, τοῦτο μᾶλλον. οὕτω κ περὶ τῶν λοιδοριῶν. *Quemadmodum viri prudent & cordati quando inimicos volunt ulcisci, nequaquam illud primum considerant, quid ille dignus sit pa quicum iis res est; sed illud potius, quid sibi facer conveniat: ita & cum alicui probra dicuntur.* Hi manifesto ὁ ἐχθρὸς & ὁ πλησίον pro eodem ponuntur. Et lib. 12. cap. 2. pag. 913. lin. 3. *Apud Græcos vero quoties diversi greges, dum per saltus fructus sectantur, inter se fuerint permixti; is qui pluros porcos habuerit, & occasionem in rem suam vertere sciverit,* περιλαβὼν τοῖς ἰδίοις θρέμμασιν, ἀπάγει τὰ τοῦ ΠΛΗΣΙΟΥ, *aliena pecora intra suum gregem recipiens, simul abigit.* Item pag. 1396. lin. 3. Πικρὸς γὰρ γεγονὼς καὶ ἀπαραίτητος ἐπιτιμητὴς τῶν πέλας, εἰκότως ἂν καὶ ὑπὸ τῶν ΠΛΗΣΙΟΝ αὐτὸς ἀπαραιτήτου τυγχάνοι κατηγορίας. *Nam cum alios ipse acerbe atque inclementer objurgare soleat, jure merito ab aliis pari inclementia tractabitur.* Pag. 1401. lin. 4. Πάντα γὰρ ἐπιδέχεσθαί μοι δοκεῖ τὰ πικρότατα τὸ γένος, οἷς ἐκεῖνος κέχρηται κατὰ τῶν ΠΛΗΣΙΟΝ. *Nullum est enim tam acerbum genus convicii, quo ille adversus alios utitur, quod huic illius facto non arbitrer convenire.* Unde

Pau-

Paulus hanc eandem legem citans Rom. XIII. 8 τὸν ἕτερον ait. Vide *Vorstium* de Hebraism. Novi Test. cap. 3. pag. 54. & 55.

v. 44. ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν) Arrian. dissert. lib. 3. cap. 22. p. 348. init. τοῦτο λίαν κομψὸν τῷ Κυνικῷ παραπέπλεκται· δαίρεσθαι δεῖ αὐτὸν ὡς ὄνον, καὶ δαιρόμενον φιλεῖν αὐτοὺς τοὺς δαίροντας, ὡς πατέρα πάντων, ὡς ἀδελφόν. *Hoc valde elegans cum Cynico conjunctum est*, & ad officium ipsius pertinet. *Verberari ipsum oportet ut asinum, & quando verberatur amare ipsos verberantes, tanquam si pater aut frater esset omnium.*

Ibid. εὐλογεῖτε] Simile præceptum habet Epictetus lib. 1. cap. 25. qui & ipsa εὐλογίας verba tradit. Si quis enim injuria nos affecerit, ei nos contra bene preccari oportere, & dicere: καλῶς σοι γένοιτο, *Bene tibi sit*, pag. 100, lin. 26.

Cap. VI. 1. πρὸς τὸ θεαθῆναι] Arrian. dissert. lib. 4. cap. 8. pag. 489. sub fin. καλῶς Εὐφράτης ἔλεγεν, ὅτι ἐπιπολὺ ἐπειρώμην λανθάνειν φιλοσοφῶν· καὶ ἦν μοι, φησι, τοῦτο ὠφέλιμον. Πρῶτον μὲν γὰρ ᾔδειν, ὅσα καλῶς ἐποίουν, ὅτι οὐ διὰ τοὺς ΘΕΑΤΑΣ ἐποίουν, ἀλλὰ δι' ἐμαυτόν· ἤσθιον ἐμαυτῷ καλῶς, κατεσταλμένον εἶχον τὸ βλέμμα, τὸν περίπατον· πάντα ἐμαυτῷ καὶ τῷ θεῷ. *Recte Euphrates dicebat. Sæpe tentabam, ut philosophum me esse homines nescirent: & erat mihi, inquit, hoc utile. Nam primum quidem sciebam, quæcunque recte faciebam,*

ciebam, quod non propter spectatores facerem, propter me ipsum. Comedebam mihi frugaliter, modestos habebam oculos, incessum: omnia faciebam mihi & Deo.

Ibid. v. 3. μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου, τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου.) Proverbiale loquendi genus, quo significatur, in occulto ea fieri debere. Cujusmodi aliud proverbium apud Polybium exstat, *quæ dextra manu dantur, sinistra accipere*, id est, non eo animo accipere, quo dantur, sed simulate secum agi putare, pag. 1354. & seqq. τὸ δὲ ἔθνος, καθάπερ ἡ παροιμία ἔφη, οὐ μόνον τὰ διδόμενα τῇ δεξιᾷ παρὰ Ῥωμαίων, ἐδέχοντο τῇ λαιᾷ χειρί· καθόλου δὲ καὶ συλλήβδην παρέπαιον τοῖς λογισμοῖς. *At gens Achæorum, non solum quæ dextra dabantur a Romanis, ut est in proverbio, læva accipiebat manu; sed plane, ut verbo expediam, delirabat.*

Ibid. v. 19. ἀφανίζει.] i. e. διαφθείρει, Luc. XII. 33. Ita Polyb. lib. 1. cap. 81. pag. 114. lin. 12. a fine: *in ulceribus*, (incurabilibus) *si curationem ita affectis admoveas, illa ipsa irritatur malum, ut tanto serpat velocius*: ἐὰν δὲ πάλιν ἀφῇ, κατὰ τὴν ἐξ αὐτῶν φύσιν ΦΘΕΙΡΟΝΤΑ τὸ συνεχὲς, οὐκ ἴσχει παῦλαν, ἕως ἂν ΑΦΑΝΙΣΗ τὸ ὑποκείμενον. *Rursus si curatio omittatur, proxima quæque loca corrumpendo, ut natura est horum ulcerum, non ante finem faciunt, quam corpori subjecto perniciem attulerint.* Et lib. 4. cap. 33. pag. 419. lin. 22. αὐτὸν τ' ἄνωλον,

λον, καὶ τὸ γένος αὐτοῦ πᾶν ΗΦΑΝΙΣΑΝ. *Et ipsum necaverunt, & genus universum illius exstinxerunt.*

Ibid. v. 23. ὀφθαλμὸς) Uti Salvator oculum animo, ita Polybius eundem veritati comparat, sine qua nulli usui sit historia, lib. I. cap. 14. pag. 18. sub finem: ὥσπερ ζῶον τῶν ὄψεων ἀφαιρεθεισῶν, ἀχρειοῦται τὸ ὅλον· οὕτως ἐξ ἱστορίας ἀναιρεθείσης τῆς ἀληθείας, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς ἀνωφελὲς γίνεται διήγημα. *Ut animal luminibus ademtis prorsus inutile redditur: ita si veritatem ex historia tollas, quod superest illius, narratio est nullius usus.*

Ibid. v. 24. οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν.] Similiter Epictetus philosophatur lib. 4. cap. 2. toto, quod tandem ita concludit: Διάφορα δ' οὕτω πρόσωπα οὐ μίγνυται. οὐ δύνασαι καὶ Θερσίτην ὑποκρίνασθαι, καὶ Ἀγαμέμνονα. ἂν Θερσίτης εἶναι θέλῃς, κυρτόν σε εἶναι δεῖ καὶ φαλακρόν. ἂν Ἀγαμέμνων, μέγαν καὶ καλὸν, καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους φιλοῦντα. *Diversæ adeo personæ non miscentur. Non potes Thersiten agere, & Agamemnonem. Si voles esse Thersites, gibbosum & calvum esse oportebit: si Agamemnon, magnum te ostendas & honoratum, ergaque subjectos bene affectum.*

Ibid. ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει.) Nihil puto verius, quam quod *Casaubonus* scribit, *distinguendum diligenter inter* ἀγαπᾶν & ἀντέχεσθαι, *& nullam hic fore φορτικὴν* repe-

repetitionem, ut quidam putent. Docere Dominum nostrum, qui fieri nequeat, ut duobus Dominus idem serviat. Quia, inquit, vel unum odio habebit alterum amans: aut etiam, licet amet utrumque, fieri poterit, ut dum in alterius voluntate exequenda erit intentior, erga alterum gerat se negligentius. Nam omnino ἀντέχεσθαι magis operosum quid notat, quam ἀγαπᾷν. Quamvis enim verus amor non sit otiosus, sæpe tamen amor amore vincitur, ut alterum quidem diligamus, sed benevolentia impari, itaque frigide & remisse, ut nulla actio consequatur; alteri vero magis simus dediti, eique ita adhæreamus, ut ipsius voluntati omni studio, labore atque industria obtemperemus atque inserviamus. Ἀγαπᾷν ergo dicitur de interiore animi affectu, ἀντέχεσθαι vero magis de externo opere. Id quod etiam ex quibusdam locis Polybii intelligere licet. Ut pag. 1227. lin. 7. *Per id tempus vigebant Thebis tumultus & seditiones: nam alii urbem fidei Romanorum permittendam censebant: Coronæi vero & Haliartii facto Thebas concursu, verum curam acriter ad se trahebant, & in societate Persei manendum esse contendebant. Ac fuerunt quidem aliquandiu paria contendentium studia.* Ὀλυμπίχου δὲ τοῦ Κορωνέως πρώτου μεταθεμένου, καὶ φάσκοντος δεῖν ΑΝΤΕΧΕΣΘΑΙ Ῥωμαίων, *sed ubi primus omnium Olympichus Coronæus mutata sententia adhærendum esse Romanis dixit, animorum totius multitudinis, facta inclinatio est & mutatio.* Lib. 4. cap. 1. pag. 488. lin. 10. Rex Philippus ἔκρινεν αὖθις ΑΝΤΕ-

ΧΕ-

χειζθαι τῶν περὶ τὸν Ἄρατον, *præcipuam iterum Arati habere rationem statuit.* h. e. contemptis & repudiatis ceteris, Arati iterum consiliis uti statuit, quod antea fecisse memoratur pag. 480. lin. 4. Er wolte sich wieder zu ihm/ oder es mit ihm halten; quem eundem Philippus dicitur ab illo die [quo innocentia Arati fuerat cognita] magis magisque complexus fuisse & in pretio habuisse, pag. 484. lin. 14. Pag. 388. lin. 19. ἀεὶ γάρ ποτε τῆς τῶν Ἠλείων ΑΝΤΕΙΧΟΝΤΟ φιλίας Αἰτωλοί. *Ætoli namque cum Eleis semper amicitiam coluere.* It. pag. 409. lin. 28. pag. 1118. lin. 7. a fine, pag. 420. lin. 7. pag. 447. lin. 12. a fine. Et quam apte hoc verbum opponatur τῷ καταφρονεῖν, ex eodem Polybio cognoscitur, lib. 5. cap. 100. extr. pag. 612. lin. 4. αὐτὸς δὲ τῆς μὲν διαλύσεως ΟΛΙΓΩΡΕΙ, τοῦ δὲ πράττειν τῶν ἑξῆς ΑΝΤΕΙΧΕΤΟ. *Ipse interim, de fœderibus securus, destinata persequi.* i. e. Philippus parum sibi curæ habuit de pace cum legatis agere, quos hoc responso frustrabatur, alienum se a componendo bello non esse, cum interim propositum strenue urgeret. Et pag. 613. lin. 3. ὃς καὶ λαβόμενος τῆς ἀφορμῆς ταύτης, τὸν μὲν πρὸς Αἰτωλοὺς ᾤετο δεῖν τὴν ταχίστην ΑΠΟΡΡΙΨΑΙ πόλεμον. ΑΝΤΕΧΕΣΘΑΙ δὲ τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πραγμάτων ἠξίου, καὶ τῆς εἰς Ἰταλίαν διαβάσεως. *Qui oblata occasione utens, auctor Philippo esse cœpit, ut bellum contra Ætolos quamprimum abjiceret. Quippe res illyricas aggrediendas ei esse, & de trajectione in Italiam cogitandum censebat.* Ex quibus ultimis locis, licet in iis

ἀντέχεσθαι cum genitivo rei, non personæ, conjungatur, tamen quæ ei opponantur, apparet, nempe ὀλιγωρεῖν *negligere*, *contemnere*, & ἀποῤῥίπτειν *abjicere*, eo sensu, quo Cicero dicit epist. 1. lib. 13. *abjicere ædificationem*, pro ædificandi consilium. Cœteras vero significationes accurate persequitur *Er. Schmidius* ad h. l. Conf. ad Tit. I. 9.

Ibid. v. 31. τί φάγωμεν) Eandem sollicitudinem reprehendit in Ethnicis Philosophus Ethnicus Epictetus lib. 1. cap. 9. pag. 43. ὅτε κεχορτασθῆτε σήμερον, κάθησθε κλαίοντες περὶ τῆς αὔριον, πόθεν φάγητε. *Cum saturati sitis hodie, sedetis flentes ob crastinum diem, unde esuri sitis.*

Ibid. v. 32. οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν.) Aurea plane sunt, quæ apud Arrianum Epictetus disserit de necessariis vitæ præsidiis certa fiducia a Deo exspectandis, lib. 3. cap. 26. pag. 400. & seqq. qui ne longior videri queat locus, facit ipsius præstantia, & admiranda hominis gentilis sapientia, tantillum laborem abunde compensans, omnemque abstergens longitudinis molestiam, apud animos certe pios, & non scientiæ tantum, sed virtutis quoque cupidos. Inscribitur vero caput illud πρὸς τοὺς τὴν ἀπορίαν δεδοικότας, *ad eos qui egestatem metuunt*, in quo hæc præclare: φοβεῖταί τις ἀνὴρ ἀγαθὸς, μὴ λίπωσιν αὐτῷ τροφαί· τοῖς τυφλοῖς οὐ λείπουσι, λείψουσιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ; καὶ στρατιώτῃ μὲν ἀγαθῷ οὐ λείπει

λείπει ὁ μισθοδότης, οὐδ' ἐργάτῃ, οὐδὲ σκυτεῖ, τῷ δ' ἀγαθῷ λείψει; οὕτως ὁ Θεὸς ἀμελεῖ τῶν αὐτοῦ ἐπιτευγμάτων, τῶν διακόνων, τῶν μαρτύρων; οἷς μόνοις χρῆται παραδείγμασι πρὸς τοὺς ἀπαιδεύτους, ὅτι καὶ ἔστι, καὶ καλῶς διοικεῖ τὰ ὅλα, καὶ οὐκ ἀμελεῖ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων· καὶ ὅτι ἀνδρὶ ἀγαθῷ οὐδέν ἐστι κακὸν, οὔτε ζῶντι οὔτε ἀποθανόντι. Τί οὖν, ὅταν μὴ παρέχῃ τροφάς; τί γὰρ ἄλλο, ἢ ὡς ἀγαθὸς στρατηγὸς τὸ ἀνακλητικόν μοι σεσήμαγκε; πείθομαι, ἀκολουθῶ, ἐπευφημῶν τὸν ἡγεμόνα, ὑμνῶν αὐτοῦ τὰ ἔργα. Καὶ γὰρ ἦλθον ὅτ' ἐκείνῳ ἔδοξε, καὶ ἄπειμι πάλιν ἐκείνῳ δοκοῦν. Καὶ ζῶντός μου τοῦτο τὸ ἔργον ἦν, ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, καὶ αὐτὸν ἐπ' ἐμαυτοῦ, καὶ πρὸς ἕνα, καὶ πρὸς πολλούς. οὐ παρέχει μοι πολλὰ, οὐκ ἄφθονα, τρυφᾶν με οὐ θέλει. οὐδὲ γὰρ τῷ Ἡρακλεῖ παρεῖχε, τῷ υἱῷ τῷ ἑαυτοῦ. Ἀλλ' ἄλλος ἐβασίλευσεν Ἄργους καὶ Μυκηνῶν, ὁ δ' ἐπετάσσετο, καὶ ἐπόνει, καὶ ἐγυμνάζετο. Καὶ ἦν Εὐρυσθεὺς μὲν ὅς ἦν, οὔτε Ἄργους, οὔτε Μυκηνῶν βασιλεὺς, ὅς γ' οὐδ' αὐτὸς ἑαυτοῦ. ὁ δ' Ἡρακλῆς ἁπάσης γῆς καὶ θαλάττης ἄρχων καὶ ἡγεμὼν ἦν, καθαρτὴς ἀνομίας καὶ ἀδικίας, εἰσαγωγεὺς δὲ δικαιοσύνης καὶ ὁσιότητος. καὶ ταῦτα ἐποίει καὶ γυμνὸς, καὶ μόνος. *Timet quis vir bonus, ne deficiant ipsi alimenta. Cæcis non desunt, claudis non desunt; & viro bono deerunt? At forti quidem militi nunquam deest stipendii collator, nec mercenario, nec sutori; & bono viro deerit? Itane Deus negligens est eorum qui ipsi sunt dediti, suorum servorum, suorum testium? quibus solis utitur tanquam exemplis erga imperitos, quod & sit, & recte administret hoc universum, & non negligat res huma-*

nas, & quod viro bono nihil sit malum neque viventi neque mortuo. Quid ergo, si non praebeat alimenta? Quid aliud, quam tanquam bonus imperator signum receptui mihi dedit? Obedio igitur, sequor, collaudans ducem, praedicans ipsius opera. Nam & veni quando ipsi visum fuit; & discedo rursus quia ipsi videtur. Et dum viverem hoc meum erat opus, laudare Deum, idque apud me solum, & erga singulos, & erga multos. Non praebet mihi multa neque copiosa; in deliciis me vivere non vult. Neque enim Herculi praebebat, filio suo; sed alius regnabat Argis & Mycenis; ipse autem parebat, & laborabat, & exercebatur. Et Eurystheus quidem non sane optimus erat, [ἦν ὃς ἦν, *qualiscunque erat*, er war so wie er war] *neque Argis neque Mycenis imperabat. Qui ne quidem ipse sibi imperabat. Hercules vero universae terrae & maris princeps & dux erat, repurgator iniquitatis & injustitiae, auctor vero justitiae & sanctitatis. Et hoc faciebat & nudus & solus.*

Cap. VII. 2. ἀντιμετρηθήσεται.) Polybius de Timaeo dicit, *eum inexorabilem factum, alios etiam tales expertum fuisse.* *Grotius.*

Ibid. v. 3. τὸ κάρφος.) Polybio est *minutulum quoddam lignum*, quo, nota quadam insignito, pro tessera militari utebantur Romani, lib. 6. cap. 34. pag. 669. lin. 14. *Si primae vigiliae custodes offenderit vigilantes*, λαμβάνει παρὰ τούτων ΤΟ ΚΑΡΦΟΣ, *tenue illud lignum ab iis accipit.* Quod ita describitur pag. 668. lin. 15. ὁ δὲ δίδωσι τούτοις πᾶσι ΞΥΛΗΦΙΑ κατὰ φυλακὴν ΒΡΑΧΕΑ ΤΕΛΕΩΣ ἔχοντα

ἔχοντα χαρακτῆρα. *Tribunus omnibus his pro singulis excubiis parvulas e ligno tessellas tradit oppido exiguas, quæ nota quadam sunt insignitæ.*

Ibid. v. 6. καταπατήσωσιν αὐτὰς) Utitur eodem verbo Epictetus in argumento simili lib. I. cap. 8. pag. 38. lin. 13. οὐχὶ δὲ πάντας τοὺς λόγους τούτους ΚΑΤΑΠΑΤΗΣΑΣ, ἐπηρμένος ἡμῖν καὶ πεφυσημένος περιπατεῖ; *Nonne suasiones hujusmodi nostras conculcans, elatus nobis atque inflatus obambulat?* Quod ergo proprie pedibus convenit, ad animum transfertur aspernantem doctrinam.

Ibid. v. 17. σαπρὸν δένδρον) Antithesis τοῦ ἀγαθοῦ & hic & Ephes. IV. 29. satis ostendit, σαπρὸν δένδρον idem esse quod πονηρὸν, quo verbo Chrysostomus hic tanquam synonymo utitur, sive *arborem malæ indolis*, non vero putrem aut carie vitiatam, quæ, si alioqui sit bonæ indolis, fructus omnino bonos ferre potest. *vid. Erasm. Schmid* ad h. l. *Mala* vero *arbor* est *malus homo*, uti ab ipso Salvatore nostro exponitur, qui *ex malo thesauro cordis sui profert malum*, Luc. VI. 45. Pseudopropheta igitur est, qui non recte de Deo sentit, qui nec veram legis divinæ sententiam tenet, nec perceptam habet doctrinam Evangelii, vel certe conspurcatam habet traditionum humanarum falsarumque opinionum inquinamentis, &, ut verbo dicam, qui de rebus divinis habet σαπρὰ δόγματα, quo nomine

Epictetus appellat falsas opiniones de rebus expetendis & fugiendis apud Arrianum lib. 3. cap. 22. pag. 349. lin. 17. ὅπου γὰρ ταραχαὶ, καὶ λῦπαι, καὶ φόβοι, καὶ ὀρέξεις ἀτελεῖς, καὶ ἐκκλίσεις περιπίπτουσαι, καὶ φθόνοι καὶ ζηλοτυπίαι, πῶς ἐκεῖ πάροδος εὐδαιμονίας; ὅπου δ᾽ ἂν ᾖ ΣΑΠΡΑ δόγματα, ἐκεῖ πάντα ταῦτα εἶναι ἀνάγκη. *Ubi enim sunt perturbationes, mæstitiæ, timores, appetitus irriti, aversationes malorum inevitabilium, invidiæ, obtrectationes, ubi hic aditus est felicitati? Ubicunque autem fuerint pravæ opiniones, illic necesse est hæc omnia esse.* Id quod ipse exemplo declarat in Enchiridio cap. 10. Ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους οὐ τὰ πράγματα. ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. Οἷον ὁ θάνατος οὐδὲν δεινὸν, ἐπεὶ καὶ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο. Ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ θανάτου, διότι δεινὸν, ἐκεῖνο τὸ δεινόν ἐστιν. *Homines perturbantur non rebus, sed iis quas de rebus habent, opinionibus. Verbi caussa: Mors non est terribile; alioqui & Socrati ita visum fuisset: sed opinio de morte, quod terribile quid sit, ea terribile illud est.* Apparet hinc, quam apposite cum σαπρῷ δένδρῳ comparentur ii, in quorum animis sunt σαπρὰ δόγματα, ex quibus non magis boni quid potest proficisci, quam sativa poma gignere arbor sylvestris. Et hæc σαπρὰ δόγματα sunt malus ille thesaurus, & illa abundantia cordis, quæ sermone sese prodit, Luc. VI. 45. Si quis ergo scire cupit, quam intus sint rapaces lupi pseudoprophetæ, ad eam quam profitentur doctrinam attendat, animi ipsorum indicem. Et σαπρὸν significare *malum,*

malum, *rejiciendum*, *inutile*, das nicht taugt / etiam ex Matth. XIII. 48 & ex ejusdem Arriani dissert. lib. 4. cap. 5. pag. 462. lin. 12. a fine, ubi ἐκ παραλλήλε ponitur νόμισμα ἀδόκιμον καὶ ΣΑΠΡΟΝ, *moneta rejectanea & nullius pretii.* Et cap. 4. pag. 453. lin. 10. τὸ ὄξ© ΣΑΠΡΟΝ, δριμὺ γδ. Τὸ μέλι ΣΑΠΡΟΝ, ἀναλρέπει γδ μελὴν ἔξιν. Et pag. 141. lin. 25. σαπρὸν dicitur, quod pag. 142. lin. 1. ἄχρηςον vocatur. Confer. *Vorstius* de Hebraism. N. T. cap. 2. pag. 18.

Cap. VIII. 2. Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.] Eodem modo ægrotus ad medicum ait apud Arrianum dissert. lib. 3. cap. 10. pag. 306. ΕΑΝ ΘΕΛΗΣ ΚΥΡΙΕ, καλῶς ἕξω. *Si vis domine, melius habebo.*

Ibid. v. 9. ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν ςρατιώτας.] Polyb. Lib. 5. cap. 65. pag. 569. med. Σωκράτης δὲ ὁ Βοιώτι©, πελτασαῖς τῆ ΥΦ' ΑΥΤΟΝ ΕΙΧΕ δισχιλίους. *Socrates Bœotius cetratis bis mille præerat.* Nominativus ἐμαυτὸς est apud Arrian. Epict. pag. 99. l. 9. a f. ἐμαυτὸς κατ' ἐμαυτῦ δηλῶ.

Ibid. πορεύθητι, καὶ πορεύεται.] Eadem dictionis figura est apud Arrian. dissert. lib. 1. cap. 25. p. 97. l. 6. a fine: Καταςαθεὶς Ἀγαμέμνων, λέγει μοι πορεύε πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, καὶ ἀπόσπασον τὴν Βρισηΐδα, πορεύομαι. Ἔρχε, ἔρχομαι. *Qui personam gerit Agamemnonis dicit mibi: Vade ad Achillem, & abduc Briseida; vado. Veni; venio.* Et

 cap.

cap. 14. p. 62. l. 14. ὅταν ὁ Θεὸς εἴπῃ τοῖς φυτοῖς ἀνθεῖν, ἀνθεῖ. ὅταν εἴπῃ βλαστάνειν, βλαστάνει. ὅταν ἐκφέρειν τὸν καρπὸν, ἐκφέρει. ὅταν πεπαίνειν, πεπαίνει. ὅταν πάλιν ἀποβάλλειν, καὶ φυλλοῤῥοεῖν, καὶ αὐτὰ εἰς αὐτὰ συνειλούμενα ἐφ' ἡσυχίας μένειν καὶ ἀναπαύεσθαι, μένει καὶ ἀναπαύεται. *Quando Deus præcipit stirpibus florere, florent; quando germinare, germinant; quando proferre fructus, proferunt; quando maturescere, maturescunt; quando deponere & abjicere folia, atque eas in seipsas involutas in otio manere & quiescere, manent & quiescunt.* Estque hoc schema indicandæ & imperii majestati, & obsequii alacritati aptissimum. Unde *Longinus* sublimitatem, qualis Deum deceat, in verbis Mosis: γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο, agnovit, eumque propterea laudavit, & virum οὐ τυχόντα *non vulgarem* dixit.

Ibid. v. 17. ἐβάστασεν.) Verba ἔλαβε & ἐβάστασε, hoc loco de morbis ita intelligenda sunt, non quod hujusmodi morbis Christi corpus conflictatum fuerit: sed quod curando ægrotos sublevarit, & morbos abstulerit ab ipsis. Ita *Chemnitius* in Harmonia. Quo sensu βαστάζειν exstat tum apud Johannem XX. 15. εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτὸν; tum apud Polybium lib. 1. cap. 48. pag. 69. lin. 21. *Venti exoritur tempestas, ea violentia atque impetu in machinarum fulcra, quibus agebantur, flatus immittens;* ὥστε καὶ τὰς στοὰς διασαλεύειν, καὶ τοὺς προκειμένους τούτων πύργους τῇ βίᾳ ΒΑΣΤΑΖΕΙΝ. *Ut etiam porticus illarum conquateret, stru-*

structasque ante opera turres vi abriperet. Item pag. 1051. l. 4.

Ibid. v. 25. ἀπολλύμεθα.] Eodem verbo apud Arrian. differt. lib. 2. cap. 19. pag. 219. lin. 9. a f. utuntur, qui in naufragii periculo versantur: ΑΠΟΛΛΥΜΕΘΑ, καὶ σὺ θέλων παίζεις. *Vides nos perire, ac tu ultro jocaris.*

Ibid. v. 29. τί ἡμῖν καὶ σοί) Frequens loquendi forma inprimis apud Arrianum in differt. Epict. qua plerumque utuntur de re, quam ad se pertinere non putant, sed contemnunt atque rejiciunt. Interdum tamen Græcis idem omnino notat, quod *Grotius* Hebræis significare ait, nimirum: *Cur nobis molestiam exhibes?* Qui sensus est etiam hujus loci. Ita lib. 2. cap. 19. pag. 220. lin. 11. ΤΙ ΕΜΟΙ ΚΑΙ ΣΟΙ, ἄνθρωπε; ἀρκεῖ ἐμοὶ τὰ ἐμὰ κακά. *Quid mihi tecum rei est? Abunde satis meorum habeo malorum.* Sic loquitur is, cujus miseriæ alter illudebat, q. d. missum me fac. Unde paulo ante lin. 3. τί με ἐμπαίζεις καὶ σὺ πρὸς τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; *Quid mihi illudis & tu, & meam accumulas miseriam?* Nec aliter pag. 219. lin. 10. a fine: ΤΙ ΗΜΙΝ ΚΑΙ ΣΟΙ, ἄνθρωπε; ἀπολλύμεθα, καὶ σὺ θέλων παίζεις: *Quid nobis rei tecum est? Vides nos perire, ac tu ultro jocaris.* Contemtum fere inducit in istis locis, pag. 6. lin. 5. pag. 89. lin. ult. pag. 90. lin. 2. pag. 106. lin. 5. a fine. pag. 225. lin. 4. a fine. pag. 279. lin. 21. pag. 385. lin. 7. a fine. Confer Chemnitii Harmoniam

nium pag. 218. exempla allegantem ex Veteri Testamento.

Cap. IX. 1. εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν.) Nota est apud Græcos appellatio propriæ urbis, pro ea, quam quisque incolit. Polyb. lib. 10. cap. 18. pag. 824. lin. ult. γράφειν ΕΙΣ ΤΑΣ ΙΔΙΑΣ ΠΟΛΕΙΣ πρὸς τοὺς ἀναγκαίους, *scribere in patriam ad suos.* Item pag. 1183. lin. ult. διέλυσαν ΕΙΣ ΤΑΣ ΙΔΙΑΣ ἕκαστοι ΠΟΛΕΙΣ, *in suam quisque patriam discesserunt.* Est etiam ubi solo adjectivo utitur, pag. 1127. lin. 11. ἐπανελθεῖν ΕΙΣ ΤΗΝ ΙΔΙΑΝ, *redire in patriam.*

Ibid. v. 17. βάλλουσιν οἶνον.) Arrian. diss. lib. 4. cap. 13. pag. 450. lin. 2. ΟΙΝΟΝ ἵνα ΒΑΛΩ ΕΙΣ τὸν ἐμὸν πίθον. *Vinum ut infundam in meum dolium.*

Ibid. v. 35. τὰς κώμας) Non male forsitan vetus Interpres hoc interdum vertit *castella*, quæ sunt oppida minuta quidem, mœnibus tamen cincta. Negat quidem *Stephanus* in Thes. Gr. dari κώμας munitas. In verbis enim Thucyd. lib. 3. ᾤκει δὲ κατὰ κώμας ἀτειχίστους, (quæ eadem plane & totidem numero verba exstant in Polybio pag. 147. lin. 12. a fine.] ait ἀτειχίστους non addi ad differentiam, quasi sint aliæ τετειχισμέναι. Sed refellit Stephanum Arrianus de exped. 3, 30, 4. Πτολεμαῖος δὲ περιστήσας ἐν κύκλῳ τῆς κώμης τοὺς ἱππέας, ἦν γὰρ

τι

τι καὶ τεῖχ☉ περιβεβλημένον καὶ πύλαι κατ' αὐτό. *Ptolemaus, pago equitibus circumsesso, erat enim pagus muro & portis cinctus, & porta in illo.* Opponuntur autem ut in N. T. ita & ab Arriano πόλις & κώμη 5, 20, 5. & 6, 11, 10.

Ibid. v. 36. ἐκλελυμένοι) Ingentem codicum & Patrum numerum allegat *Jo. Millius*, qui hic habeant ἐσκυλμένοι. Unde ipse illud ἐκλελυμένοι, vocis ἐσκυλμένοι obscurioris aliquanto minusque tritæ interpretamentum esse existimat. Cæterum ἐκλύεσθαι optime huic loco convenit, cum non de corpore solum, ut Matth. XV. 32. sed etiam de animo dicatur, ut Hebr. XII. 3. ac proinde tam ovibus congruat, corpore ob inediam fatigatis, quam hominibus pabulo divini verbi destitutis, & ob id animo deficientibus, neque ad bene recteque agendum idoneis. Polybius in eadem sententia & corpori & animo verbum compositum tribuit, pag. 1430. l. 13. ὁρμήσαντες πρὸς εὐωχίαν καὶ μέθας, οὐ μόνον τοῖς σώμασιν ΕΧΕΛΥΘΗΣΑΝ, ἀλλὰ καὶ ταῖς ψυχαῖς. *Ad convivia & crapulas conversi, & animorum vim & corporum fregerant.* Alio composito utitur, pag. 980. lin. 4. ΠΡΟΕΚΛΥΣΑΙ τῷ κόπῳ τὰ σώματα τῶν πολεμίων, *hostium corpora ante veram pugnam labore fatigare.* Ἐκλελυμένοι ergo dicuntur, quod enervarent ipsorum animos Pharisæi frigida propheticorum scriptorum tractatione, maxime vero frivolis traditionum nugis, quibus nutriti non magis animo valere poterant ad vitam cum virtute

tute degendam, quam corpore ad labores sustinendos ii, qui solis siliquis pascuntur.

Ibid. ἐῤῥιμμένοι] *palantes, dissipati, errabundi.* Polyb. lib. 5. cap. 48. pag. 546. lin. 12. a fine: καταλαβὼν ΕΡΡΙΜΜΕΝΟΥΣ καὶ μεθύοντας πάντας, *hostes palatos atque ebrios nactus, castra illorum prima luce invadit.*

Cap. X. 1. ἐξουσίαν πνευμάτων] *potestatem in spiritus.* Luc. IX. 1. Ita Polyb. lib. 11. cap. 6. ἐάν τε κακῶς, τῶν αὐτῶν ὑπάρχειν καὶ τὰς ὠφελείας ἐκ τῶν ἀπολλυμένων, καὶ τὴν ΕΞΟΥΣΙΑΝ ΤΩΝ ΣΩΖΟΜΕΝΩΝ. *Sin autem in nos secius consuluerint, & eorum qui perierint spolia, & eorum qui servati fuerint dominatio penes eosdem est futura.* Pag. 1416. lin. 19. παραλαβὼν τὴν τῶν ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΕΞΟΥΣΙΑΝ. *Pecuniæ regiæ administrationem nactus.*

Ibid. ὥστε ἐκβάλλειν] Habet hic particula ὥστε vim declarandi, qualis illa sit in immundos spiritus potestas; uti & apud Polybium lib. 5. cap. 35. pag. 532. lin. 5. Ταύτην οὖν τὴν ἐπιβολήν, ΩΣΤ' ἐκπέμπειν αὐτὸν μετὰ χορηγίας, ἀπεδοκίμασαν. *Igitur consilium dimittendi Cleomenem cum necessario apparatu, improbarunt.*

Ibid. v. 14. καὶ ὃς ἐὰν μὴ δέξηται] Pro ἐάν τις μὴ δέξηται, *Si quis non exceperit*; ut apparet ex consequente orationis hujus membro. Sed ne quem hæc syntaxis quasi minus

accu-

accuratâ offendat, elegantisſimum Arrianum audiat ſimiliter loquentem in hiſt. Ind. 15, 11. ὅσοι δὲ ἰητροὶ Ἕλληνες, τέτοισιν ἐδὲν ἄκος ἐξεύρητο, ΟΣΤΙΣ ὑπὸ ὄφεως δηχθείη Ἰνδικῦ, pro ἐάν τις. *Nemo autem Græcorum medicorum ullum remedium invenit, ſi quis a ſerpente Indico ictus eſſet.* Et in diſſert. Epict. lib. 4. cap. 4. pag. 452. ἐκείνε μέμνησο, ὅτι ΠΑΝ Ο ἔξω τ̃ προαιρέσεως τ̃ σαυτῦ τιμήσεις, ἀπώλεσας τὴν προαίρεσιν. *Hujus eſto memor, quod quidquid magni feceris rerum extra tuum arbitrium, perdideris arbitrium.*

Ibid. δέξηται ὑμᾶς) *exceperit vos*, hoſpitio ſcilicet. Nam cum late vagetur verbum hoc, & quamcunque declaret receptionem: interdum ab illa latitudine in anguſtum hoſpitii ſignificatum concluditur, ut apud Polyb. lib. 2. cap. 15. pag. 144. lin. 14. *Qui per regionem iſtam iter faciunt, cum ad caupones divertunt, non paciſcuntur de cibo particulatim:* ἀλλ' ἐρωτῶντες πόσε τὸν ἄνδρα ΔΕΧΕΤΑΙ, *ſed quanti quemque excipiant rogant.*

Ibid. v. 18. ἐπὶ ἡγεμόνας ἀχθήσεσθε] Polyb. lib. 5. cap. 28. pag. 523. lin. 22. προστάξας ΑΓΕΙΝ αὐτὸν ΕΠΙ ΤΑΣ ΑΡΧΑΣ πρὸς τὴν ἐγγύην. *Præcipit illi, ut de ea pecunia, cujus nomine ſponſio facta fuerat, diem illi ad magiſtratus diceret.*

Ibid. v. 23. ὐ μὴ τελέσητε) *non peragraveritis*

ritis, non obieritis, non omnes urbes, fugiendo ex alia in aliam, & in fuga simul docendo perambulaveritis. Eodem sensu ex Xenophonte jam citavimus διατελεῖν. Pro quo Polybius multis locis usurpat ἀνύειν & διανύειν, quod item, ut τελεῖν, *perficere, absolvere* significat. Pag. 284. lin 17. a fine.: μόλις καὶ ταλαιπώρως διήνυσε τὰς δυσχωρίας, *ægre magnaque cum difficultate angustias transiit*. Pag. 287. lin. 6. ἐνναταῖος διανύσας εἰς τὰς ὑπερβολὰς, *nono die ad juga Alpium est perventum*. pag. 330. lin. 6. διανύσας τὴν τῶν Ἰσόμβρων καλεμένην χώραν, *emensus Insubrum regionem*. Pag. 390. lin. 25. διηνυκότων ἤδη τῶν πολεμίων τὰς ὁμαλὰς τόπες, *cum jam plana loca essent emensi adversarii*. Pag. 497. lin. 19. ἀνύσας τὰς προειρημένας τόπες, *confecto per hujusmodi loca itinere*. Pag. 1053. lin. 13. a fine: βραχὺν τόπον διανύσας, *postquam via non multum confecisset.*

Ibid. v. 29. ἀσσαρίε.) As secundum Polybium libro 2. valet tantum, duo ut obolum æquare videantur. *Vid. Strigelius in Hypomn.* Locus exstat cap. 15. libri citati, pag. 144. lin. 18. ἡμιασσάριόν ἐστι τέταρτον μέρος ὀβολῦ, *semissis est quarta pars oboli.*

Ibid. v. 33. ἀρνήσηταί με) Scil. μὴ γινώσκειν, quod fortasse non male subintelligatur, uti deinde ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ, scil. ὅτι ὐδέποτε ἔγνων, Matth. VII. 23. Ita ἀρνεῖσθαι τὴν ᾠδὴν

apud

apud Polybium est *negare se nosse artem canendi*, cujus contrarium est ὁμολογεῖν, lib. 4. cap. 20. pag. 403. lin. 21. καὶ τῶν μὲν ἄλλων μαθημάτων ΑΡΝΗΘΗΝΑΙ ΤΙ ΜΗ ΓΙΝΩΣΚΕΙΝ, ἐδὲν αἰσχρὸν ἡγῦνται, τὴν γε μὴν ᾠδὴν ὔτ' ΑΡΝΗΘΗΝΑΙ δύναν-ται, διὰ τὸ κατ' ἀνάγκην πάντας μανθάνειν, ὔθ' ΟΜΟΛΟΓΟΥΝΤΕΣ ἀποτρίβεσθαι, διὰ τὸ τῶν αἰσχρῶν παρ' αὐτοῖς νομίζεσθαι τῦτο. *Et cæterarum quidem disciplinarum aliquam se tenere si quis negaverit, probri loco non ducunt: at cantandi peritiam, neque negare possunt; quia discendi necessitas omnibus incumbit: neque peritiam fatentes, quo minus canant, ullam excusationem afferre; quoniam turpe id moribus ipsorum habetur.*

Cap. XI. 7. ἤρξατο λέγειν) Notus mos loquendi in utraque lingua ἤρξατο λέγειν *orsus est dicere*, pro *dixit*. Ita Polyb. lib. 15. cap. 17. p. 981. l. 15. ὁ δὲ Πόπλιος διὰ βραχέων ΗΡΞΑΤΟ ΛΕΓΕΙΝ πρὸς αὐτὺς. *Eos Scipio paucis ita cœpit alloqui.* Plura exempla hujus verbi, non tantum inceptionem, sed ipsam actionem exprimentis, collegit *Glassius* Gram. Sacr. 237.

Ibid. v. 8. Ἀλλὰ τί) Particulum ἀλλὰ usurpari ab interrogantibus, ita tamen, ut non ipsa interroget, sed interrogationem interrogationi subjungat, & significet *aut*, jam ex Xenophonte est annotatum. Idem postea observatum reperi in libello utilissimo & dignissimo, qui in omnium Græcæ linguæ studiosorum manibus versetur, *Matthæi Devarii* de gr. ling. particulis

ticulis pag. 9. nisi quod is ἀλλὰ vim habere dicat τῷ πότερον ἢ ἆρα. Quæ Devarius desumsisse videtur ex Budæo, idem certe Demosthenis exemplum habet, quod Budæus; quo exemplo jam in Xenophonteis lectionibus diximus nostram sententiam confirmari. Quod ut magis appareat, integrum Demosthenis locum ex Budæo adscribam pag. 1264. lin. 27. περὶ στεφάνου, Τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν. ΑΛΛ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε. *Quam tandem ob causam eos hoc tempore evocaretis? ad pacem? at pax jam erat omnibus. An ad bellum potius? at ipse de pace in consilium jam ibatis.* Hic, quod dixi, ἀλλὰ posteriori, non priori interrogationi præmittitur, omnisque vis interrogandi pendet a particula τί. Item in alio exemplo Olynth. I. pag. 4. B. Τίς αὐτὸν ἔτι κωλύσει δεῦρο βαδίζειν; Θηβαῖοι; μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως. ΑΛΛΑ Φωκεῖς; *Quis eum porro huc ire prohibebit? Thebani? ne sit dictu acerbius, etiam expedite una irrumpent. An Phocenses?* Sic etiam apud Arrianum Epict. lib. 2. cap. 22. init. Μήτι οὖν περὶ τὰ κακὰ ἐσπουδάκασιν οἱ ἄνθρωποι; οὐδαμῶς. ΑΛΛΑ μήτι περὶ τὰ μηδὲν πρὸς αὐτούς; οὐδὲ περὶ ταῦτα. *Num vero rerum malorum studio occupantur homines? Nequaquam. Num iis quæ ad ipsos nihil pertinent? Neque his etiam.*

Ibid. v. 17. ἐθρηνήσαμεν) Lutherus: Wir

habent euch geklaget / oratione nimirum tristi & lacrymis apta. Notat enim verbum hoc non tam *flere* aut *lacrymas profundere*, quam *lamentari*, *mœsto sermone dolorem suum testari*. Polyb. lib. 12. cap. 6. pag. 918. lin. 18. Πρὸς δὲ τούτοις, ὅτ᾽ ἀπέθανε, τὴν γυναῖκα φησὶ κατακλαιομένην αὐτὸν ὅτω ΘΡΗΝΕΙΝ; Τί δ᾽ οὐκ ἐγὼ σοί; Τί δ᾽ οὐκ ἐμοὶ σύ; *Ad hæc, ubi fato esset functus, ejus uxorem mortuum maritum lamentantem, hujusmodi plangorem edidisse: Quid non ego tibi? quid non tu mihi?* Ita LXX. interpr. initio Threnorum Jerem. ἐθρήνησε τὸν θρῆνον τοῦτον ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. Et S. Athanasius in Synopsi Script. Sacr. τούτους τοὺς λόγους ΕΘΡΗΝΗΣΕΝ Ἱερεμίας περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ. *His sermonibus lamentatus est Jeremias de Hierusalem.*

Ibid. v. 25. συνετῶν) Apud Polybium συνετὸς & βραδὺς *ingeniosus* & *tardus* opponuntur, lib. 4. cap. 8. pag. 386. lin. 15. Συνετοὶ ergo dicuntur, *qui ingenio sunt prompto & ad res intelligendas facili.*

Ibid. v. 28. ἀναπαύσω ὑμᾶς.) *refocillabo vos. Suavis sine dubio*, inquit Chemnitius in Harmonia, *est consolatio: sed ejus genuina sententia ex significatione vocabuli investiganda est. Usurpatur autem verbum ἀναπαύεσθαι, in communi Græca lingua, quando a laboribus nos in otium recipimus, & quieti nos tradimus, ut vires defatigatas, exhaustas & dejectas foveamus & recolligamus.* Citat deinde exempla ex Luciano & Libanio. Historici sæpe hoc

verbo de militibus utuntur, quibus itinerum labore aut alias fatigatis quies datur. Ita de Hannibale, qui multa cum vexatione exercitus ad juga Alpium penetraverat, Polybius dicit lib. 3. cap. 53. pag. 287. lin. 9. *Nono die ad juga Alpium est perventum: ubi stativa Hannibal biduum habuit.* Βουλόμενος ἅμα μὲν ΑΝΑΠΑΥΣΑΙ τοὺς ὑπολειπομένους. *Nam & quietem dare militibus, qui incolumes eo evaserant, volebat: & eos opperiri, qui a tergo fuerant relicti.* Arrian. de exped. Alex. 2, 8, 2. *Ut vero sub medium noctis rursus Pylas insedit,* ΑΝΕΠΑΥΣΕ τὴν στρατιὰν τὸ λοιπὸν τῆς νυκτὸς, *reliquum noctis exercitui ad quietem dedit.* It. 3, 7, 9. & 3, 9, 1. τὴν στρατιὰν ἐκ τῆς ὁδοῦ ΑΝΕΠΑΥΣΕ, *exercitui quietem ab itineris labore dedit.* Et ἀναπαύομαι *reficior, requiesco*, 4, 29, 11. *Quum vero Macedones non desisterent alii aliis succedere*, οἱ δὲ πρόσθεν ΑΝΑΠΑΥΟΜΕΝΟΙ, *prioresque interim a labore reficerentur, vix ante noctem transitu potiti sunt.* Hist. Indic. 23, 4. *Nearchus sociis navalibus in terram expositis, ibi castra posuit: siquidem multa navigationis labore defatigati*, ΑΝΑΠΑΥΣΑΣΘΑΙ ἐπόθεον, *refici desiderabant.* Ita Marc. VI. 31. Interdum etiam simpliciter pro *dormire* accipitur, ut de exped. Alex. 1, 25, 9.

Ibid. v. 29. *καὶ εὑρήσετε.*] καὶ hic significat, quid inde sit secuturum. Ita apud Arrian. in Epict. lib. 2. cap. 21. extr. *ἀπερίσπαστον αὐτὴν ἐνέγκατε εἰς τὴν σχολὴν*, ΚΑΙ *γνώσεσθε ὅσην ἰσχὺν ὁ λόγος ἔχει.* *Afferte eam non varie distractam in*

sche-

scholam; & intelligetis, quantam vim habeat ratio.

Cap. XII. 16. φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν.] Polyb. lib. 2. cap. 40. init. *Postea vero quam tandem aliquando pares consiliis suis ea Resp. duces fuit nacta,* ταχέως τὴν αὐτῆς δύναμιν ΕΠΟΙΗΣΕ ΦΑΝΕΡΑΝ. *brevi tempore quid in ipsa virium ac roboris esset palam fecit.* Item pag. 964. lin. 20. ΦΑΝΕΡΑΝ ΠΟΙΩΝ τὴν ὀργὴν ἣν εἶχε πρὸς τοὺς πολεμίους.

Ibid. v. 20. ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν.] i. e. *restaurabit doctrinam a summis Pontificibus, Pharisæis & Scribis depravatam.* Ita *Lucas Osiander*; cujus interpretationem hic sequor, quippe quam & græca verba adjuvant. Quamvis enim non ignorem, hæc, quæ ex Jesaia sunt allegata, ex hebræo potius, quo primum scripta sunt, sermone exponi oportere: quid tamen impedit, quo minus ostendamus, qualem græca, quibus Matthæo uti placuit, admittant sententiam? adjumenti, quantulumcunque licet, ex Polybio nostro accersentes, qui εἰς ἀδύνατον ἐκβάλλειν τὴν διάλυσιν dicit, pro: *pacem impedire*, sive *impossibilem reddere*, lib. I. cap. 68. pag. 97. lin. 15. καθόλου δὲ ἀεί τι καινὸν προσεπιζητοῦντες, ΕΙΣ ΑΔΥΝΑΤΟΝ ΕΚΒΑΛΛΟΝΤΕΣ ΤΗΝ ΔΙΑΛΥΣΙΝ διὰ τὸ πολλοὺς καχέκτας καὶ στασιώδεις ἐν αὐτοῖς ὑπάρχειν. *Breviter, quia multi inter ipsos erant vesani atque seditiosi, novi semper aliquid adinveniebant, per conditiones quæ fieri*

non poterant, pacem impedientes. Vel, uti Gronovius hæc ultima verba interpretatur, *extendentes solutionem in eam summam, quæ solvi non poterat*. Eodem modo, quantum ex Lexico conjicere possum, locutus est Plato epist. 7. αὐτὰ ἐτόλμησεν εἰς ἀναρμοστίαν καὶ ἀπρέπειαν ἐκβάλλειν. Quidni ergo εἰς νῖκος ἐκβάλλειν τὴν κρίσιν possit significare *victoriosam* (ut Catonis voce utar) *reddere doctrinam Evangelii*; ita enim τὴν κρίσιν hic accipiendam puto. Quare ista a Matthæo hoc quodam sensu dicta videri queant: mansuetudine sua atque benignitate erga miseros, & scelerum conscientia territos, vixque tenuem in se sentientes fidei scintillam, hoc effecturum Messiam, ut magnus undique ad ipsum fiat omnis generis peccatorum concursus, qui doctrinam ipsius avide arripiant; atque adeo repudiatis Pharisæorum mendaciis, victrix ubique regnet Evangelii veritas. Neque hæc, credo, abludunt ab hebraico, in quo לאמת *vere* rechtschaffen interpretari liceat, hoc modo: *vere proferet judicium*, i. e. ita late proferet Evangelium, ut vere prolatum & propagatum dici possit. Er wird das Evangelium rechtschaffen hervor bringen und ausbreiten.

Ibid. v. 35. ἐκβάλλει] Si cui fortasse violenti quid in hoc verbo inesse videtur, Polybium legat; ita facile usu mitescet oratio. Sic vero ille lib. 3. cap. 33 init. *Romani legati, auditis quæ afferebant Carthaginenses, aliud quidem nihil*

hil dixerunt: verum maximus natu inter illos, sinum illis qui concilio interant, ostendens, Hic, ait, & bellum vobis & pacem portamus: ΕΚΒΑΛΕΙΝ ἐν ὁπότερον ἂν κελεύσωσιν ἀπολήψειν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν Καρχηδονίων, ὁπότερον αὐτοῖς φαίνεται, τοῦτ' ΕΚΒΑΛΕΙΝ ἐκέλευσε. Τοῦ δὲ Ῥωμαίου φήσαντος τὸν πόλεμον ΕΚΒΑΛΕΙΝ, ἀνεφώνησαν ἅμα καὶ πλείους τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου, δέχεσθαι φάσκοντες. *Utrum placuerit sumere, promam. Excipit Rex Carthaginensium, utrum visum illis foret, promerent. Cum dixisset Romanus, bellum se prompturum: a pluribus simul e Senatorum numero, Accipere se, succlamatum est.*

Cap. XIII. 5. διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος] Polyb. lib. 3. cap. 55. init. ταύτην μὲν χιόνα εὐδιάκοπτον εἶναι συνέβαινε, καὶ διὰ τὸ πρόσφατον οὖσαν, ἀπαλὴν ὑπάρχειν, καὶ ΔΙΑ ΤΟ ΜΗΔΕΠΩ ΒΑΘΟΣ ΕΧΕΙΝ. *Hæc quidem nix, tum quia mollis erat, utpote recens, tum quia modica adhuc erat altitudinis, facile vestigium recipiebat.*

Ibid. 13. βλέποντες οὐ βλέπουσι] Polyb. pag. 1400. lin. 10. οὐ μὴν ἀλλὰ διότι γε συμβαίνει διὰ τὴν ἀπειρίαν καὶ κακοκρισίαν πολλοὺς ἐνίοτε καθάπερ εἰς τὸν παρόντα τρόπον τινὰ μὴ παρεῖναι καὶ ΒΛΕΠΟΝΤΑΣ ΜΗ ΒΛΕΠΕΙΝ, ἐκ τῶν εἰρημένων γε νῦν καὶ τῶν Τιμαίῳ συμβεβηκότων γέγονε φανερόν. *Igitur nonnullis præ imperitia ac judicii pravitate usu venire, ut cum præsentes sint, tamen abesse videantur, & videntes quodammodo non videant, ex his*

qua Timæo contigisse ostendimus, perspici potest.

Ibid. v. 35. ἀπὸ καταβολῆς κόσμου] *ab initio mundi.* Non nego, καταβολὴν, si etymologiam spectemus, proprie convenire ædium fundamentis, quod deorsum jaciantur, ἀπὸ τοῦ καταβάλλεσθαι; sed tamen & de navibus dicitur apud Polyb. lib. 1. cap. 36. pag. 52. lin. 16. a fine: τὰ μὲν ἐπεσκεύαζον σκάφη, τὰ δ' ΕΚ ΚΑΤΑΒΟΛΗΣ ἐναυπήγουν. *Alias naves reficiebant, alias a fundamentis ædificabant.* Quin & metaphorice cujusvis rei principium declarat, & cum fundamento per synonymiam conjungitur, lib. 13. cap. 4. init. pag. 938. lin. 13. ΚΑΤΑΒΟΛΗΝ ἐποιεῖτο, καὶ ΘΕΜΕΛΙΟΝ ὑπεβάλλετο πολυχρονίου καὶ βαρείας τυραννίδος. *Diu mansura ac dura tyrannidis principia ponebat, & fundamenta jaciebat.*

Ibid. v. 42. ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.] Stridoris dentium plures possunt esse caussæ, vel doloris magnitudo, ut hoc loco, vel indignatio & ira, ut Psal. CXII. 10. & Act. VII 54. vel timor, ut apud Arrian. Epict. lib. 2. cap. 13. χρῶμα γὰρ οὐ μεταβάλλει οὐδὲν ἄλλο, οὐδὲ τρόμον ποιεῖ, ΨΟΦΟΝ ΤΩΝ ΟΔΟΝΤΩΝ, οὐδὲ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει. *Nihil enim aliud est quod colorem mutet, nihil quod tremorem efficiat, nihil quod stridorem dentium, nihil quo alicujus genua labent, timidusque pedes procumbat in ambos.* Potest etiam infernalis ille stridor dentium partim a metu majoris subinde secuturi cruciatus proficisci. *Ibid.*

Ibid. v. 44. πάλιν.] *Porro, præterea, item*, ferner / ingleichen. Sic enim supra V. 33. πάλιν ἠκούσατε, & apud Polyb. lib. 9. cap. 17. pag. 774. lin. 14. ΠΑΛΙΝ ὁμοίως Φίλιππος κατὰ δύο τρόπους ἥμαρτε. *Similiter & Philippus duplicem errorem admisit.* Lib. 9. cap. 28. init. ΠΑΛΙΝ Ἀλεξάνδρῳ &c. *Jam & Alexandro illud quidem cum amarulentia objecisti.* Lib. 9. cap. 32. pag. 794. lin. 3. *Cedo enim, viri Lacedæmonii, cujus rei gratia putatis majores vestros, quo tempore Xerxes legatum ad eos miserat aquam & terram poscentem, detrusisse in puteum illum qui venerat, & terra insuper injecta, jussisse Xerxi ut referret, consecutum se, quæ petere ipsum nunciaverat, aquam & terram?* τίνος ΠΑΛΙΝ ἐθελοντὴν καὶ προδήλως ἐξορμᾷν ἀποθανουμένους τοὺς περὶ Λεωνίδην; *cujus item rei gratia ultro ad mortem manifestam esse profectos Leonidem, & qui eum sequebantur?* Item pag. 914. lin. 7. a fine. In quibus locis omnibus πάλιν non iterationem, sed *continuationem* denotat, conjungitque argumenta & res, quæ ad eandem sententiam confirmandam pertinent.

Ibid. πάντα ὅσα ἔχει, πωλεῖ,) Hujus & sequentis parabolæ sententia eo spectat, omnia relinquenda esse ei, qui regni cœlorum fieri velit particeps, neque rem ullam tam charam nos habere oportere, cujus non jactura, si opus sit, tantum bonum redimere parati simus. Consimilem in modum de philosophiæ studio Epictetus loquitur, in quod ea cupiditate inflamma-

tum ferri vult tyronem, ut cætera omnia partim plane abjiciat, partim ad tempus seponat, Enchirid. cap. IV. Τηλικούτων δὲ ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν. ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα θέλῃς, καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ, διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι. Πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι' ὧν μόνων εὐδαιμονία καὶ ἐλευθερία περιγίνεται. *Cum igitur tantas res appetas, sic eas suscipiendas esse memento, ut sis non mediocriter incitatus; atque alia penitus relinquenda, alia in præsentia omittenda censeas. Quod si & illas desideraris, & magistratus etiam atque opes appetieris; fortasse ne hæc quidem assequeris, propter earum, quas ante diximus, cupiditatem: iis certe omnino excides, per quas solas felicitas & libertas comparatur.*

Ibid. v. 54. Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη,) Uti hic admirantes, ita apud Epictetum illudentes quærunt: Πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; *Unde nobis istud supercilium?* Enchirid. cap. 29.

Cap. XIV. 6. Γενεσίων ἀγομένων] *cum natalitia agerentur*, sive *celebrarentur*. Arrian. de exp. I, 10, 4. μυστηρίων τῶν μεγάλων ΑΓΟΜΕΝΩΝ. *Cum mysteria magna celebrarentur.*

Ibid. v. 7. μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν] Polyb. lib. I. cap. 78. pag. 109. lin. 5. a fine: ἀλλὰ καὶ θυγατέρα δώσειν ἐπηγγείλατο ΜΕΘ' ΟΡΚΟΥ. *Sed filiam*

filiam quoque suam ei se daturum jurejurando confirmavit. Lib. 5. cap. 96. pag. 607. lin. 20. ΩΜΟΛΟΓΗΣΕ τὴν ἄκραν αὐτοῖς παραδώσειν. καὶ περὶ τούτων ΟΡΚΟΥΣ ἐποιήσατο καὶ συνθήκας. *Arcem se ei traditurum pollicetur: eamque pactionem jurejurando firmat.*

Ibid. v. 10. ἀπεκεφάλισε) Auctorem hujus verbi cum in Lexicis non reperiam, placet Arrianum allegare in dissert. pag. 6. lin. 22. κελευσθεὶς ὑπὸ τοῦ Νέρωνος ΑΠΟΚΕΦΑΛΙΣΘΗΝΑΙ. & pag. seq. lin. 16. εἰς φυλακήν σε βαλῶ, τὸ σωμάτιον ΑΠΟΚΕΦΑΛΙΣΩ σοῦ.

Ibid. v. 15. ἡ ὥρα ἤδη] *tempus*, nimirum diurnum. Polyb. pag. 1040. lin. 11. a fine: ΗΔΗ δὲ τῆς ΩΡΑΣ συγκλειούσης, ὁ μὲν τούτων λόγος ἐκωλύθη διὰ τὸν καιρόν. *Sed quum tardior jam hora diem clauderet, temporis angustiis exclusa est eorum oratio.* & pag. 1042. lin. 5. a f. *Petit, ut rem totam in crastinum differret, διὰ τὸ καὶ τὴν ΩΡΑΝ εἰς ὀψὲ συγκλείειν, quum praesertim orta vespera diem jam clauderet.*

Cap. XV. 1. οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς] Venerant hi quidem Hierosolymis, uti constat ex Marc. VII. 1. non tamen propterea subaudiendum est ἐλθόντες, ceu *Beza* interpretatus est, & ante eum *Erasmus*, qui ait: *Articulus facit, ut vertendum fuerit, Qui ab Hierosolymis venerant scribae, sive Hierosolymitani scribae.* Quod ultimum solum verum

eſt. Parum quidem hoc loco intereſt, ſive Hieroſolymis veniſſe, ſive Hieroſolymitanos fuiſſe dicas: juvat tamen veram verborum ſententiam etiam in minimis ſectari. Licet Hieroſolymis venerint: non tamen hoc Matthæus dicit, ſed tantum Hieroſolymitanos fuiſſe. Differunt enim omnino hæc duo: οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς, & οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων ἐλθόντες γραμματεῖς. Nam οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς appellari poſſunt, etiamſi pedem porta Hieroſolymis non extulerint. Ita Hebr. XIII. 24. οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας ſunt *Itali* in ipſa Italia degentes. Et Act. XVII. 13. οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι vocantur, qui Theſſalonica nondum exceſſerant. Et Lazarus, cum in ipſa Bethania ægrotaret, tamen ἀπὸ Βηθανίας dicitur Joh. XI. 1. Sat multa reperias exempla Matth. XXI. 11. XXVII. 57. Marc. XV. 43. Luc. XXIII. 51. Joh. I. 44. 45. XII. 21. XXI. 2. Act. VI. 9. X. 38. XXI. 27. Sed tamen ex Polybio etiam pauca quædam addamus, ut appareat, hoc *loquendi genus* jam multo ante, non *tum* modo *vulgare* fuiſſe, quod *Salmaſius* videtur crediſſe, citatus a *Waleo* ad Act. XVII. 13. Ita vero ille lib. 1. cap. 31. pag. 45. lin. 13. διὰ τὸν φόβον συμφευγόντων εἰς τὴν πόλιν ΤΩΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΧΩΡΑΣ. *Metu hoſtium compulſi in urbem agreſtes.* Lib. 5. cap. 86. pag. 596. lin. 4. á fine: τῆς εὐνοίας προκαθηγουμένης πρὸς ΤΟΥΣ ΑΠΟ ΤΗΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΒΑΣΙΛΕΙΣ. *Cum jam ante animos hominum benevolentia erga Ægypti Reges occupaſſet.* Lib. 6. cap. 19. pag. 651. lin. 7. *Eodem etiam tempore qui Conſulatum gerunt,* παραγγέλλουσι

τι τοῖς ἄρχουσι ΤΟΙΣ ΑΠΟ ΤΩΝ ΣΥΜΜΑΧΙΔΩΝ ΠΟΛΕΩΝ τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας, *magistratibus sociarum in Italia urbium denunciant*. Pag. 1075. lin. 13. ἄνδρες ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ viri græci.

Ibid. v. 5. Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς.] *Quocunque a me juvari possis, donum est*, i. e. Deo consecravi. Verbum ὠφελεῖσθαι ita constructum usurpat Jo. Xiphil. in Epit. Dion. pag. 335. lin. 24. οὐ μὴν ΩΦΕΛΗΘΗ ΤΙ ΕΚ ΤΟΥΤΟΥ, *qua res tamen nihil ei profuit*. Sine accusativo Arrianus dissert. lib 2. cap. 21. p. 235. lin. 5. εἶτα λέγουσιν, οὐδεὶς ΩΦΕΛΕΙΤΑΙ ΕΚ ΤΗΣ ΣΧΟΛΗΣ. *Deinde dicunt, nemo utilitatem percipit ex schola*. Cum præpositione ὑπὸ, & accusativo, ibid. lib. 3. pag. 384. lin. 22. τούτου ἕνεκα ἐζήτησάς τινι συμβαλεῖν, ἵν' ΩΦΕΛΗΘΗΣ ΥΠ' αὐτοῦ; ποίαν ΩΦΕΣΕΙΑΝ; *Hanc ob causam quæsisti aliquem, cujus usu familiari fructum perciperes? qualem fructum?* Apud Polybium jungitur præpositioni ἀπὸ pag. 1406. lin. 18. ἀπὸ τῆς χώρας οὐδὲν ὠφελεῖτο, *ex agris nullam prædam faciebat*. Epict. in Enchirid. c. 24. *Quidquid istorum acciderit*, ἐπ' ἐμοί ἐστιν, ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ, *ex eo penes me est fructum ut capiam*. Substantivo etiam cum præpositione ἐξ utitur Arrianus de exped. Alex. 1, 19. 4. τὴν ἐκ τῶν Περσῶν ὠφέλειαν vocans *a Persis veniens subsidium*. Item 2, 22, 8. ὡς δὲ οὐδεμία ἔτι τοῖς Τυρίοις ἐκ τῶν νεῶν ὠφέλεια ἦν. *Cum jam nullus Tyriis navium usus superesset*. Et 7, 17, 6. αἱ ἐκ τῶν χρημάτων ὠφέλειαι dicuntur *pecuniarum commoda*, sive *reditus*

tus. Conf. *Balth. Stolbergii* Exercit. X. pag. 379.

Ibid. v. 6. *τιμήσῃ*) Honor hic notat beneficentiam & liberalitatem. Ita postulat orationis connexio, & locus paralletus Marc. VII. 12. Et confirmat verbi notionem ex parte Arrianus de exped. Alex. 2, 12, 2. *χρημάτων ἐπιδόσει ὡς ἑκάστους σὺν τῇ ἀξίᾳ* ΕΤΙΜΗΣΕ. *Pecuniarum largitione singulos pro suo merito dignitateque honestavit.* Et Syrac. XXXVIII. 1. *Τίμα ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ.* Cic. fam. l. 16. epist. 9. *Curio misi, ut medico honos haberetur, & tibi daret, quod opus esset.* Qui honos de pecunia est intelligendus. Ita enim ipse Cicero rem eandem aliis verbis epist. 6. *Scripsi ad Curium, quod dixisses, daret medico; ipsi puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior.* Theophyl. ad 1. Tim. V. 3. *Honora est pro miserere earum, & necessaria suppedita.* *Ibid.* v. 17. item Prov. III. 9. Confer *Balth. Stolbergii* Exercit. Gr. Lingv. pag. 398. ubi ex Hierocle hæc citat: *Γονέας* ΤΙΜΗΣΟΜΕΝ *ὑπερβαλλόντως, σώματος ὑπηρεσίαν καὶ χρημάτων χορηγίαν αὐτοῖς ὑπέχοντες ὅτι μάλιστα προθυμοτάτην.* *Parentes eximie honorabimus, si & corporis ministerium, & pecuniæ adminiculum ipsis præstemus quam promptissime.* Sic & *τιμὴ* usurpatur 1. Tim. V. 17.

Ibid. v. 14. *Ἄφετε αὐτούς.*] Arrian. Epict. lib. 1. pag. 118. lin. 5. *Nunquam omnino ipsi curæ*

fuit

fuit scire quid philosophi dicant aut faciant. ΑΦΕΣ ΑΥΤΟΝ. *Mitte illum.*

Ibid. v. 16. ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς) *Adhuc* seu *Nuncne etiam.* Polybius libro primo: τοῖς μὲν ὁρμαῖς καὶ ταῖς φιλοτιμίαις ΑΚΜΗΝ ἕτοιμοι πολεμεῖν ἦσαν. *Adhuc*, seu *tunc quoque parati erant animorum impetu & ambitione ad bellum gerendum.* Et mox: διαπορῦντος δ' ΑΚΜΗΝ καὶ διαπιςῦντος τῦ τῶν καρχηδονίων ἡγεμόνος. *Cum adhuc dubitaret & diffideret Carthaginiensium ductor.* *Camerarius.* Hoc ipsum & *Casaubonus* ex Polybio annotat, quem ait ἐκ παραλλήλυ dicere ἀκμὴν ἔτι καὶ νῦν lib. 15. Et dantur omnino multa in hoc Scriptore exempla, ut lib. 3. cap. 53. init. & cap. 62. pag. 297. lin. penult. Lib. 5. cap. 18. pag. 510. lin. 15. a fine. Lib. 17. cap. 16. pag. 1053. lin. 16. ΑΚΜΗΝ ἀγνοῦντες ἀλλήλυς, *etiam tunc penitus sese ignorantes.*

Ibid. v. 23. ἀπεκρίθη αὐτῇ λόγον.] Arrian. de exped. Alex. 7, 16, 9. τὸν δὲ ΑΠΟΚΡΙΝΑΣΘΑΙ ΑΥΤΟΙΣ ΛΟΓΟΝ, τὸ Εὐριπίδυ τῦ ποιητῦ ἔπος. *Ipse Euripidis versum eis objiciebat.*

Ibid. v. 37. σπυρίδας) Harum usus fuit in cœnis apud veteres. Unde apud Arrianum dissert. lib. 4. cap. 10. pag. 502. lin. ult. est σπυρίσι δειπνῆσαι, quod. *Jac. Schegkius* interpretatur *ferculis opimis instructam cœnam inire.* Et videtur omnino hujusmodi quid significare, cum ista

cœna

cœna in prærogativis consularibus numeretur. Ait enim Epictetus, consulatus adipiscendi gratia tantos labores esse suscipiendos, tantas molestias devorandas, quanti munus ipsum consulare non sit. Καὶ τί τὸ γινόμενόν ἐστι; δώδεκα δεσμαὶ ῥάβδων, καὶ τρὶς ἢ τετράκις ἐπὶ βῆμα καθίσαι, καὶ κιρκήνσια δοῦναι, καὶ ΣΠΥΡΙΣΙ δειπνῆσαι. *Et pro his omnibus quodnam operæ pretium consequeris? Duodecim fasces baculorum, ut ter & quater pro tribunali sedeas, ut Circenses ludos exhibeas, ut ferculis opimis instructam cœnam ineas.* Suetonius in Nerone cap. 15. *Publica cœna ad sportulas redacta.* Et in Domitiano cap. 7. *Sportulas publicas sustulit, revocata cœnarum rectarum consuetudine.* Athenæus Lib. 8. τὰ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνα ait fuisse, cum quis cœnam, quam ipse sibi apparaverat, sportæ impositam ferret ad eum, cum quo cœnaturus erat. Quem morem Athenis Socratis ætate obtinuisse, ut qui ad cœnam conveniebant, singuli cibos suos domo secum afferrent, ex Xenophonte ad 1. Cor. XI. 20. annotavimus. Agit de hac Græcorum convivandi consuetudine etiam *Joh. Phil. Pfeiffer* antiquit. Græcar. cap. 60. Num vero idem sit σπυρίσι δειπνῆσαι, quod τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον, viderint alii. Ego id solum ostendere volui, non necessario hic sportas tantas cogitandas esse, quanta illa fuit, qua Paulum e muro demiserunt, quam ipse 2. Cor. XI. 33. σαργάνην appellat: sed quales cibis deferendis & asportandis conveniunt, Brodt-Körbe / Speise-Körbe / Hand-Körbe / quas in deserto ad manum

num fuisse minus sane mirum est, quam tantæ magnitudinis. Conf. *Laur. Ramiresii* Pentecontarchum cap. 40.

Cap. XVI. 3. στυγνάζων) *triste*, i. e. nubilum. Quomodo Polybius nomen στυγνότης de cœlo non sereno usurpat lib. 4. cap. 21. pag. 404. lin. 3. θεωροῦντες δὲ τὴν τῶν ἠθῶν αὐστηρίαν, ἥτις αὐτοῖς παρέπεται διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ψυχρότητα καὶ ΣΤΥΓΝΟΤΗΤΑ, τὴν κατὰ τὸ πλεῖστον ἐν τοῖς τόποις ὑπάρχουσαν. *Cum notam haberent austeritatem morum, quam ipsis conciliat aëris qualitas, quo in plerisque locis utuntur frigidiore & tristiore.* Plinius etiam tristitiam cœlo tribuit lib. 2. Hist. Nat. cap. 6. de Sole: *Hic cæli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat.*

Ibid. v. 23. οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ) Frequens Phrasis apud Græcos Scriptores φρονεῖν τὰ τοῦ τινος pro *cum aliquo sentire, ab aliquo stare, in societate alicujus esse, & amicitiam ejus sequi, ei favere*, es mit einem halten; istoque modo fere de iis loquuntur, qui in bello alicujus partes sequuntur, vel ei certe student. Cui proinde notioni aptissime congruit nomen Satanæ i. e. hostis, ut Tertullianus interpretatur. Est enim τὰ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς Θεόν, Rom. VIII. 7. Τὸ φρόνημα τοῦ Θεοῦ erat, ut filius ipsius acerbissimis cruciatibus, morte denique ipsa afficeretur; sed τὸ φρόνημα τῶν ἀνθρώπων ab his abhorret. Hoc sequebatur Petrus, nec idem, quod Deus,

vo-

volebat. Polyb. pag. 1447. lin. 21. *multo plures ob quietem ac silentium accusabantur*, ὡς ἐφεδρεύοντες τοῖς καιροῖς, καὶ ΦΡΟΝΟΥΝΤΕΣ ΤΑ Περσέως, *quasi tempus captarent, ac Perseo taciti faverent*. Ibid. lin. 6. a fine: *Præterea apud Coos & Radios* ἐγένοντό τινες οἱ ΦΡΟΝΟΥΝΤΕΣ ΤΑ Περσέως, *nonnulli palam Perseo favebant, qui pro Macedonibus etiam verba facere, & Romanos accusare, ac societatem cum Perseo publice suadere cum ausi essent, tamen cives suos ad regias partes pertrahere non potuerant*, πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως συμμαχίαν. Pag. 1481. lin. 1. ΤΑ Ῥωμαίων ΦΡΟΝΕΙ, *Romanis favet*. Pag. 1466. lin. 12. a fine: ΑΛΛΟΤΡΙΑ ΦΡΟΝΕΙΝ Ῥωμαίων, *alienato a Romanis animo esse*. Pag. 1472. lin. 21. ἀμετάκλητον ὁρμὴν ἔχειν εἰς τὸ μὴ μόνον ΑΛΛΟΤΡΙΑ ΦΡΟΝΕΙΝ τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ καὶ τιμωρίαν βούλεσθαι παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν. *Omnes impetu effuso non ad defectionem modo, sed ad pœnas etiam de Rege sumendas ferri cœpere*. Pag 996. lin. 12. a fine: Φρονεῖθ' ἡμῖν ἐναντία. *Nostris partibus contrarii estis*. Ita & Origenes contra Celsum lib. 1. pag. 8. lin. 14. edit. Cantabr. καὶ καταγινώσκει γε τῶν ΦΡΟΝΟΥΝΤΩΝ μὲν (deest forsan τὰ) τοῦ χριστιανισμοῦ, προσποιουμένων δὲ μὴ φρονεῖν ἢ ἀρνουμένων. *Damnat eos, qui cum Christianis sentientes, dissimulent tamen id aut negent*. Et Eusebius Hist. Eccl. lib. 6. cap. 18. Ἀμβρόσιος ΤΑ τῆς Οὐαλεντίνου ΦΡΟΝΩΝ αἱρέσεως, *Ambrosius, qui Valentini hæresin sectabatur*. Stephanus in Thes. Gr. Ling. alia collegit exempla: Φρονῶ τὰ σὰ, *faveo tibi*, aut etiam *Tuarum sum partium, Sto a tuis partibus*. Sub qua interpre-

pretatione tacite includitur. *Tibi bene cupio, & rebus tuis bene consultum volo.* Plutarchus, ὅσοι τὰ Κάρβωνος ἐφρόνουν, *Qui Carbonis partium erant.* Sic est Demosthenes in orat. ὑπὲρ τῶν συμμοριῶν dixit, ὅτι Θηβαίων τὰ ἐκείνου φρονούντων, ἀνάγκη τοὺς τούτων ἐχθροὺς τὰ τῶν Ἑλλήνων φρονεῖν, *si Thebani cum illo faciant, esse necesse, ut eorum hostes sint a Græcis.* Frequens est istud loquendi genus apud Herodianum: apud quem legitur & τἀναντία φρονεῖν, itidem pro *Contrariis partibus favere*, seu *studere* lib. 3. Hactenus Stephanus. Est ergo οὐ φρονεῖν τὰ τοῦ Θεοῦ, nihil aliud quam *non idem sentire quod Deus sentit, ejus consilia non probare, neque velle ut ad exitum perducantur; sed contra earum rerum studio duci, quibus aversa Deo mens humana delectatur;* Es nicht mit GOtt/ sondern mit den Menschen halten/ uti vim græcæ phraseos exacte exprimit lingua nostra vernacula. Ita qui φρονεῖ τὰ τῶν Ῥωμαίων, is omnia Romanis vult successa, &, ut succedant, quantum potest, adjuvat. Hæc tam verbose non annotarem, nisi viderem, *Bezam*, virum, *Casaubono* judice ad Matth. X. 9. cum cætera summum, tum linguæ græcæ cognitione maximum, hoc loquendi genus alio traxisse. Ait enim: *Hoc verbo significatur, Petrum arrogantia & falsa quadam de se persuasione peccasse.* Sed recte *Casaubonus Omnino*, inquit, *injuriam Petro facere mihi videntur, qui ex verbo ΦΡΟΝΕΙΝ ejus arrogantiam colligunt.* Idemque hæc Theophylacti adscribit, quibus nostra interpretatio confirmatur;

F Τὰ

Τὰ τῶν ἀνθρώπων δὲ ἔφησε φρονεῖν τὸν Πέτρον, καθὸ ταπεινά τινα φρονῶν καὶ σαρκικὰ, ἤθελεν ἐν ἀνέσει εἶναι τὸν Κύριον, καὶ μὴ σαυρωθῆναι. *Rerum autem humanarum studio ait Petrum teneri, quod humilium quarundam & carnalium rerum studio motus, volebat Dominum remisse vivere, & non crucifigi.*

Ibid. v. 28. ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτῦ.) *Abeuntem in regnum suum.* Ἔρχομαι sæpius ita usurpatur, ut Act. XXVIII. 14. Luc. II. 44. Joh. VI. 17. vid. Er. Schmid. pag. 402. n. VII. Ita & Arrianus Epict. dissert. lib. 1. cap. 1. sub fin. ἔλθ' ὅτι κατακέκρισαι. *Abi, quoniam damnatus es.* Idem de exp. Alex. 3, 21, 5. 4, 29, 3. 6. 24. 3. & 7, 10, 13. Et Xenoph. lib. 7. de exp. Cyri pag. 313. lin. 5. τὰ δὲ ὅπλα σὺ ΕΛΘΩΝ εἰπὲ, ὦ Πολύκρατες, ὅτι ἐγὼ κελεύω καταλιπεῖν. *Tu Polycrates abi, ac illis dicito, me velle, ut arma foris relinquant.* Lib 3. pag. 231. lin. 44. & pag. 197. lin. ult. Neque minus certa est significatio præpositionis ἐν pro εἰς, cujus exemplum manifestissimum est Joh. V. 4. Ἄγγελος κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, pro εἰς τὴν κολυμβήθραν. & magis etiam huc pertinens Luc. XXIII. 42. ὅταν ΕΛΘΗΣ ΕΝ τῇ βασιλείᾳ σῦ. Et apud Arrian. dissert. Epict. lib. 2. cap. 20. sub fin. pag. 231. lin. 17. ΑΠΕΛΘΕΙΝ ΕΝ βαλανείῳ, *abire in balneum.* Et lib. 1. cap. 11 pag. 54. lin. 8. νῦν ΕΝ Ῥώμῃ ΑΝΕΡΧΗ. *Nunc Romam proficisceris.* Hoc ergo ait Salvator: Discipulos suos, (qui erant illi τινὲς τῶν ὧδε ἑστηκότων, cum reliqua turba adstantes Marc. VIII. 34.) non

non morituros, donec ipsum vidissent abire in regnum suum; id quod factum est, cum in cœlum ipsis inspectantibus reciperetur. Licet enim statim post mortem in regnum suum pervenerit, ut apparet ex Luc. XXIII. 42. & 43. illam tamen abitionem non viderunt, sed alteram, cum in cœlum adscenderet. Probat ergo Christus his verbis certitudinem adventus sui ad judicium, de quo versu proximo superiore egerat, argumentum petens ex eo, quod ipsimet eum visuri sint regnum suum adire. Confirmant & illustrant hanc interpretationem Angeli Act. I. 11. *Hic Jesus, qui aßumptus est a vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.*

Cap. XVII. 11. *ἀποκαταστήσει πάντα.*) Malach. IV. 5. Interpretes Græci habent ἀποκαταστήσει, pro quo Lucas I. 17. ἐπιστρέψαι. Quo sensu & apud Polybium ἀποκαθιστάναι reperitur Lib. II. cap. 28. extr. pag. 903. lin. 11. Πόπλιος μὲν οὖν μεγάλων κινδύνων ἀρχὴν φυομένων καλῶς διορθωσάμενος, πάλιν ΑΠΟΚΑΤΕΣΤΗΣΕ τὰς οἰκείας δυνάμεις εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς διάθεσιν. *Ita Scipio, quum magnorum malorum initia, quæ jam radices egerant, prudenter repressisset, in eandem mentem & animorum habitum suos restituit, quo prius erant.* Nec multo aliter lib. 4. cap. 25. pag. 410. lin. 6. a fine: ὅτι πάντας τούτους ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΗΣΟΥΣΙΝ εἰς τὰ πάτρια πολιτεύματα. *Omnibus his pristinam reip. formam se reddituros.* Item pag.

179. lin. 5. a fine, & pag. 1206. lin. 4. a f. Sententia igitur eadem erit, quæ Luc. I. 17.

Ibid. v. 14. *γονυπετῶν*) Polyb. lib. 15. cap. 27. pag. 996. lin. 17. *ἐλιπάρει* ΓΟΝΥΠΕΤΟΥΣΑ *καὶ μαγγανεύουσα πρὸς τὰς θεάς. Flexis genibus cum blanditiis & multo lenocinio deabus preces fundere cœpit.*

Ibid. v. 15. *κύριε ἐλέησον*] Eadem precandi formula est apud Arrianum in Epict. lib. 2. c. 7. extremo: *τὸν θεὸν ἐπικαλούμενοι δεόμεθα αὐτοῦ*, ΚΥΡΙΕ ΕΛΕΗΣΟΝ, *ἐπίτρεψόν μοι ἐξελθεῖν. Deum invocantes rogamus ipsum: Domine miserere, permitte mihi evadere.*

Ibid. *κακῶς πάσχει*) Polyb. lib. 3. cap. 90. extr. pag. 335. lin. 16. a fine: *διετήρουν τὴν πίστιν, καίπερ ἔνιαι* ΠΑΣΧΟΥΣΑΙ ΚΑΚΩΣ. *In fide omnes manebant, quantumvis premerentur earum nonnulla.* Lib. 10. cap. 36. pag. 848. lin. 5. a fine: *Deinde ut videt Romanorum virtute suos premi*, ΚΑΙ ΚΑΚΩΣ ΠΑΣΧΟΝΤΑΣ, *vehementerque laborare, copias educit.* Contrarium est *εὖ πάσχειν*, *beneficio affici.*

Ibid. v. 20. *μετάβηθι*] Exstat hoc verbum item de re inanimata in Arrian. dissert. lib. 3. cap. 19. pag. 328. lin. 20. *At nunc a prima ætate viam aliam ingredimur. Quo tempore enim sumus adhuc infantes, nutrix si oscitantes in aliquo*

quo offenderimus, non objurgat nos, sed lapidem ferit. Τί γὰρ ἐποίησεν ὁ λίθος; διὰ τὴν τοῦ παιδίου σου μωρίαν, ἔδει ΜΕΤΑΒΗΝΑΙ αὐτόν; *Quidnam fecit lapis? An propter insipientiam infantis tui hunc aliquo abire oportuit?*

Cap. XVIII. 4. ταπεινώσῃ ἑαυτὸν,] Hæc ταπείνωσις ἑαυτοῦ, consistit illa quidem potissimum in animo, qualis describitur Philipp. II. 3. μηδὲν κατὰ ἐρίθειαν, ἢ κενοδοξίαν, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. Sed in sermone quoque se ostendat necesse est, ut non tantum de nobis ipsis non prædicemus, vera licet, sed etiam nos nostraque verbis extenuemus, exemplo Abrahami, pulverem & cinerem se appellantis, Gen. XVIII. 27. & Pauli, qui se minimum vocat Apostolorum, 1. Cor. XV. 9. Eph. III. 8. Habet hanc significationem verbum ταπεινοῦν apud Polybium lib. 3. cap. 85. pag. 328. lin. 19. εἰς δὲ τὴν Ῥώμην προσπεσόντος ἤδη τοῦ γεγονότος ἀτυχήματος, στέλλεσθαι μὲν ἢ ΤΑΠΕΙΝΟΥΝ τὸ συμβεβηκὸς οἱ προεστῶτες τοῦ πολιτεύματος ἠδυνάτουν, διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς. *At Romæ ut nuncius cladis est acceptus, magistratus propter calamitatis magnitudinem reticere aut minuere tantum casum non poterant.* Lib. 6. cap. 13. pag. 644. lin. 7. a fine: Καὶ μὴν τὰς ἐπιτυχίας τῶν ἡγουμένων ἐκτραγωδῆσαι καὶ συναυξῆσαι, καὶ πάλιν ἀμαυρῶσαι καὶ ΤΑΠΕΙΝΩΣΑΙ, τὸ συνέδριον ἔχει τὴν δύναμιν. *Quin & partas bello victorias in majus extollere atque*

 am-

amplificare; aut contra obscurare atque elevare, idem ordo potest. Et pag. 1281. lin. 1. τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐπειρᾶτο ψευδοποιεῖν καὶ ΤΑΠΕΙΝΟΥΝ, *merita omnium aliorum mendaciis obscurare atque elevare conabatur.* Fit ergo ταπείνωσις sui ipsius tripliciter (1) animo, (2) verbis, (3) rebus & factis, ut Luc. XIV. 11. 2. Cor. XI. 7.

Ibid. v. 5. τοιοῦτον) Ita animo affectum, cui eadem mens est. Polyb. pag. 1237. lin. 7. *Quidam auctores Perseo fuerunt, ne quem posthac legatum neque nuncium ulla de re mitteret.* οὐ μὴν ὁ Περσεὺς ΤΟΙΟΥΤΟΣ ἦν. *At Perseo non ea mens fuit.* Adde exemplum sequens ad v. 6.

Ibid. v. 6. καταποντισθῇ) Polyb. lib. 2. cap. 60. sub finem: ἀλλ' ὅμως τοιοῦτος ὤν, οὐδενὸς ἐτύχε δεινοῦ, πλὴν τοῦ ΚΑΤΑΠΟΝΤΙΣΘΗΝΑΙ, διὰ τῶν ἐπὶ ταῖς Κεγχρεαῖς πεπραγμένων. *Et tamen homo tam scelestus, nihil gravius est passus, quam ut in profundum mare dejiceretur propter nonnulla, quæ Cenchreis fecerat.* Vide Casaubonum ad hunc Matthæi locum.

Ibid. ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης.) Πέλαγος dictum volunt Etymologici, quasi τήλαγος, utpote τῆλε τῆς γῆς ὄν, quod procul a terra sit. Est enim proprie πέλαγος *mare a littore remotius*, sive *medium maris.* Hinc Arrianus isto verbo utitur de ea parte maris, ubi jam nullæ amplius terræ apparent, dissert. lib. 2. cap. 16.

86. pag. 197. lin. 16. ἐγὼ ὅτε πλέω καταχύψας ἐς τὸν βυθὸν, ἢ τὸ ΠΕΛΑΓΟΣ περιβλεψάμενος, καὶ μὴ ἰδὼν γῆν, ἐξίσταμαι. *Ego quando navigo, & despicio in profundum, aut vastum mare circumspicio, & terram non video, perhorresco.* Et de exped. Alex. 2, 20, 8. *Ex Sidone solvens, Tyrum instructa acie navigat. Ipse quidem ad dextrum cornu,* ὃ δὴ ἐς τὸ ΠΕΛΑΓΟΣ αὐτῷ ἀνεῖχε, *quod in mare extendebatur.* It. 1, 19, 13. Et apud Polybium naves dicuntur ex pugna navali, quæ ad Laden committebatur, ἀποχωρεῖν πρὸς τὸ πέλαγος, *in altum refugisse,* pag. 1409. lin. 12. Et lib. 6. cap. 42. pag. 679. lin. 3. a fine: διαφυγόντες τὰ μέγιστα πελάγη, *qui vastissima elactati fuerant maria.* Unde πελάγιος eodem sensu usurpatur. Apud Aristotelem tom. 1. pag. 586. E. Hist. animal. lib. 1. cap. 1. animantia marina, dividuntur in pelagia & littoralia, καὶ τῶν θαλαττίων τὰ μὲν πελάγια· τὰ δὲ, αἰγιαλώδη. Et lib. 8. cap. 19. pag. 697. D. ὅσα μὲν εἰσι φύσει πελάγια ἢ αἰγιαλώδη. Arrian. Indic. 40, 11. & 43, 3. Polyb. lib. 1. cap. 26. pag. 37. lin. 24. τὸν πλοῦν εἶναι πελάγιον, *in alto tenendum cursum.* Et lib. 1. cap. 28. pag. 41. lin. 7. *Carthaginienses, qui & a fronte & a tergo caderentur, pressi admodum, ac mox etiam præter omnium opinionem a M. Atilio suis opem ferente circumventi,* κλίναντες πελάγιαν ἐποιοῦντο τὴν ὑποχώρησιν, *re inclinata in altum fuga se recipiunt.* Sed & de universo mari synecdochice dicitur, ut Λιβυκὸν πέλαγος *mare Africum,* pag. 43. lin. 26. & Σικελικὸν πέλαγος.

λάγ@ Etruscum mare, pag. 295. lin. 14. a fine.

Ibid. v. 18. λύσητε) λύειν τὰς ἁμαρτίας est apud Polybium pag. 518. lin. 7. a f. πεπεισμένοι καταπλήξεσθαι τὸν Φίλιππον, καὶ ΛΥΕΙΝ τῷ τούτῳ τρόπῳ τὰς προγεγενημένας ΑΜΑΡΤΙΑΣ. *Sperantes terreri Philippum posse, atque hoc pacto delicta sua priora fore tecta.* Pag. 192. lin. 6. ΕΛΥΣΕ τὸ γεγονὸς ἔγκλημα, veterem offensam obliteravit. Et pag. 254. lin. 2. ΕΛΥΘΗ τὸ ἔγκλημα. Pag. 412. lin. 25. *Lacedæmonii quum Cadmeam Phœbidas fraude & perfidia occupasset, a noxio quidem pœnas exegerunt; cæterum Cadmea præsidium non eduxerunt:* ὥσπερ ΛΥΟΜΕΝΗΣ τ̃ ἀδικίας διὰ τ̃ τῷ πράξαντ@ βλάβης. *Tanquam expiatum esset admissum scelus damno auctoris.*

Ibid. v. 19. συμφωνήσωσιν ἐπὶ τ̃ γῆς περὶ παντὸς] Συμφωνεῖν περί τιν@ & Polybius dicit pag. 144. lin. 12. ὐ ΣΥΜΦΩΝΟΥΝΤΕΣ ΠΕΡΙ τῶν κατὰ μέρ@ ἐπιτηδείων, *non paciscentes de utilibus particulatim.*

Ibid. γενήσεται αὐτοῖς] Ita & Epictetus loquitur lib. 2. cap. 21. pag. 235. lin. 19. ἐκεῖνο γὰρ βλέπετε μᾶλλον, εἰ ἐφ' ὃ ἔρχεσθε, ΤΟΥΤΟ ΥΜΙΝ ΓΙΝΕΤΑΙ. *Id potius considerate, utrum id, cujus gratia accessistis, consequamini.*

Cap. XIX. 3. κατὰ πᾶσαν αἰτίαν] *ob quamvis*

τὴν caussam. Sic Polybius bis eadem pagina 428. lin. 8. & 20. dicit καθ' ἣν, scil. αἰτίαν. Et πᾶσαν pro quacunque etiam levissima habet idem pag. 148. lin. 8. a f. καὶ τοὺς πρότερον κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων, ΠΑΣΑΝ ἱκανὴν ποιουμένους πρόφασιν, εἰς τὸ πολεμεῖν διὰ τὴν πλεονεξίαν. *Quibus antea præ cupiditate lucri vel levissima occasio sufficere solebat ad bellum contra innocentes movendum.*

Ibid. v. 8. πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν] *propter duritiam cordis.* Polyb. lib. 5. cap. 27. τούτων δὲ ἀφορμησάντων ἀπαγαγεῖν ἐκέλευσε τὸν Λεόντιον ΠΡΟΣ τὴν ἀναδοχήν. *Post horum abitum Leontium in vincula duci jubet ad luendam pecuniam pro qua spoponderat,* sive propter sponsionem, ob fidejussionem. Et paulo post: παρακαλοῦντες, εἰ μὲν ΠΡΟΣ ἄλλο τι πεποίηται τὴν ἀπαγωγὴν τοῦ Λεοντίου, μὴ χωρὶς αὐτῶν ποιήσασθαι τὴν ὑπὲρ τῶν ἐγκαλουμένων κρίσιν. εἰ δὲ ΠΡΟΣ τὴν ἐγγύην τὴν τοῦ Μεγαλέους, διότι τὰ χρήματα κατὰ κοινὸν εἰσενέγκαντες ἐκτίσουσιν αὐτοί. *Orantes, si propter aliam caussam aliquam Leontium duci jussisset, ne ipsis absentibus de accusatione illius vellet cognoscere: sin autem ex caussa sponsionis pro Megalea ductus foret; paratos se collatitia pecunia id nomen expungere.* Item pag. 523. lin. 23. Et cap. 108. init. Cum Philippus comperisset Scerdilaidam diripuisse oppidum Pissæum, ἐπὶ τῇ προφάσει τῶν προσοφειλομένων χρημάτων, ΠΡΟΣ ἃ καὶ τὰ περὶ τὴν Λευκάδα πλοῖα παρεσπόνδησε, *occasione debitæ adhuc sibi pecuniæ,*

cujus etiam gratia naves Leucade per fidem cirtarum venerat. Pag. 1356. lin. 16. a f. τὸς ἀπαγομένους εἰς φυλακὴν ΠΡΟΣ τὰ χρέα, *qui in carcerem ducunt æris alieni gratia.* Herodotus lib. 1. pag. 17. lin. 15. ΠΡΟΣ τὴν ὄψιν ταύτην, *cujus visi gratia.*

Ibid. v. 29. ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς,) Etiam philosophum Epictetus ait oportere ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν οἰκείων, *discedere a domesticis,* eosque relinquere, lib. 3. cap. 15. pag. 321. lin. 9.

Cap. XX. 2. τὴν ἡμέραν) Ἔλλειψις, pro εἰς τὴν ἡμέραν, ut apud Polybium εἰς τὸν μῆνα *in mensem* lib. 6. cap. 37. p. 673. lin. 9. a fine, sed sensu distributivo, qui hic locum non habet. Vide *Erasm. Schmidium.* De verbo συμφωνεῖν conf. paulo ante ad XVIII. 19.

Ibid. v. 17. ἀναβαίνων) Er. Schmidium memini alicubi annotare, Græcorum consuetudinem ita ferre, ut de primariis quarumlibet regionum urbibus sic loquantur, quasi altiori loco sitæ sint; unde, qui eo proficiscuntur, adscendere dicantur. Nec aliter Epictetus de Roma, lib. 1. cap. 10. pag. 46. lin. 12. *Novi ego quendam me seniorem, qui nunc annonæ præfectus est Romæ, cum hac transiret ab exilio rediens, quæ mihi dixit! percensens superiorem vitam suam, & quemadmodum deinceps esset vitam acturus promittens;* ὅτι ἄλλο ὐδὲν ΑΝΑΒΑΣ σπουδάσειν, *quod nihil aliud reversus Romam curaturus esset, quam ut in otio posset*

sis & tranquillitate vivere. Et lib. 3. cap. 7. pag. 293. lin. 21. *Deinde etiam amicos Romæ habemus potentes, & Græci non admodum sunt impigri, ἐδεὶς ἰολμήσει ΑΝΑΒΗΝΑΙ ἰέτε ἕνεκα, nullus ad accusandum adscendere audebit.* Quod vero addit Matthæus, παρέλαβε κατ' ἰδίαν, similiter & Polyb. pag. 482. lin. 24. ἰέτες ΚΑΤ' ΙΔΙΑΝ ΛΑΒΟΝΤΑΣ, ἐπιτρέψαι ἰὸν ἄνθρωπον κὴ λέγειν. *Has seductum hominem convenisse, & in aliam traduxisse sententiam, cum dicerent.* Et pag. 1256. lin. 10. a f. ΛΑΒΩΝ αὐτὸν ΚΑΤ' ΙΔΙΑΝ εἰς ἰὰς χεῖρας. *Seducit eum ad familiare colloquium.*

Cap. XXI. 31. οἱ τελῶναι κὴ αἱ πόρναι προάγυσιν ὑμᾶς) Similiter Epictetus in homines perversis opinionibus imbutos invehitur lib. 2. cap. 20. pag. 232. lin. 5. Πολὺ νὴ Δία μᾶλλον ἰὲς κιναίδες ἐλπίσει ἰις ἂν μεταπείσειν, ἢ ἰὲς ἐπιτοσῦτον ἀποκεκωφωμένες κὴ ἀποτετυφλωμένες ἰῶν περὶ αὐτὲς κακῶν. *Multo mehercle citius quis speret se persuasurum cinædis ut suam mutent sententiam, quam illis ita surdis & cæcis in suis ipsorum malis.*

Ibid. v. 41. κακὲς κακῶς ἀπολέσαι) En Græci sermonis peritiam etiam in Matthæo! Quid enim hac locutione, vel dictu venustius, vel sensu significantius? Indicat namque ἰὸ κακὲς exitii causam, ἰὸ κακῶς ejusdem gravitatem, figura autem repetiti pene ejusdem verbi convenientiam supplicii ad delicti magnitudinem. Et petitum est elegantissimum dicendi genus ex purissimo sermone

Græco, utpote quo & disertissimi Scriptores utuntur, Polybius pag. 1088. lin. 6. ΚΑΚΟΥΣ ΚΑΚΩΣ ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν μάχαις ΑΠΟΛΩΛΑΣΙΝ ὑπὸ Καρχηδονίων. *Mali male a Carthaginiensibus cæsi in præliis per Italiam habitis, perierunt*; item Demosth. de Halonesо extr. pag. 34. C. προσήκει αὐτοὺς ὑφ' ὑμῶν ΚΑΚΟΥΣ ΚΑΚΩΣ ΑΠΟΛΩΛΕΝΑΙ. *Hi, ut eorum malitia meretur, a vobis male perdi debent*. Et Aristophanes, citatus a Beza, in Pluto act. 1. sc. 2. v. 8.

Εἰ μὴ φράσεις γὰρ, ἀπό σ' ὀλῶ κακὸν κακῶς.
Nisi enim dicas qui sis, male te perdam malum.

Arrianus in alio argumento, dissert. lib. 3. cap. 5. pag. 286. lin. 1. *ἄρξεις κακὸς κακῶς, cum sis malus, gubernabis etiam male*. Luc. in Pseud. ΚΑΚΟΝ ΚΑΚΩΣ σε ὁ λόγιος Ἑρμῆς ἐπιτρίψειεν αὐτοῖς λόγοις.

Ibid. ἐκδόσεται] id est, ἐκμισθώσει. Et in hac significatione est participio hujus verbi usus Xenophon in libro cui titulum fecit πόροι: *ἑξακόσια ἀνδράποδα* ΕΚΔΕΔΟΜΕΝΑ: *Sexcenta elocata mancipia*. *Camerarius*. Quem locum in Xenophonteis annotationibus nescio quo casu omissum, cum in utroque indice citetur, hic attingere placuit. Etiam Polybius dicit lib. 16. cap. 15. init. *πολλῶν ἔργων ὄντων τῶν* ΕΚΔΙΔΟΜΕΝΩΝ *ὑπὸ τῶν τιμητῶν εἰς τὰς ἐπισκευὰς καὶ κατασκευὰς τῶν δημοσίων. Quum multa sint quæ a Censoribus locantur sarta tecta operum publicorum.*

Ibid.

Ibid. v. 42. ἀπεδοκίμασαν) Arrianus dissert. lib. 3. cap. 3. p. 279. lin. 5. τὸ τῦ Καίσαρος νόμισμα ὐκ ἔξεστιν ΑΠΟΔΟΚΙΜΑΣΑΙ τῷ τραπεζίτῃ, ὐδὲ τῷ λαχανοπώλῃ. *Cæsaris monetam non licet rejicere nummulario, neque olerum venditori.* Et paulo post lin. 15. ὐδέποτε δ' ἀγαθῦ φαντασίαν προσαχθῆ ΑΠΟΔΟΚΙΜΑΣΕΙ ψυχὴ, ὐ μᾶλλον ἢ τὸ Καίσαρος νόμισμα. *Neque vero unquam evidens boni visum respuet anima, nihilo magis atque Cæsaris monetam.*

Cap. XXII. 2. ἐποίησε γάμυς] Γάμοι hic non sunt ipsum matrimonium, sed celebritas, maxime convivium nuptiale, uti apparet ex v. 4. & 9. Arrian. de exp. Alex. 7, 4, 6. ὁ δὲ καὶ ΓΑΜΟΥΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ ἐν Σύσοις ἑαυτῦ τε καὶ τῶν ἑταίρων. *Nuptias etiam & suas & amicorum celebravit Susis.* v. 10. οἱ γάμοι δὲ ἐποιήθησαν νόμῳ τῷ Περσικῷ. *Nuptiæ Persico more celebratæ sunt: sedilia ex ordine iis posita erant qui uxores ducturi erant,* &c.

Ibid. v. 21. τὰ τῦ Θεῦ) Arrian. exped. Alex. 7, 17, 5. *Erat autem Belo multum agri ab Assyriis regibus consecratum, multum etiam auri. Et ex eo olim quidem templum reficiebatur, sacrificia comparabantur deo offerenda.* Τότε δὲ τὺς χαλδαίυς ΤΑ ΤΟΥ ΘΕΟΥ νέμεσθαι, ὐκ ὄντος ἐς ὅ, τι ἀναλωθήσεται τὰ προσγιγνόμενα. *Tum vero quum in nullos usus conferrentur annui reditus, Chaldæis id omne quod Belo sacrum erat cedebat.* Diruerat enim Be-

li

li templum Xerxes e Græcia reversus. Recte ergo Hieronymus hæc verba interpretatur de *primitiis, decimis, oblationibus & victimis* & aliis in lege divina præscriptis, ad conservandam templi fabricam, ad sustentationem Sacerdotum, ad promovendum cultum divinum ab Israëlitico populo conferendis. Præcipue vero Christus hic loquitur de siclo templi in ærarium sacrum conferendo, qui quam maxime proprie appellatur τὰ τοῦ Θεοῦ, quasi annui Dei reditus, ut apud Arrianum. Conf. Gerhardi Harmon. pag. 437. b.

Ibid. v. 35. νομικὸς) Utitur hac voce etiam Epictetus lib. I. cap. 13. ubi νομικὸν dicit ἐξηγούμενον τὰ νόμιμα pag. 180. lin. 1. ἀλλ' οὐδὲ ΝΟΜΙΚΟΝ τινα παρέλαβέ πώποτε, τὸν ἐροῦντα αὐτῷ καὶ ἐξηγησόμενον τὰ νόμιμα. *Sed neque legisperitum aliquem sibi adjunxit unquam, qui ipsi diceret & interpretaretur legitima.*

Cap. XXIII. 12. ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται.) Polyb. lib. 5. cap. 26. pag. 521. lin. 10. Βραχεῖς γὰρ δὴ πάνυ καιροὶ, πάντας μὲν ἀνθρώπους ὡς ἔπος εἰπεῖν ΥΨΟΥΣΙ, καὶ πάλιν ΤΑΠΕΙΝΟΥΣΙ· μάλιστα δὲ τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις. *Enimvero, quum in universum omnes mortales parvis momentis & sublimes evehantur, & rursum dejiciantur: tum in iis qui regum aulas colunt, id præcipue locum habet.*

Ibid.

Ibid. v. 14. καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι.) Καὶ habet significationem intendendi. Similis constructio est apud Polybium pag. 1419. lin. 7. μόνοι τῶν κατὰ Συρίαν ὑπέστησαν ΚΑΙ πάσας ἐξελέγξαντες ἐλπίδας. *Soli e Syris non cessere, idque rebus tentatis omnibus.* Sæpissime nomini πλείων augendi gratia ab eodem Scriptore καὶ additur, ut lib. 17. cap. 8. pag. 1042. lin. 9. συμμίξας δὲ Τίτῳ, διελέγετο καὶ πλείω χρόνον. *Qui ubi in colloquium Titi venit, non modicum temporis spatium sermonem cum eo habuit.* Lib. 17. cap. 18. init. ἀφεικὼς ἔτυχε καὶ πλείους ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἐπὶ χορτολογίαν. *Copiarum partem maximam e castris eductam, pabulatum dimiserat.* Item pag. 1074. lin. 14. a fine, pag. 1115. lin. 18. & lin. 7. a fine.

Ibid. v. 33. ὄφεις) Sic cum serpentibus comparat Epictetus eos, qui ita feras & detestandas opiniones habent, ut in iis amicitia nulla esse possit, lib. 2. cap. 22. extremo.

Ibid. πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης;) Τὴν κρίσιν ἀποφυγὼν dicitur, *in judicio absolutus*, Arrian. de exped. Alex. 3, 27, 6. & paulo ante 3, 27, 4. εὐθὺς ὡς ἀπέφυγεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, *statim post absolutionem in concilio factam.* Sed plura de hoc loco diximus jam ex Xenophonte.

Cap. XXIV. 7. σεισμοὶ κατὰ τόπους.] *terræ motus variis locis, passim.* Distributive enim κατὰ

τόπους

τόπους significare, non omnibus, sed diversis locis, patet ex Polyb. lib. 3, cap. 53. pag. 286, lin. 6. a fine: *Non jam cum universa acie incursantibus barbaris:* κατὰ μέρη δὲ καὶ ΚΑΤΑ ΤΟΠΟΥΣ παρενοχλούμενος ὑπ' αὐτῶν, *sed per partes tantum & diversis locis lacessitus ab ipsis; quippe alii novissimum agmen, alii primum opportune adorti, impedimentorum partem aliquam carpebant.* Hic uti κατὰ μέρη quid sit, verbis antecedentibus exponitur, nempe non cum universa acie, sed partibus copiarum: ita κατὰ τόπους declaratur per subsequentia, quod alii primos, alii ultimos adorti sint, ac proinde non uno loco, sed diversis. Aristoteles Meteorol. lib. 2. cap. 8. pag. 441. E. ait: κατὰ μέρος δὲ γίγνονται οἱ σεισμοὶ τῆς γῆς καὶ πολλάκις ἐπὶ μικρὸν τόπον. *Particulatim autem fiunt terræ motus, & sæpe ad parvum tractum.*

Ibid. v. 22. Εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ.) h. e. Si tam diuturna foret, quam futura esset urbis tam munitæ obsidio, si solis humanis viribus res ageretur, & non divino consilio divinaque ope adjuti Romani expectatione maturius urbe potirentur: universi fame mutuisque cædibus absumerentur. Nec hoc solis Judæis contigit, ut cito periisse ipsis fuerit salutis caussa; sed idem aliis quoque accidit, adeo, ut jam multo ante occupatam Hierosolymam in proverbii consuetudinem abierit: εἰ μὴ ταχέως ἀπωλόμεθα, οὐκ ἂν ἐσώθημεν, *nisi celeriter periissemus, nunquam*

salvi

salvi fuissemus, ut a Polybio memoriæ proditum est in Excerpt. de Virtut. & Vit. pag. 1481. lin. 6. a fine. Operæ pretium est, locum integrum excerpere, ut proverbii sententia rectius intelligatur. *Cum is omnium stupor, atque ejusmodi imprudentia esset, cujusmodi ne apud barbaros quidem facile posset reperiri, jure merito aliquis quæsierit, qui factum sit, ut non funditus omnes perierint. Equidem sic existimo, fortunam quandam ingeniosam & callidam restitisse ductorum dementiæ ac furori, quæ cum stoliditate eorum hominum propelleretur,* βουλομένη δὲ κατὰ πάντα τρόπον ΣΩΖΕΙΝ τοὺς Ἀχαιοὺς, *& tamen gentem Achæorum omnino servare vellet, ad id quod reliquum erat se convertit, ut optimi luctatores facere solent, videlicet ut celeriter Græci ac nullo negotio vincerentur. Quod quidem ab illa est præstitum. Atque ita factum est, ut neque ira ac furor Romanorum ulterius exardesceret, neque legiones ex Africa transportarentur, neque Principes Græciæ iis moribus præditi, quos supra memoravi, prospera alicujus pugnæ successu elati, insigne aliquod specimen impietatis suæ in populares suos ederent. Quid enim in suos facturi erant, si quam opportunitatem secundumque eventum nacti fuissent, clarum & consequens est ex iis quæ antea retuli.* Ἅπαντες δὲ τότε τὴν παροιμίαν ταύτην διὰ στόματος εἶχον, ΩΣ ΕΙ ΜΗ ΤΑΧΕΩΣ ΑΠΩΛΟΜΕΘΑ, ΟΥΚ ΑΝ ΕΣΩΘΗΜΕΝ. *Tunc vero illud vetus dictum in omnium ore versabatur: Nisi celeriter periissemus, nunquam salvi fuissemus*, h. e. ut supra loquitur, ἄρδην ἂν ἀπωλόμεθα πάντες, *funditus periissemus omnes*. Hic si quis co-

cogitet, quis status tunc fuerit Hierosolymæ obsessæ, imaginem quandam videat hujus temporis in rebus Græcorum; ut omnino eodem Hierosolymitanis proverbio uti licuisset. Salvator certe eo usus est. Quid enim aliud dicit, quam hoc: Nisi celeriter periissent Hierosolymitani, h. e. nisi celeriter urbs fuisset capta, nemo salvus mansisset, sed omnes in obsessa urbe periissent. In eandem sententiam *Grotius* ait Hebræos dicere, exilium Israëlitarum Babylonicum, collatum in annum a lege lata 850. si venisset biennio post, futuram fuisse πανωλεθρίαν. *Henr. Valesius* ad eum, quem supra citavi locum Polybii hæc annotat: Hujus dicti auctor fuit Themistocles. vide Plutarchum in ejus vita. Zonaras quoque testis est, Græcos post excidium Corinthi cum in majori felicitate quam antea essent, id dicere solitos, ὅτι εἰ μὴ θᾶττον ἑαλώκεισαν, οὐκ ἂν ἐσεσώσμεθα.

Ibid. v. 24. σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα) Sæpius hæc duo conjuncta reperiuntur in N. T. semel etiam in Polybio lib. 3. cap. 10. pag. 365. lin. 9. *Erant in ore omnibus omnia fatidicis ipsorum libris comprehensa oracula.* ΣΗΜΕΙΩΝ δὲ καὶ ΤΕΡΑΤΩΝ πᾶν μὲν ἱερὸν, πᾶσα δ' ἦν οἰκία πλήρης. *Ostentorum item ac prodigiorum templa universa, universas privatorum domos cerneres refertas.* Cæterum inter σημεῖον & τέρας hoc interesse scribit *Ammon.* Quod τέρας παρὰ φύσιν γίνεται, *præter naturam fiat*, τὸ δὲ σημεῖον παρὰ συνήθειαν,

præ-

præter consuetudinem. Sed fortasse rectius *Gerhardus* Harm. Evang. tom. 3. pag. 718. b. Conjunguntur, inquit, σημεῖα καὶ τέρατα, quia σημεῖον alias generaliter significat *indicium, argumentum*, ut de signis mirabilibus hic sermonem esse intelligatur. Fusius hæc duo vocabula explanat Chemnitius Harm. pag. 282.

Ibid. v. 38. & 39. Πότε δέ σε εἴδομεν] Particula δὲ in hujusmodi constructione non est adversativa, sed copulativa. Polyb. pag. 901. lin. 2. πότε γὰρ εὔροια πραγμάτων μείζων; ΠΟΤΕ ΔΕ πλείω προτερήματα γέγονε τῇ Ῥώμῃ; ΠΟΤΕ ΔΕ τοῖς στρατευομένοις μείζους ἐλπίδες, ἢ νῦν; *Quando enim fortunæ major fuit secunditas? quando ad res bene gerendas præsidia majora Roma habuit? quando militaribus viris spes majores quam nunc propositæ?*

Ibid. v. 45. ὃν κατέστησεν ὁ Κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας) Polyb. lib. 4. cap. 87. p. 484. lin. 4. a fine dicit τοὺς ἐπὶ τῆς θεραπείας τεταγμένους *satellitum præfectum*; sermo enim ibi est de regio famulitio, item pag. seq. med.

Ibid. v. 51. διχοτομήσει] Utitur hoc verbo Polyb. lib. 10. cap. 15. pag. 820. lin. 23. *Sæpenumero cernere est, quoties capitur a Romanis urbs aliqua, non homines duntaxat occisos*, ἀλλὰ καὶ τοὺς κύνας ΔΕΔΙΧΟΤΟΜΕΝΟΥΣ, καὶ τῶν ἄλλων ζώων μέλη ἀποκεκομμένα, *sed etiam canes bifariam disse-*

Ebas, & reliquorum animantium membra abscissit. Apud Arrianum simplex τέμνειν eodem, nisi fallor, quo hic sensu διχοτομεῖν, accipitur de eo, qui in aliena domo invito domino vult œconomus esse, quem ἐπιστραφεὶς ὁ Κύριος, καὶ ἰδὼν αὐτὸν σοβαρῶς διατασσόμενον, ἑλκύσας ΕΤΕΜΕΝ, *quem conversus dominus, & videns eum proterve se gerentem, tractum ad supplicium dividet medium,* uti ultima verba vertit *Jac. Schegkius* pag. 337. sub fin.

Cap. XXV. 1. ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν] Polyb. pag. 1433. lin. antep. *Cum Antiochus Rex proxime Thebas venisset, Bœotorum magistratus* ΕΞΗΛΘΟΝ ΕΙΣ ΑΠΑΝΤΗΣΙΝ, *obviam ei egressi fuerunt.*

Cap. XXVI. 39. οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω) Arrian. dissert. lib. 4. cap. 7. pag. 481. lin. 20. κρεῖττον ἡγοῦμαι ὃ ὁ Θεὸς θέλει, ἢ ἐγώ. *Melius existimo quod Deus vult, quam quod ego.*

Ibid. 42. ἐκ δευτέρου) Polyb. lib. 14. cap. 9. pag. 955. lin. 18. ὡς ἂν ΕΚ ΔΕΥΤΕΡΟΥ τηλικαύτῃ πληγῇ πεπτωκότων ἤδη. *Ceu plane hac iterata ictu concidissent.*

Ibid. v. 44. τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών.] Iisdem verbis de precibus repetitis utitur Polyb. pag. 825. lin. 10. a f. *Mulier ad genua Scipionis iterum manum porrigere,* καὶ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΕΙΠΟΥΣΗΣ ΛΟΓΟΝ, *&* *preces repetere easdem.*

Ibid. 50. πάρει) Non male vetus interpres *venisti*, quanquam *ades* mavult Er. Schmidius. Eodem modo sæpe Casaubonus rectissime in Polybio interpretatur. Ut pag. 109. lin. 19. ΠΑΡΗΝ ἄνοπλος εὐθαρσῶς εἰς τὴν παρεμβολήν. *Magna confidentia nudus intra munitiones venit.* Pag. 195. lin. 4. ΠΑΡΗΝ εἰς Αἴγιον, *Ægium se contulit.* Pag 453. lin. 2. ΠΑΡΗΝ εἰς Ἤπειρον, *in Epirum venerat.* Ibid. lin. 9. & pag 472. lin. 4. a fi. Vide ad Coloss. I. 6. Et, vere ut dicam, nihil video discriminis, sive *venisti*, sive *ades* interpreteris. Arrianus certe dissert. lib. 2. cap. 21. pag. 235. sub finem, cum prius usurpasset παρεῖναι, τί οὖν ἔτι ἀγανακτεῖτε, εἰ ἐφ' ἃ πάρεστε, ταῦτα λαμβάνετε; *Quid ergo indigne fertis, si quorum gratia adestis, illa accipitis?* Mox pro eodem dicit: μὴ γὰρ ἐπὶ τοῦτο ἦλθες; *Num idcirca venisti?*

Ibid. v. 69. τοῦ Γαλιλαίου) Hinc Epictetus Christianos appellat Galilæos, lib. 4. cap. 7. pag. 478. lin. 2. iisdem testimonium tribuens summæ pietatis atque virtutis.

Cap. XXVII. 4. Τί πρὸς ἡμᾶς;] Polyb. pag. 1104. lin. 8. Κατὰ δὲ τὸ παρὸν οὐ νομίζουσιν εἶναι οὕτω τὸ πρᾶγμα ΠΡΟΣ αὐτούς. *Nunc vero ita existimare Senatum, ad curam suam id negotium non pertinere.* Ibid. lin. 19. ἐὰν μὴ ΠΡΟΣ αὐτοὺς ἡγῶνται, *si nihil ad se eam rem pertinere ducerent.* Conf. Joh. XXI. 22.

Ibid. v. 5. ἀπελθὼν ἀπήγξατο.] His ipsis verbis utitur Epictetus apud Arrianum lib. 1. cap. 2. pag. 9. lin. 1. Τὸ δ' ἀπάγξασθαι οὐκ ἔξεστιν ἀφόρητον· ὅταν γοῦν μάθῃ τις, ὅτι εὔλογον, ΑΠΕΛΘΩΝ ΑΠΗΓΞΑΤΟ. *Suffocari laqueo non est intolerabile. Si ergo quis didicerit, rationi convenient esse, abiens se suspendit.* Ubi ἀπελθὼν videtur per quendam linguæ græcæ idiotismum fere abundare, nihilque ad sententiam ipsam magnopere facere. Ita & pag. 10. lin. 7. dicit: *ἀπελθὼν παράσχετε, abi & prabeto.* It. pag. 230. lin. 18. & pag. 19. lin. 4. Sed & in N. T. similia dantur exempla, de quibus vide *Jac. Perizonii Respons. II. ad Notitiam II. pag. 78.* Cæterum cum Petrus Act. I. 18. non videatur cum Matthæo consentire de morte Judæ: orta hinc est acris illa concertatio inter Viros celeberrimos, *Gronovium & Perizonium*, quorum hic sequitur *sententiam Dan. Heinsii, Pricæi, aliorumque, qui existimant, verbo illo ἀπάγξασθαι Matthæum declarare tantum, Judam sibi ex animi desperatione & angustia mortem quæsivisse & reperisse qualemcunque, at Petrum apud Lucam diserte & proprie eam mortem definivisse, sive Judas jam ultro se præcipitaverit, seu vertigine subito captus per illum gravissimum & canis unum animi mærorem, ex alto ceciderit pronus. Perizon. dissert. de morte Judæ & verbo ἀπάγχεσθαι pag. 29.* Qui ibidem pag. 42. & seqq. exemplis demonstrat, verbum ἀπάγχεσθαι non tantum de violentia per laqueum in collo facta, quod Gronovius censet; verum etiam de animi dolore adhiberi. Non negat tamen, sæpissime apud

pud veteres suspendium denotare, pag. 30. *Quapropter*, inquit pag. 75. *ubi simpliciter verbum ἀπήγξατο in historica narratione occurrit, interpreter sane ego de suspendio, at si quid obstet huic interpretationi, tum vero non verear alium verbi sensum, loco & rei, de qua agitur, appositum quærere: Atque adeo, nisi obesset locus Lucæ, Matthæum in morte Judæ de suspendio exponerem, nunc vero quum Lucas aliud genus mortis Judæ tribuat, idque disertius ac plenius commemoret, prorsus putem, nullam dari commodiorem conciliandi utriusque rationem, quam ut illud ἀπήγξατο apud Matthæum de morte voluntaria præcipiti, per mœrorem & desperationem sumpta, dictum accipiamus: nisi quis malit Casaubonianam conciliandi rationem, de laqueo rupto, & sic in præceps lapso Juda, sequi.* Sed in utraque sententia hic mihi scrupulus restat, quod πρηνὴς γενόμενος exponatur *præceps factus sive præcipitatus*, sine ullius Scriptoris græci exemplo. Πρηνὲς enim, sive πρανὲς, uti docet Eustathius ad Hom. Iliad. B. v. 424. κυρίως λέγεται τὸ πεσὸν ἐπὶ πρόσωπον, ὕπτιον δὲ τὸ ἀνάπαλιν. - - Λέγεται δὲ μεταφορικῶς πρανὴς καὶ ὁ κατάντης τόπος. Ὅθεν καὶ παροιμία τὸ, σφαῖρα κατὰ πρανοῦς. *Proprie* πρηνὲς *dicitur, quod cecidit in faciem*, ὕπτιον vero, *quod contra* cecidit. *Metaphorice autem* πρανὴς *etiam dicitur locus declivis. Unde & proverbium: Globus per declive*, quod Latinis est, currentem incitare. Πρηνὴς τόπος igitur proprie non est locus præceps, qui κρημνώδης dicitur, sed *proclivis, declivis, ex quo facilis & pronus est descensus.* Et si vel maxime πρηνὴς recte red-

reddetur *præceps*, quis tamen non videt, longe aliter locum præcipitem dici, aliter hominem, neque si πρηνὴς appelletur locus præceps, continuo etiam hominem præcipitem eodem nomine appellari posse, licet latinum verbum utrique conveniat. Præceps enim locus est, cujus se fastigium non paulatim ad planiora demittit, sed qui vel plane prærupatus est atque directus, vel saltem pronus valde atque declivis; homo autem præceps fit, qui ex ejusmodi loco decidit aut deturbatur. Nisi ergo demonstretur, græcum πρηνὴς æque late patere ac latinum præceps: non possumus sine erroris periculo verba πρηνὴς γενόμενος aliter interpretari, quam *pronus in faciem lapsus*; id quod etiam in plano fieri potest. Sed quoniam, qui in plano cadit, non facile rumpitur: nimirum ideo præcipitium inducendum fuit, cujus tamen in verbo πρηνὴς, quod mihi quidem constet, nullum est indicium. Sed hoc commune utrique. Illud vero *Perizonio* proprium, ἀπάγχεσθαι etiam de animo dici. Cujus quidem hac de re scripta cum primum legerem; idem mihi fere accidebat, quod apud Ciceronem quidam sibi ait accidere in evolvendo Platonis eo libro, qui est de animo. *Nescio quomodo*, inquit, *dum lego assentior: cum posui librum, & mecum ipse de immortalitate animorum cœpi cogitare, assensio omnis illa elabitur.* Nam ita non modo erudite, sed etiam vere de verbo ἀπάγχεσθαι disputat, ut nihil dici possit verius. Sed cum ad Matthæi verba revoco animum,

non

non modo nulla mihi inde nisi suspendii notio nascitur, sed etiam nulla alia inde nasci posse videtur; adeo, ut Lucæ potius verba putem pro obscurioribus habenda, & propterea ex Matthæo illustranda. Neque id mirum videri debet. Matthæus enim, tanquam Historicus, rem ita narrasse existimandus est, ut ab iis, quibus nota non erat, posset intelligi: Petrus contra in Actis apud eos loquitur, qui jam noverant, quo mortis genere interiisset Judas. Unde etiam, cum iisdem satis constaret, qua ratione ager emptus esset, multo est de illo negotio oratio ejus obscurior, quam eadem de re Matthæi narratio. Quid enim? Quando *Tacitus* dicit *Paconianum in carcere ob carmina illic in principem factitata, strangulatum esse* Annal. 6, 39, 1. num quis erit, qui aliter intelligat, quam *laqueo strangulatum*, ut idem loquitur ibid. 6, 25, 3. Ita cum *Eutropius* in Breviar. scripsisset de L. Antonino Commodo lib. 8. *obiit morte subita; atque adeo ut strangulatus, vel veneno interfectus putaretur*: Græcus Metaphrastes *Pæanius* de strangulatione per laqueum intellexit; vertit enim: Θάνατος δὲ ἐξαπιναῖος ἐπελθὼν αὐτῷ, δόξαν ἤνεγκε τοῖς πολλοῖς, ὡς ΑΓΧΟΝΗ τις αὐτὸν, ἢ φαρμάκῳ, καὶ τῶν μαγγανείας ὑπεξαγαγόμενοι τοῦ βίου. Si ergo Matthæus latine scripsisset: *abiens strangulavit se* (ita enim puto τὸ ἀπάγχεσθαι quam proxime in latinum transferri posse) an cui in mentem venire posset, Judam alia quadam ratione, non laqueo, se strangulasse? licet Ovidius dixerit: *Sanguine in-*

inclusus dolor; & Juvenalis: *Sed plures nimia congesta pecunia cura strangulat*; & Petronius: *Cibus avidum strangulat, abstinentem frugalitas*; vel quia *Drusus pyra per lusum in sublime jactata, & hiatu oris excepto strangulatus est*, Suet. in Claud. cap. 27. Fingamus & Lucam latino sermone usum, & utriusque verba inter se componamus; ita facile apparebit, in Matthæo nihil esse ambiguitatis, Lucam vero sine Matthæo non satis intelligi. Ille enim ait: *Abiens se strangulavit*; hic vero: *Pronus factus*, sive *in faciem lapsus crepuit medius*. Hic nam quis dubitare possit de Matthæi sententia? Annon potius de Luca quærat, quomodo, quove casu pronus ceciderit? Neque tamen propterea Petrus obscure locutus est, cum res esset tunc omnibus notissima. Si quis autem orationem ejus legat, non lecto prius Matthæo, non sane plus inde intelliget, quam eum quocunque casu prolapsum dissiluisse. A Luca igitur digressus lector si Matthæum adeat, & ex eo cognoscat, Judam se suspendisse, non video quem alium inde gestæ rei ordinem animo concipere possit, quam hunc: Judam primo vitam finisse suspendio, deinde cum ad sepulturam detrahere vellent pendentem, (*Nam si qui se occiderint*, uti est apud Josephum de bello Judaico lib. 3. cap. 25. *apud nos quidem usque ad solis occasum insepultos abjici decretum est*;) vel, quod ita moris esset, decidere passos fuisse cadaver, ferro rupto laqueo, vel casu de manibus ipsorum lapsum cecidisse pronum non sine divino consilio. Nam quod

quod quidam suspicantur, loco πρηνὴς legendum πρηστὴς vel πρησθεὶς, qua voce LXX. utuntur Num. V, 27. nihil, fateor, fieri posset ad hunc locum aptius, nihil quod cum verbo λακέω, in quo sonitus quidam inest, magis conveniret; ita enim corpus adhuc pendens intelligeretur primum tumefactum, deinde non sine crepitu disruptum. Sed ea lectio neque ullius codicis consensu probatur, & suspecta merito habetur, quia πρηστὴς in Lexicis non reperitur, πρησθεὶς autem nimis a πρηνὴς recedit, & γενόμενος fere cum nominibus construitur, non cum aliis participiis. Sed, quod nostri potissimum est instituti, lucis aliquid afferre N. T. sermoni ex Græcis scriptoribus, id nunc ut agamus: ea maxime caussa moveor, cur a vulgatissima τοῦ ἀπάγχεσθαι significatione hic non recedendum putem, quia optimi auctores, Xenophon, Polybius & Arrianus, cum mortis spontaneæ genera recensent, ἀπάγχεσθαι diserte a κατακρημνίζεσθαι *præcipitari* distinguunt; quod idem ab aliis quoque fieri non dubito. Xenophon Cyropæd. lib. 3. pag. 54. lin. 1. quanta vis sit timoris, ita exponit: ἔτι δὲ φανερώτερον καὶ ἐν τοῖσδε οἷον φόρημα ὁ φόβος· ἔνιοι γὰρ φοβούμενοι μὴ ληφθέντες ἀποθάνωσι, προαποθνήσκουσιν ὑπὸ τοῦ φόβου, οἱ μὲν, ΡΙΠΤΟΥΝΤΕΣ ΕΑΥΤΟΥΣ, οἱ δὲ, ΑΠΑΓΧΟΜΕΝΟΙ, οἱ δὲ ἀποσφαττόμενοι. *Præterea manifestius est etiam in his, quale onus sit metus. Nam nonnulli dum metuunt ne capti moriantur, ob metum præmoriuntur, partim in præcipitium acti, partim stran-*

strangulati, pariim sibi ipsis manus afferentes. Arrianus dissert. lib. 4. cap. 1. pag. 441. lin. 7. ὑπὲρ τῆς νομιζομένης ἐλευθερίας ταύτης, οἱ μὲν ΑΠΑΓΧΟΝΤΑΙ, οἱ δὲ, ΚΑΤΑΚΡΗΜΝΙΖΟΥΣΙΝ ΕΑΥΤΟΥΣ. *Pro hac, quae putatur, libertate alii se suspendunt, alii vero se dant praecipites.* Et lib. 2. cap. 23. pag. 248. lin. antepen. Τί ὅλον ἀναιρεῖ τὸν ἄνθρωπον, ποτὲ μὲν λιμῷ, ποτὲ δ' ΑΓΧΟΝΗ, ποτὲ δὲ ΚΑΤΑΚΡΗΜΝΟΥ; προαίρεσις. *Quid totum hominem perimit, aliquando fame, interdum laqueo, saepenumero praecipitio? voluntas & arbitrium.* Polybius lib. 16. cap. 19. pag. 1029. lin. 16. θεωρῶν δὲ τὸ πλῆθος καὶ τὴν ὁρμὴν τῶν σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ἀποσφαττόντων, κατακαιόντων, ΑΠΑΓΧΟΝΤΩΝ, εἰς τὰ φρέατα ῥιπτούντων, ΚΑΤΑΚΡΗΜΝΙΖΟΝΤΩΝ ἀπὸ τῶν τεγῶν, ἐκπλαγεὶς ἦν καὶ διαλγῶν ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, παρήγγειλε· διότι τρεῖς ἡμέρας ἀναστροφὴν δίδωσι τοῖς βουλομένοις ἀπάγχεσθαι καὶ σφάττειν αὐτούς. *Rex imperiosi numero civium conspicatus, qui sese, liberos suos & conjuges jugulabant, occidebant, suspendebant, in puteos conjiciebant, de tectis praecipites dabant, eo spectaculo obstupefactus, & rem aegre ferens, edixit; Tridui spatium se illis concedere, qui laqueo vitam finire aut jugulare se vellent.* Et licet ultimis verbis omnia videantur reduci ad duo genera, nihil tamen inde certi colligi posse arbitror. Apud Arrianum dissert. lib. 2. cap. 20. pag. 230. lin. antep. additur etiam ῥήγνυσθαι, sed metaphorice: τρεῖς, τέσσαρας τῶν συνδούλων εἰ ἔχον ὁμονοοῦντας, ἀπάγξασθαι ἂν αὐτὸν ἐποίησα ῥηγνύμενον, ἢ μετα-

ταθῆναι. *Tres quatuorve conservos si haberem mecum consentientes, efficerem ut præ indignatione rumperetur & ipse se suspenderet, aut sententiam mutaret.* Dianam narrat Pausanias a Caphyensibus Ἀπαγχομένην ex eo appellatam, quod, cum pueri aliquot circa templum luderent, invento forte funiculo statuæ collum obligassent, hocque adjecissent dicterium, Dianam sese strangulare, lib. 8. p. 490. Cum itaque hæc duo verba adeo inter se differant, adduci non possum, ut ἀπήγξατο idem esse credam, quod κατακρημνίσαι ἑαυτὸν vel κατακρημνισθῆναι, præsertim cum ne quidem πρηνὴς γενόμενος habeat præcipitandi significationem, ut ostendi. Demonstravit ergo quidem *Celeberrimus Perizonius*, verbum ἀπάγχεσθαι etiam de animo usurpari, sed in ejusmodi locis, in quibus de animo agi cuivis obvium est & apertum. Apud Matthæum vero nihil tale occurrit; fatente ipso Perizonio. Neque pronus ille casus apud Lucam obstat suspendio, sed illud sequitur. Optime *Gerhardus* noster in Harmonia pag. 1848. col. 2. *Matthæus supplicii initium, Lucas vero finem & exitum describit*; secutus in hoc *Casaubonum* contra Baron. Exercit. 16. cap. 69. Optarim ego sane, aliquem existere ea humanitate, quam in Perizonio summam cumque summa doctrina conjunctam esse scripta ejus declarant; qui eadem, qua is diligentia verbum ἀπάγχεσθαι excussit, in vocem πρηνὴς inquireret, usquamne pro præcipiti posita reperiatur; quod mihi adhuc reperire non licuit.

Ibid.

Ibid. v. 26. φραγελλώσας.] Polybius lib. I. pag. 2. καὶ μαστιγώσαντες ἅπαντας κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ἐπελέκισαν. Cædebatur virgis morti addictus apud Romanos, deinde necabatur. Cum autem facinus non erat grave, satis habebant virgis cædere. Hæc *Victor, Strigelius in Hypomnem.* Exstant ista verba lib. I. cap. 7. pag. 10. lin. 14. Similis locus est lib. II. cap. 28. pag. 902. lin. 8. a fine: τῶν μὲν μαστιγουμένων, τῶν δὲ πελεκιζομένων. *Cum alii virgis cæderentur, alii securi percuterentur.* Johannes XIX. I. habet græcum ἐμαστίγωσε, pro hoc corrupto latino; a cujusmodi verbis neque Polybium, rerum Romanarum scriptorem, abhorruisse, infra ad Marc. XV. 39. exemplis docebitur.

Ibid. v. 27. τὴν σπεῖραν) *Cohortem* reddunt latine; mallem ego eodem verbo *spiram* dicere, utpote quo & *Ennius*, teste Festo, multitudinem hominum appellat, cum ait: *spiras legionibus nexunt.* Cohors quidem secundum Polybium certe, majorem militum copiam complectebatur, quam spira, neque erat, eodem teste, vel spira vel cohors decima pars legionis, uti nonnulli exstimant. Quanto autem militum numero spira constiterit, certo definire non licet. Id quod ex Polybio apparet: qui cum accuratissime de Romanorum institutis militaribus exposuerit, non inutilem me aut ingratam lectori sumturum operam puto, si ea, quæ ad intelligendam pristinam spirarum rationem pertinent,

nent, paulo fusius excerpam. Primo autem rem ipsam breviter dicam, deinde Polybii verba apponam. Legio erat plerumque quaternum millium & ducentorum, interdum quinum millium. Quævis autem legio quadrifariam dividebatur pro ætatis discrimine, sed numero plane dispari. Quævis denique ætas in decem partes tribuebatur, quarum partium quæque *spira* appellabatur. Hæc tria jam ex Polybio demonstremus. Primum de legionibus ita ait lib. 6. cap. 18. pag. 650. lin. 22. *ὅταν δ' ἐκλέξωσι τὸ προκείμενον πλῆθος, ὅτο δ' ἐστιν ὅτε μὲν εἰς ἕκαστον στρατόπεδον πεζοὶ τετρακισχίλιοι καὶ διακόσιοι, ποτὲ δὲ πεντακισχίλιοι, ἐπειδὰν μείζων τις αὐτοῖς προφαίνηται κίνδυνος. Postquam conscripserunt, quam proposuerant, multitudinem, ea vero est quandoque in singulas legiones peditum quaternum millium & ducentorum: aliquando quinum millium, quoties majus aliquod ipsis imminet periculum.* De illa vero quadripartita, sed inæquali legionum distributione ibid. cap. 19. pag. 651. med. *Romæ Tribuni militum postquam sacramenta milites dixerunt, denuntiato legioni cuique die ac loco ad conveniendum sine armis, tunc quidem eos dimittunt. Ceterum ubi ad dictam diem illi convenerunt, natu minimos & pauperrimos Tribuni seligunt in Velites: proximos his in Hastatos, uti vocant: ætatem florentissimam in Principes: maximos natu in Triarios. Hæ sunt enim, nec plures, istis differentiæ apud Romanos appellationum ætatum & armaturæ in unaquaque legione. Ita autem hos dividunt, ut ætate maxime provecti*

medii, qui Triarii dicuntur, sint numero sexcenti. Principes mille ducenti, totidem Hastati: ceteri ac natu minimi Velites: sin pluribus quam quatuor millibus constet legio, eadem proportione & ceterorum partitionem instituunt: nisi quod Triariorum numerum variat nunquam. De Spiris tandem ipsis cap. 22. pag. 654. med. Ἑξῆς δὲ τούτοις μετὰ τῶν ταξιάρχων διεῖλον τὰς ἡλικίας ἑκάστην εἰς δέκα μέρη, πλὴν τῶν γροσφομάχων. καὶ προσένειμαν ἑκάστῳ μέρει τῶν ἐκλεχθέντων ἀνδρῶν, δύο ἡγεμόνας, καὶ δύο οὐραγοὺς. Τῶν δὲ γροσφομάχων τοὺς ἐπιβάλλοντας κατὰ τὸ πλῆθος, ἴσους ἐπὶ πάντα τὰ μέρη διένειμαν· καὶ τὸ μὲν μέρος ἕκαστον ἐκάλεσαν καὶ τάγμα, καὶ ΣΠΕΙΡΑΝ, καὶ σημαίαν. τοὺς δὲ ἡγεμόνας Κεντυρίωνας καὶ Ταξιάρχους. *Secundum hæc, una cum ordinum ductoribus ætates deinde singulas, velitibus demptis, in partes decem tribuunt, & binos cuique parti duces, binosque agminis coactores e lectis viris assignant; velites vero prout ipsorum numerus est, æquabiliter in omnes partes dividunt. Ac singulas quidem has partes appellant ordinem, manipulum* (sive spiram) *signum: duces vero Centuriones & ordinum ductores.* Non ergo Spira erat decima pars legionis, sed decima pars quartæ partis legionis. Verum, cum non tantum ἑκατοντάρχης sive Centurio tribuatur Spiræ Act. X. 1. XXVII. 1. sed etiam χιλίαρχος Joh. XIIX. 12. Act. XXI. 31. videtur tunc Spiræ ratio alia fuisse, quam Polybii ætate: quo tempore fere illi parti exercitus respondit, quam in nostra militia Compagnie vocamus;

Chiliarchi autem sive Tribuni in quaque legione sex erant, eodem Polybio auctore pag. 658. lin. 19. ut singuli fere mille militibus præfuerint, atque adeo ex re ipsa nomen hoc traxerint; confer *Curtium* 5, 2, 3. Cujusmodi autem tunc spira fuerit, pronunciare non habeo; nisi quod in Act. X. 1. videatur tota legio hoc nomine appellari: qua de re videatur Beza aliique. Quod vero inito hujus annotationis dixi, cohortem spira fuisse majorem, auctor est idem Polybius lib. 11. cap. 21. init. Καὶ λαβὼν τρεῖς ἴλας ἱππέων τὰς ἡγουμένας, καὶ πρὸ τούτων γροσφομάχους τοὺς εἰθισμένους, καὶ τρεῖς σπείρας, οὕτω δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ Ῥωμαίοις ΚΟΟΡΤΙΣ. *Tum autem quum assumsisset turmas equitum ex antesignanorum agmine ternas, & qui hos antecederent velites pro Romanæ militiæ more, itemque spiras sive manipulos ternos, hæc autem acies peditum apud Romanos vocatur cohors.* Quæ ultima verba Casaubonus vertit: *spiras sive manipulos ternos, quot nempe Romanam cohortem conficiunt*; ut appareat, ipsum cohortis vocabulum de tribus spiris junctis intellexisse. Et puto Polybius supra, ubi spiram & τάγμα & σημαίαν appellari scribit, cohortis quoque nomen addidisset, si idem valeret.

Ibid. v. 28. περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα) Polib. lib. 4. cap. 4. pag. 380. lin. 21. Ὥ τις οὐ ΠΕΡΙΕΘΗΚΕ τὴν καυσίαν καὶ ΧΛΑΜΥΔΑ τοῦ Δορι μάχου, μὴ οἷός τ' εἶναι διαγινώσκειν. *Huic causiam & chla-*

 mydem

mydoni imponeres, Dorimachi, ab illo neutiquam dignosceres. Et pag. 1390. lin. 11. a fine: ὅσῳ δὲ τὴν ἐσθῆτα δημοτικωτέραν ΠΕΡΙΕΤΙΘΕΤΟ, τοσούτῳ τὴν ἐξουσίαν ἐλάμβανε μείζω καὶ μοναρχικωτέραν. *Verum quanto civiliorem habitum induerat, tanto majorem sibi ac magis regiam licentiam sumserat.*

Ibid. v. 46. ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ λέγων.] Polyb. lib. 15. cap. 27. pag. 996. lin. 15. a fine: ἡ δ' ΑΝΑΒΟΗΣΑΣΑ ΜΕΓΑΛΗ ΤΗ ΦΩΝΗ, Μή μοι πρόσιτε, ΦΗΣΙ, θηρία. *Illa clamore edito, Ne me, ait voce alta, o feræ accedatis.*

v. 66. ἠσφαλίσαντο) Interpretes plerique omnes hoc construunt cum verbis μετὰ τῆς κουστωδίας. Chrysostomus vero ista conjungit: σφραγίσαντες μετὰ τῆς κουστωδίας. Ait enim: οὐκ ἀφίησι δὲ τοὺς στρατιώτας μόνους σφραγίσαι. *Non permittit autem, ut milites soli obsignent.* Et paulo post: εἰ γὰρ μόνοι οἱ στρατιῶται ἐσφραγίσαντο κ.λ. *Si enim soli milites obsignassent, dicere potuissent, (etiamsi illorum dicta falsa fuissent & incredibilia,) attamen sicut in aliis impudenter agebant, ita hic utique dixissent, quod milites facta discipulis potestate corpus ipsum clam auferendi, ansam ipsis præbuissent hunc de resurrectione sermonem effingendi: nunc vero cum ipsi muniverint, istud dicere non possunt.* Quod ab ipso factum arbitror, non tam quod ordinem verborum sequeretur, quam quod μετὰ in communi sermonis Græci usu idem quod σὺν i.e. comitatum plerumque declaret, non vero idem

idem quod διὰ five agendi medium. Et fane durius videtur dictum ἠσφαλίσαντο μετὰ τῆς κουστωδίας, pro διὰ; quomodo apud Polybium constructum reperitur lib. 4. cap. 60. pag. 452. init. *Communi consilio decreverunt, milites conducere;* καὶ διὰ τούτων ἀσφαλίσασθαι τὴν χώραν, *quorum præsidio fines suos tuerentur.* Frequentissima verbi hujus syntaxis apud Polybium est cum tertio casu. Ut lib. 2. c. 65. p. 209. lin. 22. τὰς μὲν ἄλλας τὰς εἰς τὴν χώραν εἰσβολὰς, ἠσφαλίσατο φυλακαῖς, καὶ τάφροις, καὶ δένδρων ἐκκοπαῖς. *Reliquos aditus præsidiis, fossis, concædibus munit.* lib. 4. cap. 65. pag. 458. lin. 12. ἠσφάλισται τείχεσι καὶ ταῖς λοιπαῖς παρασκευαῖς διαφερόντως, *locus munitus est mœnibus, & cæteris rebus omnibus necessariis.* Lib. 5. cap. 8. init. κώμην ἀσφαλισάμενος φρουρᾷ, *vicum munit præsidio.* Cap. 61. pag. 564. lin. 8. a fine: ἠσφαλίσατο φυλακαῖς τόν τε λιμένα καὶ τὴν ἄκραν. *Portum & arcem præsidiis firmavit.* Item pag. 576. lin. 8. a fine; pag. 580. lin. 4. Præterea & hoc fortasse Chrysostomum movit, quod ἀσφαλίζεσθαι notet *præsidio munire*; etiam non addito κουστωδίας vocabulo, uti v. 64. & 65. & apud Polybium pag. 194. lin. 24. ἀσφαλισάμενος τὰ κατὰ τὴν πόλιν. *Urbe præsidio firmata.* Item pag. 237. lin. 12. & pag. 373. lin. 16. pag. 316. lin. 14. a fine: ἀσφαλισάμενος δὲ τοὺς προσκεχωρηκότας τῶν Ἰταλιωτῶν. *Deinde ubi præsidiis firmavit quidquid in ea ora Romanæ ditionis fecerat.* Pag. 536. lin. 7. a fine: ἀσφαλίσασθαι τὴν πύλην, *valido præsidio portum munire.* Et lib.

15. cap. 28. pag. 997. lin. 14. a fine: *Μετὰ δὲ ταῦτα δύο θύρας ἀσφαλισάμενος ταῖς πρώταις. Deinde foribus duabus prioribus probe firmatis.* Tametsi vero non sine caussa Chrysostomus videtur locum hunc ita intellexisse: tamen altera mihi magis probatur expositio, cum videam, in Novo saltem Testamento Act. XIV. 27. XV. 4. *μετ' αὐτῶν* dici pro *δι' αὐτῶν* ut Act. XV. 12. Et si vel maxime in his locis *μετ' αὐτῶν* esset per dativum *αὐτοῖς* interpretandum, ut Luc. I. 58. 72. & X. 37. tamen Act. XIII. 17. ΜΕΤΑ *βραχίονος* manifesto dicitur pro *διά*. Cujusmodi exemplum, in quo *διά* loco dativi instrumenti adhibetur, etiam Stephanus profert ex Liban. ΜΕΤΑ *χρημάτων καὶ τοὺς γνωρίμους ὠφελοῦμεν, pecuniis etiam amicos juvamus.* Unde etiam *Millius* *ταῖς κουστωδίαις* annotatum reperit in *Lectionibus Velesianis*, quod interpretamenti loco adscriptum fuisse arbitror a quodam, qui significationem τοῦ *μετὰ* hoc loco animadvertens, eam exprimere voluerit constructione usitatiori, quae est cum dandi casu, uti exemplis Polybianis ostendimus.

Cap. XXVIII. 1. *Ὀψὲ δὲ σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων*) De tempore, quod his verbis describitur, ne dubitari quidem potest: quum sit a reliquis omnibus Evangelistis tam diligenter notatum: in verbis est quaedam difficultas, sed tamen doctissimus interpres omnem sustulit. Nam qui aliter sentiunt, nec

putant

putant subintelligendam esse vocem ἡμέρα cum ἐπιφωσκούσῃ longe falluntur: quod vel hic Polybii locus doceat lib. XI. Παρακαλέσας ἐν Τεγέᾳ τοὺς Λακεδαιμονίους τὰ πρέποντα τοῖς καιροῖς, εὐθέως εἰς τὴν ἐπιοῦσαν, ἄρτι τῆς ἡμέρας ἐπιφαινούσης, προῆγεν ὡς ἐπὶ τὴν Μαντίνειαν. Ubi vides simile loquendi genus ei quod Matthæus usurpavit. Ἐπιφαίνειν est Polybio, quod illi ἐπιφώσκειν. Hæc *Casaubonus in Notis ad h. l.* Sumta sunt illa verba ex libri citati cap. 9. init. Ὑποφαίνειν eodem sensu dicit Xenophon rer. græc. lib. 5. pag. 428. l. 25. ὡς δὲ ἡμέρα ὑπέφαινεν, ἡγεῖτο. & pag. 438. l. 19. ἅμα δὲ τῷ ἦρι ὑποφαινομένῳ, *cum ver jam appeteret*. Aliud Beza adducit ex Herod. in Thalia: ἅμ' ἡμέρα διαφωσκούσῃ, *quum primum illuxisset dies*. Cæterum μία σαββάτων idem sonat quod πρώτη σαββάτου apud Marcum XVI, 9. id est, *primus dies septimanæ*; quomodo etiam Polybius pag. 1401. lin. 10. dicit ἐν τῇ ΜΙΑ καὶ εἰκοστῇ βίβλῳ, *in primo & vicesimo libro*.

IN MARCUM.

CAP. I. 24. Ἔα,] Τὸ ἔα vocem tragicam esse ait Casaubonus, quam vix alibi in soluta oratione legere meminerit, præterquam apud Lucam IV. 34. Legitur tamen ea bis apud Arrianum dissert. lib. 2. cap. 24. pag. 259. lin. 14. *Nonne hac in dimicatione obliti fuerunt, non modo*

qui essent, sed etiam quam ob causam ad Trojam venissent? Εα ἄνθρωπε, ἐπὶ τί ἐλήλυθας; *Hem homo, quare venisti? Concubinasne ut acquireres, an bellaturus?* Eodem modo loquitur lib. 3. cap. 20. p. 329. lin. 5. a fine. Estque exclamatio indignantis simul & dolentis.

Ibid. v. 38. ἐχομένας] *vicina, proxima, finitima*; quam significationem nolim ego cum Hammondo dicere ex usu τῶν ό desumtam, cum passim in aliis Scriptoribus occurrat. Polyb. p. 668. lin. 15. a fine, & p. 670. lin. 21. ΕΧΟΜΕΝΗ ἴλη *turma sequens, proxima.* Plura exempla non desunt in Lexicis.

Cap. II. 1. εἰς οἶκόν ἐστι] Polyb. pag. 192. lin. 14. ὡς Θετταλίαν ἔτ' ὤν, *dum adhuc in Thessalia esset.*

Ibid. v. 23. ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες] Videtur permutata verborum collocatio, inquit *Beza*. Nam planior erit oratio si dicas, iter faciendo vellere spicas, quam si ad verbum interpreteris, Iter facere vellendo spicas. Similis autem syntaxis commutati verbi & participii est in Polybio pag. 1250. lin. 22. Νῦν δὲ καλῶς ποιῶν, οὐκ ἦλθε ταύτην τὴν ὁδὸν, *Nunc recte fecit Perseus, qui hanc non ingressus sit viam.* Et in Arrian. Epict. lib. 3. cap. 20. pag. 330. sub fin. ὁ ἀλείπτης καλῶς ποιῶν λέγει, ἆρον ὑπὲρ ἀμφοτέρας. *Aliptes recte facit cum dicit: tolle ambabus manibus.*

Cap.

Cap. III. 2. παρετήρουν) Verbum hoc generatim notat *servare* & *observare*, Act. IX 24. Gal. IV. 20. speciatim autem *clam & insidiose observare, quid alter agat*, ex eoque nocendi tempus captare, hoc loco, & Luc. VI. 7. XIV. 1. XX. 20. & Polyb. lib. 17. cap. 3. pag. 1036. lin. 22. ἐν τοῖς συλλόγοις καὶ ταῖς ὁμιλίαις ἐνεδρεύειν καὶ ΠΑΡΑΤΗΡΕΙΝ, καὶ ποιεῖν τὰ τῶν πολεμούντων ἔργα. *In conventibus & colloquiis insidiari & observare, & omnia facere, quaecunque hostes solent.* [Quae duo verba & Cicero conjungit in orat. cap. 62. *Non id agit, ut insidietur & observet, sed jam favet.*] Item pag. 1239. lin. 16. *Timotheus vero ad renovandam amicitiam venerat, & imponendum finem bello contra Perseum:* μάλιστα δὲ ΠΑΡΑΤΗΡΕΙΝ τὰς τῶν περὶ τὸν Μελέαγρον ἐντεύξεις, *precipue autem ad observandos Meleagri cum Romanis congressus.* Et pag. 1443. lin. 15. Κατὰ δὲ τὸ παρὸν πάντα ΠΑΡΑΤΗΡΟΥΝ, καὶ πᾶν τὸ λεγόμενον ἢ πραττόμενον, ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκδεχόμενον, καὶ τὰ μὲν ἀφαιρῶν, τὰ δὲ προστιθεὶς, ἐλάμβανε πιθανότητας κατὰ τῶν ἀνθρώπων. *Et omnia illorum dicta ac facta tum maxime observando, atque in pejus detorquendo, nunc veritati adjiciens, nunc detrahens, auctoritatem fidemque adversus eos sibi comparavit.* Sic & pag. 536. lin. 7. & pag. 738. lin. 3. a fine. Et pag. 1418. lin. 6. παρατήρησις & κακοπραγμοσύνη conjunguntur: καθ' ὃν καιρὸν ὁ Τληπόλεμος προσέπιπτεν τῶν αὐτῷ λεγομένων δυσμενικῶν ἐκ τῆς τῶν αὐλικῶν ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΕΩΣ καὶ κακοπραγμοσύνης, τὰς μὲν ἀρχὰς, παρήκουε καὶ κατεφρόνει τῶν λεγομένων. At

Tleopolemus cum infensi de ipso sermones ab aulicorum observatione ac malitia profecti ad eum deferrentur initio quidem hæc spernebat.

Ibid. 11. προσέπιπτεν αὐτῷ) *accidebant ei* scil. ad pedes, ut Marc. VII. 25. additur. Polyb. lib. 10. cap 18. pag. 825. lin. 18. ΠΡΟΣΠΕΣΟΥΣΗΣ ΑΥΤΩ καὶ δεομένης μετὰ δακρύων, *quum flens ad pedes Imperatoris procubuisset obtestans.*

Ibid. v. 12. πολλὰ ἐπετίμα) Πολλὰ adverbialiter pro πολύ. Sic Polyb. pag. 340. lin. ult. ΠΟΛΛΑ ἐνετείλατο, μὴ ταύτην ποιεῖσθαι σπουδὴν, *etiam atque etiam illi mandavit, ne tantum in eo studii poneret.* Et pag. 361. lin. 16. a f. ΠΟΛΛΑ διαμαρτυρομένου καὶ κωλύοντος τοῦ Λευκίου. *Multum obtestante & renitente Lucio.* Ita infra v. 43.

Ibid. v. 21. οἱ παρ' αὐτοῦ] *sui*, sive *ipsius propinqui*, nempe fratres [de quibus Joh. VII. 5.] & mater ipsius, ceu Marcus ipse declarat infra v. 31. ubi revertitur ad eam, quam hic cœperat, narrationem, Scribarum disputatione interruptam. De qua epanalepsi in Annotat. Xenophonteis. Phrasis οἱ παρ' αὐτοῦ, complectitur omnes, quocunque modo cum aliquo junctos; construiturque eodem sensu præpositio παρὰ cum aliis quoque pronominibus. Polyb. 15. cap. 4. pag. 965. lin. 4. *Eodem quoque accidit tempore, ut ab Roma legati ad navalia castra Romanorum appellerent,* ΤΟΥΣ μὲν οὖν ΠΑΡ ΑΥΤΩΝ ὁ Βαίβιος παραχρῆμα

πρὸς

πρὸς τὸν Πόπλιον ἐξέπεμψε, τοὺς δὲ τῶν Καρχηδονίων παρακατέσχε. *Babius Romanis* (sive *suis*) *ad Imperatorem extemplo missis, Carthaginienses penes se detinuit.* Ibid. cap. 8. pag. 970. lin. 17. δεηθέντων ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΣΟΥ πολιτῶν, *pacem petentibus civibus tuis.* Et lib. 8. cap. 25. init. pag. 744. lin. 13. a fine: ΤΩΝ ΠΑΡ ΑΥΤΟΥ τινὰς ἡγεμόνων συνεξαπέστειλε, *nonnullos e suis ducibus his adjunxit.* Quæ loca vel propterea diligenter notanda sunt, ut cognoscamus, quam a græci sermonis consuetudine aberret *Nortoni Knatchbulli* in hunc locum animadversio. Ait enim: καὶ ἀκούσαντες οἱ, *dicitur frequenti trajectione pro* οἱ ἀκούσαντες παρ' αὐτοῦ ἐξῆλθον. *Et qui audiverunt, sive audientes, quod turba ita fureret, ab eo exiverunt ut eam cobiberent. Vel* οἱ παρ' αὐτοῦ, *secundum Grammaticos sunt, aliqui ab eo missi.* Vellem & illos Grammaticos nominasset, & exemplum protulisset istius trajectionis. Mihi quidem hæc videntur nimis dura & incredibilia. Nec Theophylactus aliter interpretatur, quam in eam sententim, cujus exempla modo protuli. Nam οἱ παρ' αὐτοῦ sunt ipsi οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ, *propinqui ejus.*

Ibid. ὅτι ἐξέστη.] Verbum hoc generatim notat *de statu suo discedere, & quomodocunque mutari.* Thucyd. lib. 2. ἀρχῆς ἐκστῆναι *imperium relinquere.* Demosth. de corona: τῶν ὄντων ἐξέστη *cessit bonis.* Herod. Thalia, ἐκστάντες τῆς ὁδοῦ *digressi de via.* Et ἐξεστηκὼς οἶνος est *vinum a se ipso desciscens & quasi senescens, sive vappa.* Peculiariter

 vero

vero *de animi mutatione* usurpatur. Soph. Antigona:

— ὐδ᾽ ὡς ἂν βλαςῇ, μένει
Νῦς τοῖς κακῶς πράττυσιν, ἀλλ᾽ ἐξίςαται.

Dicit eum animum, qui ante fuerit, non permanere iis, qui cum malis confli&tentur, sed mutari. Thucyd. lib. 2. καὶ ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός εἰμι, καὶ ὐκ ἐξίςαμαι, ὑμεῖς δὲ μεταβάλλετε, *ego quidem idem sum, & non alius, vos autem mutamini, sive sententiam mutatis.* Quæ exempla Budæus & Camerarius in Commentariis Gr. ling. collegerunt. Inprimis ἐξίςη & ἐξέςηκα de ea animi mutatione dicitur, qua quis de statu mentis vel omnino dejicitur, vel certe eatenus demovetur, ut satis sanus non videatur, & multa contra agat, quam homines mentis compotes & prudentes solent. Quo sensu & hic verbum istud accipiendum puto; sive jam cognatos Salvatoris in hanc opinionem adduxerit vitæ ipsius ratio & modus, quod hominis non sani esse arbitrarentur, urbes pervagari, tantosque subire labores, unde cum domum esset reversus Capernaum, manus in eum injicere cogitabant, ad saniorem mentem ipsum revocaturi, vel impedituri, ne quid forte turbarum daret, cum tantus ad ipsum fieret concursus, & jam duodecim quoque discipulos sibi adscivisset; sive aliæ quædam suspiciones eos in hanc mentem impulerint: certe verbo ἐξέςη hoc declarant, eum satis sanum non esse, mutatumque ab illo qui ante fuerit. Polybius de hominibus, qui neque beneficiis neque malis

lis emendari possunt, ait lib. 1. cap. 81. pag. 115. lin. 6. *Sin contra certare animis cum illis instituas, & crudelitatem crudelitate ulcisci; nullum est tantum nefas, nullum scelus tam abominandum, quo se non obligent: quum talem audaciam ducant laudi:* τέλ@ δ' ἀποθηριωθέντες, ΕΞΕΣΤΗΣΑΝ ἀνθρωπίνης φύσεως, *donec tandem exuant hominem & in feras evadant.* Ita de Agathocle, quem vehemens metus ita perturbaverat, ut neque cogitaret quid ageret, neque quid consilii caperet, lib. 15. cap. 27. pag. 996. lin. 7. ὥστε ΕΞΕΣΤΗ τῶν φρενῶν. *His ita Agatocles de statu mentis dejectus est, ut agendi aliquid & consultandi de iis, quæ nunciata fuerunt, cura omissa, mox, qua solitus erat hora, ad convivium abierit.* Et pag. 1468. & seqq. *Prusias templa omnina vastare, delubra ac statuas Deorum immortalium & imagines spoliare ac diripere cœpit. Postremo & ipsum Æsculapii simulacrum insigni artificio a Phylomacho fabricatum, humeris suis impositum abripuit, cui pridie libaverat, hostiasque & vota obtulerat, propitium ac benignum (ut mos est) ipsius numen sibi precatus.* Ἐγὼ δὲ τὰς τοιαύτας διαθέσεις καὶ πρότερον εἴρηκά που περὶ Φιλίππου ποιούμενος τὸν λόγον ΜΑΝΙΚΑΣ. *Ego vero hujusmodi hominum mores etiam antea, cum de rebus Philippi agerem, furiosos me dicere memini.* (lib. 5. cap. 11.) *Etenim simul victimas cædere, Deosque propitios orare, omnemque aram ac lapidem exquisito quodam genere adorare & venerari flexis genibus, & muliebri superstitione, quod Prusias facere solebat: atque interim eadem fana labefactare, eorumque eversione contume-*

tumeliam Diis facere, πῶς ὐκ ἂν εἴποι τις τῶ θυμῷ λυττῶντος ἔργα, καὶ ψυχῆς ΕΞΕΣΤΗΚΥΙ- των λογισμῶν; ὃ καὶ τότε συνέβαινε γίνεσθαι περὶ τὴν Προυσίαν, *quis neget animi illud esse rabie perciti hominisque de statu mentis deturbati? Quod quidem tum Prusiæ contigit.* Ex quo loco apparet ἐξέσ idem esse quod μαίνεται Joh. X. 20. Isocrat. ad Philippum: μὴ διὰ τὸ γῆρας ΕΞΕΣΤΗΚΑ τῶ φρονεῖν *ne forte non essem compos mentis præ senio.* Jo. Xi phil. Epit. Dion. pag. 234. lin. 9. ἀφ' ὗ δὴ καὶ ΕΞΕΣΤΗΚΕΝΑΙ τινὲς αὐτὸν τῶν φρενῶν ὑπώπτευσαν ὐ μέντοι καὶ ὄντως ΠΑΡΑΦΡΟΝΕΙΝ ἐκ τότυ ἐπιςεύετο. *Qua ex re eum non esse sanæ mentis plerique arbitrati sunt: neque tamen demens esse omnino putabatur, cum cetera administraret sapienter.* Sed cum in his locis omnibus ἐξέςη cum casu sit constructum: vix ullum puto magis appositum exemplum reperiri, quam 2. Cor. V. 13. εἴτε γδ' ἐξέςημεν, Θεῷ. εἴτε σωφρονῦμεν, ὑμῖν. Hic uti σωφρονεῖν est moderate se gerere, neque de se ipso prædicare, aut suas ipsius laudes narrare, quod qui faciunt, pro stolidis habentur: ita e contrario ἐκςῆναι est suis se finibus non tenere, sed latius evagari, & plura sibi tribuere, quam homines modesti solent. Eodem modo & hic Jesum dicunt plura & majora audere, quam hominem ratione recte utentem audere & suscipere par sit.

Cap. IV. 20. παραδέχονται] Ita Act. XVI. 21. XXII. 18. Substantivo nomine utitur Polybius

bius initio historiæ suæ: *Si esset ab iis, qui ante nos res gestas memoriæ mandarunt, historia ipsius prætermissa laudatio:* ἴσως ἂν ἀναγκαῖον ἦν τὸ προτρέπεσθαι πάντας πρὸς τὴν αἵρεσιν καὶ ΠΑΡΑΔΟΧΗΝ τῶν τοιούτων ὑπομνημάτων, *necessarium fortasse jam foret, omnes hortari, ut hoc commentariorum genus potissimum eligant, suscipiantque: quum nulla sit mortalibus ad proficiendum via expeditior, rerum ante actarum scientiâ.*

Ibid. v. 24. προστεθήσεται) i. e. προσεπιμετρηθήσεται, uti Polybius loquitur lib. 4. cap. 51. pag. 441. lin. 9. a fine: ΠΡΟΣΕΠΙΜΕΤΡΗΣΑΝΤΕΣ τοῖς περὶ τὸν Ἀχαιὸν τιμὰς τινὰς, *nonnullis insuper honoribus Achæo decretis.*

Ibid. v. 33. Καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν] Auditoribus attemperasse Dominum sermonem suum, concedo; neque tamen propterea ἀκούειν pro *intelligere* accipiendum arbitror, cum has ipsis parabolas non intellectas fuisse constet ex v. 12. Sed uti, cum incredibilia & absurda videretur dicere, ipsius sermonem audire amplius nolebant, sed tanquam intolerabilem aversabantur Joh. VI. 60. ita cum hoc loco nihil in oratione sua poneret Salvator, quod ipsorum opinionibus esset adversum, facile ejus sermonem audire atque perpeti poterant. Ut ἀκούειν non intelligendi, sed perferendi sermonis facultatem declaret. Plane uti Socratem Epictetus ait non apud omnes eodem modo dixisse, sed

sed orationem suam accommodasse non ad captum modo eorum, quibuscum ipsi res erat, sed ad eorum quoque animum, neque solum spectasse, quali quisque sermoni percipiendo, sed etiam quali ferendo par esset. Quorum illud ad intellectus perspicaciam, hoc ad quandam animi præparationem refertur. Lib. I. cap. 29. extremo: *καὶ γὰρ Σωκράτης συνεγίνωσκε τῷ ἐπὶ τῆς φυλακῆς κλαίοντι, ὅτε ἔμελλε πίνειν τὸ φάρμακον, καὶ λέγει, ὡς γενναίως ἡμᾶς ἀποδεδάκρυκε· μή τι γὰρ ἐκείνῳ λέγει· ὅτι διὰ τοῦτο τὰς γυναῖκας ἀπελύσαμεν; ἀλλὰ τοῖς γνωρίμοις, τοῖς ΔΥΝΑΜΕΝΟΙΣ αὐτὰ ΑΚΟΥΣΑΙ· ἐκείνῳ δὲ συμπεριφέρεται, ὡς παιδίῳ.* *Nam & Socrates ignoscebat in carcere collacbrymanti, cum cicutam bibiturus esset, & dicebat: Quam generose nos deflevit. Num ergo huic dicit: ob hanc caussam mulieres dimisimus? Non; sed hoc dicit familiaribus, qui hæc audire poterant*, qui audiendis his sufficiebant, multo ante philosophiæ præceptis ad hoc instituti; *illi vero se accommodat, tanquam puero.* Et pag. 169. lin. antepen. *σὺ γὰρ τοιοῦτος, οἷος ἀκούειν τἀληθῆ;* *An tu is es, qui vera audire possis?* Idem ergo hoc loco est *ἀκούειν* quod *βαστάζειν* apud Joh. XVI. 12. Licet igitur, quæ sententia isti parabolarum involucro subesset, ipsis non fuerit cognitum atque perspectum, audire tamen eas æquo animo poterant, quod res illæ, quibus similitudines constant, nihil haberent offensionis. Præbuit se hac quoque in parte Paulus imitatorem Christi, lacte suos alumnos alens 1. Cor. III. 2.

non solido cibo Hebr. V. 12. quod is perfectorum tantum sit, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων. Conf. Not. ad Joh. VI. 60.

Ibid. v. 37. ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον] *irruebant in navim.* Ἐπιβάλλειν alias activum, hic neutrum est, uti εἰσβάλλειν apud Polyb. lib. 4. cap. 81. pag. 478. lin. 8. a fine: εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσβαλὼν, *in forum magna vi irrumpens.* Et apud Herodot. pag. 24. B. *Lebetes pleni carne & aqua* ἄνευ πυρὸς ἔζεσαν καὶ ὑπερέβαλλον, *absque igne efferbuerunt, ita ut aqua redundaret.*

Ibid. v. 38. διεγείρουσιν] Emphasin *Er. Schmidius* in hoc verbo statuit istam: *diversimode excitant*, alius nempe ab alia parte vellicando. Extat idem in Polybio pag. 928. lin. 18. κοιμωμένους τὸν ὄρθρον, ἐν μὲν τῷ πολέμῳ ΔΙΕΓΕΙΡΟΥΣΙΝ αἱ σάλπιγγες, κατὰ δὲ τὴν εἰρήνην οἱ ὄρνιθες. *Jacentes in stratis mane exsuscitat, belli quidem tempore tubarum cantus; pacis vero, gallorum.* Et Herodianus lib. 2. pag. 490. lin. 7. de iis, qui foris stantes janitorem foribus occlusis intus jacentem excitant, ait ΔΙΕΓΕΙΡΟΥΣΙ τὸν φυλάττοντα, *excitant janitorem*, pulsando nimirum ostium aut clamitando. In quibus locis διὰ vel nullam habet emphasin, vel certe non eandem, quam hic habere censet Schmidius.

Cap. V. 1. τῶν Γαδαρηνῶν] Polyb. lib. 5. cap.

cap. 71. pag. 577. lin. 8. a fine: Καταλειπομένων δ' ἔτι τῶν ΓΑΔΑΡΩΝ, ἃ δοκεῖ τῶν κατ' ἐκείνας τὰς τόπας ὀχυρότητι διαφέρειν. *Restabant adhuc Gadara, locus opinione hominum præ cæteris omnibus illius tractus eximie munitus.* It. pag. 1491. lin. 14. Situs fuit locus in Decapolitana regione, ut testatur Plinius Hist. nat. lib. 5. cap. 18. quod convenit cum versu 20. hujus capitis. Quod vero Gadarenorum regionem vocant Marcus & Lucas, quam Matthæus Gergesenorum: interpretes ita conciliant, Gadara & Gergesa vicina oppida fuisse, ut adjacens illis ager vel Gadarenorum vel Gergesenorum dici potuerit. Sed Origenes, cujus verba citat *Millius* ad Luc. VIII. 26. ubique Gergesa legendum esse contendit, quem vide.

Ibid. v. 5. κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις.) *concidens seipsum lapidibus.* Arrian. Indic. 24, 9. de gente quadam Indica: *Unguibus erant quasi ferreis: siquidem unguibus loco ferri uti dicebantur, piscesque iis discindentes, ligna etiam molliora iis secabant:* τὰ δὲ ἄλλα τοῖς ΛΙΘΟΙΣΙ τοῖσιν ὀξέσιν ΕΚΟΠΤΟΝ· σίδηρος γὰρ αὐτοῖσιν οὐκ ἦν. *Ad duriora saxis acutis utebantur: ferrum apud eos non erat.*

Ibid. 43. διεστείλατο αὐτοῖς πολλὰ,) Πολλὰ adverbialiter, *vehementer, etiam atque etiam.* Ita Marc. III. 12. & Polyb. pag. 430. lin. ult. ΠΟΛΛΑ χωριζόμενος ἐνετείλατο· μὴ τοιαύτην ποιεῖσθαι στάσιν. *Etiam atque etiam in discessu illi mandavit,*

ne tantum studii in eo poneret, &c. Cæcina Ciceroni epist. 6. lib. 7. *qui multa Deos venerati sunt.* Virgilius Georg. lib. 4.

— — Et spiritus oris
Multa reluctanti obstruitur.

Cap. VI. 21. *δεῖπνον ἐποίει)* Eadem phrasis exstat & apud Polybium, item de convivio regio, pag. 1310. lin. 10. a fine;

Ibid. v. 35. *ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης)* Ὥρα πολλὴ latine *multus dies.* Quo loquendi genere ad utrumque utuntur, & cum jam multum diei effluxisse, & cum adhuc multum restare dicere volunt; utrique enim sententiæ exprimendæ æque congruit. Hoc loco cum alia insuper temporis nota ἤδη addatur, facile intelligitur hoc dici, *diem jam in vesperam inclinasse*, ut est apud Lucam IX. 12. quod idem etiam ipsa orationis series satis ostendit. Sic & Cicero Attico: *Multus sermo ad multum diem*, citante Beza. Contra Polybius πολλῆς ὥρας dicit pro *multo adhuc die*, [quæ Taciti verba sunt Hist. 2, 44, 3.] Ita enim scribit lib. 5. cap. 8. pag. 497. lin. 9. a fine: *Quod spatium brevi tempore emensus, (etenim strenue admodum Macedones iter carpebant:)* ἧκε ΠΟΛΛΗΣ ΩΡΑΣ ἐπὶ τὸ Θέρμον, *cum adhuc diei multum superesset, ad Thermum pervenit. Ibi positis castris, exercitum dimisit, ut populabundus per omnes vicos circumcirca vagaretur, & Thermiorum campos incursaret.* pag. seq. med. *Necte igitur il-*

la cujusque modi præda onusti, ibi tetenderunt. Ex quibus ultimis verbis patet, tantum adhuc diei superfuisse, quantum satis esset ad prædam ex proximis vicis capiendam. Sed & Gen. XXIX. 7. eodem sensu dicitur: ἔτι ἐστὶν ἡμέρα πολλή. Itaque non videtur ea caussa fuisse hujus locutionis, quam putat *Er. Schmidius*, quod in ordine horarum καιρικῶν, (de quibus idem ad Matth. XX. 3) minores numeri, 1. 2. 3. 4. 5. 6. ante meridiem cadant: majores, 7. 8. 9. 10. 11. 12. post meridiem, propterea pomeridianum tempus vocari ὥραν πολλήν. Certe eadem ratio, quanquam ingeniose excogitata, neque in Latinorum *multum diem*, convenit, neque in eum sensum, quo Polybius ὥραν πολλὴν dicit. Est igitur ὥρα πολλὴ sive *multus dies*, *longum diei spatium*; quod præteriissene an reliquum esse intelligendum sit, ex loci cujusque sententia judicandum est. De præterito accipiendum apud Cæsarem de bello Gall. lib. 1. cap. 22. ubi prima luce & multo die ut contraria ponuntur. Ait enim: *Prima luce Considius, equo admisso, ad eum accurrit: dicit, montem, quem a Labieno occupari voluerit, ab hostibus teneri.* Paulo post: *Multo denique die per exploratores cognovit, montem a suis teneri.* Pro quo *multa luce* dicit Tacit. Hist. 5, 22, 8. & Curtius 4, 13, 21.

Cap. VII. 4. ἀπὸ ἀγορᾶς.) In quibusdam exemplaribus additum fuit: ὅταν ἔλθωσιν. Et in latinis libris est: *a foro venientes.* *Sed Græca*

oratio,

oratio, (Camerario judice, cui parem in linguæ Græcæ facultate Germania vix habuit,) *& satis significans, & elegans est. A negotiis, inquit, forensibus ne cibum quidem capiunt, nisi prius sese in aquas demerserint, id est, abluerint.* Nam uti Stephanus in Theusauro annotat, ut A in lingua Latina sumitur pro Post, sic & ἀπὸ in Græca, ut ἀπὸ δείπνου, a cœna, ut Il. θ. οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ ῥίμφα κατὰ κλισίας· ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο. Ubi annotant scholiastæ, ἀπ' αὐτοῦ esse μετ' αὐτὸ, sub. τὸ δεῖπνον. & ita usurpari alibi ἐκ. Hactenus *Stephanus*. Et prorsus ita usurpatur ἐκ ab Epicteto apud Arrianum in dissert. lib. 3. cap. 19. pag. 328. lin. 22. Πάλιν ἂν μὴ εὕρωμεν φαγεῖν ΕΚ βαλανείου, οὐδέ ποθ' ἡμῶν καταστέλλει τὴν ἀθυμίαν ὁ παιδαγωγὸς, ἀλλὰ δαίρει τὸν μάγειρον. *Item egressi e balneo si nihil reperiamus quod comedamus, haudquaquam nostram reprehendit ægritudinem animi pædagogus, sed verberat coquum.* Quem ego locum huic simillimum esse arbitror. Id quod magis appareat, si eodem, quo Marcus, ordine verba Epicteti collocemus: ἐκ βαλανείου, ἂν μὴ εὕρωμεν, Ubi simul etiam idem participium ἐλθόντες subintelligi potest, quod perspicuitatis gratia in Latino bene additum est; in loco enim parallelo diserte ἐλθὼν ἐκ τοῦ βαλανείου dicitur lib. 3. cap. 25. pag. 399. lin. 11. a f. εἶτ' ἐλθὼν ἐκ τοῦ βαλανείου εἰς οἶκον, κραυγάσῃς, οὐδεὶς φέρει φαγεῖν. *Postea digressus e balneo vocifereris: nemo mihi quicquam affert ad comedendum.* Et pag. 553. lin. 13. a f. δεῖ-

σαντες ἐκ τῶν ὕπνων, inter evigilandum perterrefacti. Neque adeo rara est illa significatio ἀπὸ *post.* Ita Luc. II. 36. ἀπὸ τ̃ παρθενίας· Arrian. de exped. Alex. 1, 6, 19. τρίτῃ ἀπ᾽ ἐκείνης ἡμέρᾳ *triduo post.* Item 1, 11, 7. 2, 23, 1. & 1, 3, 1. ἀπὸ τ̃ μάχης, *a pugna*, post eam. 5, 1, 1. ἀφ᾽ ὗ τε *ex quo tempore.* Ἀγορὰ vero non tantum est (1) locus, in quo res venales exponuntur, & (2) annona ipsa, sive quæ ad victum necessaria in foro venire solent, sed etiam (3) locus, in quo concio habetur, & judicia exercentur, unde οἱ κατ᾽ ἀγορὰν caussidici, & τὰ κατ᾽ ἀγορὰν res forenses; & (4) ipsa multitudo congregata, sive concio. Quarum significationum omnium exempla videre licet in Thesauro Stephani. Unde Camerarius ἀγορὰν dicit negotia forensia, sive ea versentur in judiciis, sive in rebus venalibus aliisve, quæ in foro aguntur.

Ibid. ξεςῶν) *sextariorum*, quod est nomen mensuræ liquidorum. Ξέςην autem Romanorum esse vocem corruptam ex sextario, constat ex Galeno, cujus verba citat Beza. Legitur eadem & apud Arrianum dissert. lib. 2. cap. 16. pag. 197. lin. 22. *Ego quando navigo, inque profundum ac immensum pelagus intendo oculos, quando terram non video, totus perhorresco, & fingo, si naufragium faciam, totum mare mihi esse ebibendum: nec venit in mentem, satis superque mihi fore, si tres sextarios hausero,* ὅτι μοι τρεῖς ΞΕΣΤΑΙ ἀρκοῦσι.

Ibid.

Ibid. v. 9. ἀθετεῖτε) Verbum hoc Casaubonus inter ea refert, quæ nusquam frequentius, quam apud Polybium reperiantur. Et licet nec in Novo Test. sit infrequens, quædam tamen loca adscribemus. Usurpatur autem fere de fœderibus non servatis. Lib. 15. cap. 1. pag. 960. lin. 12. a fine: διότι καὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς γενομένας συνθήκας Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις ΑΘΕΤΗΣΑΙΕΝ αὐτοί. *Quod etiam priorem pacem, quæ fuerat Carthaginiensibus cum Romanis, ipsi violassent.* & pag. 961. lin. 1. ΑΘΕΤΕΙΝ δὲ τολμῶσι τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας, *violare audeant jusjurandum & fidem induciarum.* Pag. 970. lin 5. a fine: ΗΘΕΤΗΣΑΝ ταῦτα Καρχηδόνιοι παρασπονδήσαντες ἡμᾶς, *pacti formulam antiquarunt Carthaginienses, & fidem nobis datam violarunt.* Lib. 3. cap. 29. pag. 254. lin. 22. ὅτι τὰς πρὸς Ἀσδρούβαν γενομένας ὁμολογίας οὐκ ΑΘΕΤΗΤΕΟΝ, *initas cum Asdrubale conventiones, pro irritis non esse habendas.*

Ibid. v. 22. ἀσέλγεια] Interpretes video de *lascivia* sive *impudicitia* hoc accipere. Et habet omnino istam significationem ea vox in plerisque Novi Testamenti locis. Sed hic non est dubium, quin generatim *injuriam* declaret. Nam si obscœnitatem vel in dictis vel in factis intelligi Salvator voluisset, eam vocem credo, vitiis cognatis, μοιχείαις & πορνείαις, quæ proximo superiore versu recensentur, addidisset, uti fit 2. Cor. XII. 21. Rom. XIII. 13. Gal. V. 19. Cum vero hic ἀσέλγεια dolo adjungatur, eaque

generatim fit quævis *injuria insignior & enormis*: caussæ nihil video, quare statuendum sit, specialem hic libidinis notionem verbo isti subjectam esse. *Stephanus* in Thesauro, ἀσελγὴς idem prorsus esse dicit atque ὑβριστὴς, *petulans*, *insolens*, *protervus*, *improbus*, *seu petulanter & proterve injurius*; Interdum, ut ὑβριστὴς quoque, specialiter pro *lascivo* poni, & eo qui petulanter indulgeat libidinibus stuprisque violentis. Quod vere ab ipso scriptum esse, etiam ex Polybio intelligere licet, in quo ἀσέλγεια plurimis locis notat *injuriam*, non quæ corpori per libidinem, sed *qua fama & fortunis alterius* vel corpori *animo malitioso infertur*. Lib. 1. cap. 6. pag. 8. lin. 14. Ταραντίνων διὰ τὴν εἰς τὰς πρεσβευτὰς τῶν Ῥωμαίων ΑΣΕΛΓΕΙΑΝ, καὶ τὸν διὰ ταῦτα φόβον, ἐπισπασαμένων Πύῤῥον. *Cum Tarentini metu Romanorum, quod eorum legatos per obscenam contumeliam violassent, Pyrrhum in Italiam accersivissent.* Lib. 5. cap. 28. extremo, pag. 523. Οὗτοι μὲν οὖν τῆς ἁρμοζούσης τυχόντες καταστροφῆς, ἐξέλιπον τὸν βίον, καὶ μάλιστα διὰ τὴν εἰς Ἄρατον γενομένην ἐξ αὐτῶν ΑΣΕΛΓΕΙΑΝ. *Hic fuit istorum hominum finis, anteactæ vita, maxime autem insolentia, qua in Aratum usi fuerant, conveniens.* Quæ autem fuerit ista ἀσέλγεια sive insolentia, idem Polybius narrat pag. 506. & seq. *Megaleas & Leontius, ubi vehementius potatio atque invitatio incaluisset, mente ex ebrietate alienata, Aratum quærentes huc illuc circumcursant; & quum in reditu a cœna in eum forte incidissent, dicta primo in illum jacere, deinde*

etiam

etiam lapidibus incessere. Lib. 8. cap. 9. init. pag. 722. lin. 2. *Messenios Philippus hostes declaratos memorabili ullo damno afficere non valuit; quantumvis vastare ac populari fines eorum aggressus;* εἰς δὲ τὲς ἀναγκαιοτάτες τῶν φίλων, τὴν μεγίστην ΑΣΕΛΓΕΙΑΝ ἐναπεδείξατο; *in amicos vero præcipua necessitudine sibi junctos, idem Rex fœda facinora eaque maxima edidit. Seniorem enim Aratum, quod minus probasset quæ ipse Messenæ fecerat, non multo post veneno sustulit.* Datur vero & alterius specialioris significationis exemplum apud eundem de virtut. & vit. pag. 1441. lin. 19. ἐπεφεύγει δὲ καὶ τὴν πατρικὴν ΑΣΕΛΓΕΙΑΝ, τήν τε περὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὴν περὶ τὲς πότες. *Vitaverat etiam paternam in mulieres atque in conviviis intemperantiam.* Vides hic duplicem poni ἀσέλγειαν, quarum altera feratur in mulieres, altera in conviviis sive compotationibus versetur. Germanica lingua similiter hujus generis vitia omnia complectitur generali nomine Muthwillen.

Ibid. ὀφθαλμὸς πονηρὸς) i. e. *invidia*, per Hebraismum; a quo non longe abit significatio verbi ὀφθαλμιᾶν apud Polyb. lib. 1. cap. 7. init. & lib. 2. cap. 17. pag. 147. lin. 4. *Adsidebant Tyrrhenis Galli, ideoque cum ipsis commercia frequentabant:* καὶ περὶ τὸ κάλλος τῆς χώρας ὀφθαλμιάσαντες, *deinde cupiditatis oculis in pulcherrimam planitiem adjectis, arrepta occasione levi, numeroso cum exercitu nihil cogitantes Etruscos invadunt.* Dicunt etiam ἐποφθαλμιᾶν. Ad primum istum Poly-

bii locum de hoc verbo ita commentatur JC. Casaubonus pag. 121. Recte observat Suidas, verbum ὀφθαλμιᾷν quod proprie significat oculis dolere, sive ophthalmia laborare, cum alio transfertur, vel invidiam denotare, ut in Evangelio oculus malus pro invido, vel cupiditate re aliena fruendi, ut hoc loco. Josephus Antiquitatum libro 1. διὰ τὸ ἐποφθαλμιᾷν τῷ πλήθει τ̃ κτήσεως.

Cap. VIII. 4. Πόθεν) Eodem sensu hanc particulam usurpat Arrianus dissert. Epict. lib. 3. cap. 3. pag. 282. lin. 8. *Cum pauperem videmus, dicimus, o miserum, οὐκ ἔχει ΠΟΘΕΝ φάγῃ, non habet quod edat.* Q. d. ex quo penu tantum panum hic in solitudine promemus, quantum alendæ huic multitudini sufficiat.

Cap. IX. 5. ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται) Sequi jam deberet secundum vulgaria syntaxeos præcepta, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τ̃ πόλεως ἐκείνων, non autem ἐκείνης. Verum in vita quidem quid rectum sit, ex regulis judicandum est, in oratione autem major est exemplorum auctoritas, si modo ex iis Scriptoribus sint petita, quos incorrupte locutos esse constat. Quorum in numero Arrianum quoque habendum esse, consentiens omnium est opinio. Is ergo æque irregulari syntaxi utitur de exped. Alex. 6, 5, 4. ὅσαι τε δίκροτοι αὐτῶν τὰς κάτω κώπας οὐκ ἐπὶ πολὺ ἔξω εἶχον τοῦ ὕδατος, καὶ αἱ κῶπαι δὲ αὐ-

τοῖς

τοῖς πλαγίοις ἐν ταῖς δίναις γενομένοις συνετρίβοντο. *Et quæcunque illarum biremes erant, quarum inferiores remi parum admodum supra undas eminent,* (illarum) *etiam remi, cum ipsi transversi in vorticibus hærerent, confringebantur.* Pro αἱ κῶπαι δὲ ἐκείνων.)

Ibid. v. 20. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν.) *Et cum conspexisset illum, statim spiritus discerpsit eum.* Participium nominativi ἰδὼν, hic in consequentia ponitur, inquit *Er. Schmidius*, quem de hac specie consequentiæ vide ad Matth. X. 14. Ad eundem modum hoc eodem part[illegible]o utitur Arrianus in exped. Alex. 7, 11, 8. [illegible]a *ut Alexandro nunciata sunt, confestim ad eos egreditur:* ΚΑΙ ΙΔΩΝ τε ταπεινῶς διακειμένους, καὶ ἀκούσας σὺν οἰμωγῇ τῶν πολλῶν βοώντων, καὶ αὐτῷ προχεῖται δάκρυα. *Humilesque ac demissos conspicatus, & communi omnium mœrore atque ejulatu commotus collacrymatus est.* Et Polyb. lib. 4. cap. 34. pag. 421. lin. 13. & 22. τῶν πρεσβυτέρων τινὲς ΕΠΙΣΤΗΣΑΝΤΕΣ τὸ πλῆθος ἐπί τε τὰς Ἀντιγόνου καὶ Μακεδόνων εὐεργεσίας ἐπὶ τε τὰς διὰ Χαριξένου καὶ Τιμαίου βλάβας, - - - ἐπ᾽ ἄλλης ἐγένοντο γνώμης, καὶ τέλος ἐπείσθησαν τηρεῖν τὴν πρὸς Φίλιππον καὶ Μακεδόνας συμμαχίαν. *E senioribus nonnulli, revocatis populo in memoriam hinc Antigoni & Macedonum beneficiis, inde Charixeni & Timæi maleficiis; - - - ut multitudo sententiam mutaret obtinuerunt, & tandem persuasum illi est, ut in Philippi & Macedonum societate maneretur.*

Ibid. v. 22. Ἀλλ', εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν) Inter varias particulæ ἀλλὰ significationes hæc quoque numerari meretur, quod precationi præfigatur, & singularem quendam animi motum quasi suspirantis præ se ferat. Arrian. de exp. Alex. 4, 20, 5. *Tum Darium manus ad cœlum tendentem, ita orasse:* ΑΛΛ' ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, κλ.

Ibid. v. 28. Ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν] *Quare nos non potuimus?* ὅτι, vel potius ὅ, τι pro τί, & ὅτι pro διὰ τί, ut Luc. VI. 41. τί βλέπεις; & multis locis aliis. Arrian. de exp. Alex. 1, 4, 10. τοὺς Κελτικοὺς δὲ καὶ ἤρετο, Ὅ [illegible] μάλιστα δεδίττεται αὐτοὺς τῶν ἀνθρωπίνων. [illegible] *Celtas etiam percunctatus est Alexander, quid in rebus humanis maxime extimescerent?* Et 1, 16, 9. καὶ ὅπως τὶς ἐτρώθη ἐρόμενος, καὶ Ο, ΤΙ πράττων. *& quomodo quisque vulneratus esset interrogans, & quid faciens, sive quo in opere.* It. 1, 25, 8. Et Herodotus lib 1. pag. 19. E. *Sciscitantes* Ο, ΤΙ ποιέων τυγχάνει ὁ Κροῖσος, *quidnam faceret Crœsus.* Et Polybius, citatus ab Appiano Alexandrino in Libyco, ἐρομένου, Ο, ΤΙ βούλοιτο ὁ λόγος; *cum interrogaret, quid sibi vellet hic sermo.* Nisi forte sententiam, non verba Polybii eo loco enarrat Appianus. Sic Marcus etiam superius hoc eodem capite v. 11. Ὅτι λέγουσιν, *cur dicunt?* Ad quem locum *Er. Schmidius* & Homeri exemplum citat, & hoc Aristoph. Plut. 1, 1. v. 19. ἢν μὴ φράσῃς, ΟΤΙ τῷδ' ἀκολουθοῦμέν ποτε. *Nisi dicas tandem, cur hunc*

hunc sequamur. Sic & pro alia particula interrogandi *num* usurpat Chrysost. opusc. Tom. VI. p. 417. E. κἂν Ἕλλην με, κἂν Ἰουδαῖος ἐρωτᾷ, ΟΤΙ χριστὸς Θεὸς ὢν κατὰ φύσιν, ἄνθρωπος γέγονε παρὰ φύσιν, ἐρῶ ναί. *Sive me Gentilis, sive Judaeus interroget, num Christus, cum secundum naturam Deus esset, homo praeter naturam sit factus, dicam: Sic est.* Et Plutarch. paed. cap. 7. n. 22. εἴσελθε εἰς πορνεῖόν ποτε, ἵνα μάθῃς, ΟΤΙ τῶν ἀναξίων τὰ τίμια οὐδὲν διαφέρει. *Ingredere lupanar aliquando, ut discas, nihilne res honestae ab indignis differant.*

Cap. X. 1. συμπορεύονται πάλιν ὄχλοι πρὸς αὐτὸν,] *Henr. Stephanus* in Thes. gr. Ling. hunc locum ita interpretatur: *Una ipsum adeunt: vel in unum coëuntes accedebant ad ipsum.* Quod si ita intellexit, non per se singulos ad ipsum accessisse, sed prius se in unum congregasse, & ita catervatim ad eum confluxisse: magis quid compositionis ratio, quam quid usus verbi ferret, spectavit. Neque is aliter potuit, cum illius constructionis exemplum, praeter hoc, nullum ipsi suppeteret; nam alias protulisset, arbitror. Utitur autem Polybius hoc loquendi genere, & quidem de uno tantum, qui ad alterum accedit, lib. 15. cap. 5. pag. 967. lin. 4. *Missurum etiam se ad illum dixit, qui locum & tempus indicaret,* ἐπειδὰν μέλλῃ ΣΥΜΠΟΡΕΥΕΣΘΑΙ, *ubi convenire Hannibalem constituisset.* Et lin. 21. *Nuncium ad Carthaginiensem Imperatorem misit,* φάσκων ἕτοιμος εἶναι ΣΥΜΠΟΡΕΥΕΣΤΑΙ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΝ εἰς λό-

λόγυς, paratum se esse significans, ad conveniendum ipsum colloquii caussa. Et pag. 1042. extr. Ταξάμενοι ΣΥΜΠΟΡΕΥΕΣΘΑΙ ΠΡΟΣ τὸν κατὰ Θρόνιον αἰγιαλὸν *littus ad Thronium destinatur ad conveniendum.* Et pag. 1097. lin. 16. & pag. 1270. lin. 25. & p. 1474. lin 21. Neque tamen nego, fieri potuisse, præsertim cum turba multa, ut habent quædam exemplaria, ad ipsum venerit, ut quidam una juncti venerint, licet in verbo συμπορεύεσθαι illud inesse negem.

Ibid. v. 26. καὶ τίς δύναται σωθῆναι;) Τίς ἄρα, Matthæus: sed Marcus, inquit Grotius, gaudet Hebraismis. Atqui Arrianus etiam, omnis Hebraismi ignarus, particulam καὶ ita usurpat de exp. Alex. 5, 2, 4. *Ad hæc postulata Acuphim risisse ferunt, & Alexandro interrogante caussam risus, respondisse Acuphim*, ΚΑΙ πῶς ἄν, ὦ βασιλεῦ, μία πόλις κλ. *Et quonam pacto, o Rex, una civitas centum bonis viris privata, recte deinceps gubernari queat?* ubi itidem copula interrogationi inservit desperantis.

Ibid. v. 30. μετὰ διωγμῶν] Videtur fere potius vertendum esse *post persecutiones*, quam *cum persecutionibus.* Id quod *Dan. Heinsio* adeo visum fuit necessarium, ut propterea legendum censuerit μετὰ διωγμὸν, sed contra auctoritatem omnium Codicum, uti testatur *Millius* in prolegomenis n. 1305. excepto uno *Joannis Mori* Episcopi Norvicensis, qui habet διωγμὸν, quem tamen

men sequi nolim, repugnantibus aliis omnibus. Ac fortasse ne quidem opus est quidquam mutare, & nihilominus exponi potest *post persecutiones.* Licet enim μετὰ cum gignendi casu in hac significatione non facile reperiatur, neque exemplum ullum exstet in Lexicis: in Polybio tamen duobus locis μετὰ ab interprete accipitur pro *post*, & recte, nisi fallor, lib. 15. cap. 31. pag. 1001. lin. 25. *Nec multo post adest Agathocles in vinculis ductus, Quem statim ingressum nonnulli, qui primi accurrerant, confoderunt.* - - - ΜΕΤΑ δὲ ΤΟΥΤΟΥ ἤχθη Νίκων, εἶτα Ἀγαθόκλεια γυμνὴ σὺν ταῖς ἀδελφαῖς· ἑξῆς δὲ τούτοις πάντες οἱ συγγενεῖς. *Secundum hunc ductus est Nico, deinde Agathoclea nuda, cum sororibus, ac deinde universa cognatio.* Et Legat. 99. pag. 1201. lin. 20. *Eo tempore missi sunt Romam legati ab iis qui Lacedamone exulabant: inter quos erant Arcesilaus & Agesipolis, qui in ætate puerili Rex Spartæ fuerat.* Τούτους μὲν οὖν λῃσταί τινες περιπεσόντες ἐν τῷ πελάγει διέφθειραν. Οἱ δὲ ΜΕΤΑ ΤΟΥΤΩΝ κατασταθέντες διεκομίσθησαν εἰς τὴν Ῥώμην. *In hos legatos piratæ in mari inciderunt eosque occiderunt. Qui vero in eorum locum suffecti sunt*, (sive qui post hos constituti fuerunt legati) *ii Romam incolumes pervenerunt.* Neque enim hoc puto Polybium dicere voluisse, illos duos, quos nominavit, Arcesilaum & Agesipolin, solos a piratis occisos, ceteros vero ipsorum in legatione collegas, Romam pervenisse. Neque enim credibile est, quenquam a piratis incolumem dimissum. Et

omnino

omnino μετὰ τῦτον esse pro μετὰ τύτυς, constet ex lib. 1. cap. 17. pag. 23. l. 1. οἱ δὲ μετὰ τύτυς καταςαθέντες κλ. *Qui vero ipsis successerunt, in Siciliam cum legionibus venerunt.* It. p. 27. l. 9. a f. & p. 166. l. 2. Præterea Arrianus eandem rem persequens & in Enchiridio, & in dissertationibus, illic quidem dicit μετὰ ταῦτα, cap. 35. ἔσθ' ὅτε μαστιγωθῆναι καὶ ΜΕΤΑ ΤΑΥΤΑ πάντα νικηθῆναι. *Interdum flagris cædi oportet, & post hæc omnia vinci.* Hic vero μετὰ τύτων lib 3. cap. 15. pag. 320. l. 2. μαστιγωθῆναι, καὶ ΜΕΤΑ ΤΟΥΤΩΝ πάντων ἔσθ' ὅτε νικηθῆναι. Quodsi tamen hic omnino vertendum sit μετὰ τύτων πάντων *cum his omnibus*, bey diesen allen/ sententia erit: etiamsi quis omnes istas præparationes adhibeat ad certamen olympicum, tamen fieri posse ut vincatur. Atque ita etiam μετὰ διωγμῶν dici posset hoc sensu: etiamsi omnia hujus vitæ commoda ipsius caussa relinquere cogantur ob persecutiones, tamen easdem impedire non posse, quo minus alibi ea omnia multis partibus offendant copiosiora. Corruptam vero scripturam si quis suspicetur in utroque auctore, equidem non temere assentiar; cum τύτυς quidem fortasse potuerit mutari in τύτων, & τύτυ in τῦτον inter ταῦτα πάντα vero & τύτων πάντων major est litterarum discrepantia, quam ut facile quis ab altero in alterum labi posse videatur. Erratum quidem est in eadem præpositione apud Polybium, scriptumque μετ' αὐτὸν pro μετ' αὐτῶν pag. 270. lin. penult. *Trecentos eximiæ virtutis equites mittit*, συςήσας μετ' αὐτὸν

αὐτὸν καθηγεμόνας ἅμα καὶ συναγωνιστὰς Κελτὺς, *ducibus viæ pariter & auxiliaribus adjectis Gallis*. Id quod & Gronovius observavit in Notis p. 415. Scribendum, inquit, cum Fulvio μετ' αὐτῶν. Verum hic error est in una tantum littera; quodsi autem pro ταῦτα πάντα substituas τύτων πάντων, quinque omnino litteras immutabis.

Ibid. v. 33. κατακρινῦσιν αὐτὸν θανάτῳ,] Polyb. lib. 4. cap. 35. pag. 422. lin. 4. *Quod templum omnibus ad se confugientibus securitatem præstabat*, κἂν ΘΑΝΑΤΟΥ τις ᾖ ΚΑΤΑΚΕΚΡΙΜΕΝΟΣ, *etiamsi mortis damnatus aliquis esset*.

Cap. XI. 22. πίστιν Θεῦ] i. e. πίστιν πρὸς τὸν Θεὸν, ut Paulus loquitur 1. Thess. I. 8. Sic fides Christi dicitur Rom. III. 22. & 26. Gal. II. 16. & 20. III. 22. Phil. III. 9. Act. III. 16. quæ alibi vocatur fides in Christo, Gal. III. 26. 1. Tim. III. 13. 2. Tim. III. 15. vel erga Christum Col. II. 5. Act. XX. 21. XXIV. 24. XXVI. 18. Est ergo Θεῦ, genitivus objecti. Quomodo Polybius *fidem alicujus* dicit pro fiducia quam alter in illius fide, veritate & constantia habet positam, lib. 5. cap. 78. pag. 587. lin. 16. *Rex Attalus metuebat, ne malam inde famam nancisceretur, si velut indagine cinctos Gallos a milite suo omnes contrucidaret:* τὺς δοκῦντας διὰ ΤΗΣ ΙΔΙΑΣ ΠΙΣΤΕΩΣ πεποιῆσθαι τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν διάβασιν, *quum satis constaret, eos fidem ipsius secutos in Asiam trajecisse*. Quem locum quod obiter attingere liceat, *Curtius* expres-

presſiſſe videtur; certe ſimillima ei habet 3, 8, 4. & 5. Cum enim Dario ſuaderent purpurati, ut Græci, qui in ipſius partibus ſtabant, circumdati exercitu toto obruerentur telis, tum ille *negare, ſe tantum facinus eſſe facturum, ut ſuam ſequutos fidem, ſuos milites jubeat trucidari.* Alio loco idem Polybius *fidem patriæ* nominat pro fide erga patriam lib. 10. cap. 37. pag. 851. lin. 14. a fine: *Scipio univerſos mortales animi magnitudine longo adeo ſuperavit intervallo, ut bonum, quo ne optari quidem a diis majus quiſquam auſit, regnum dico, fortunæ beneficio ſibi ſæpius oblatum, ſit aſpernatus; καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσατο τὴν πατρίδα καὶ ΤΗΝ ΤΑΥΤΗΣ ΠΙΣΤΙΝ, τῆς τε περιβλέπτου καὶ μακαριστῆς δυναστείας, dum pluris faceret patriam & fidem erga ipſam, dominatione, propter quam omnes eum ſuſpecturi erant, & beatum prædicaturi.* Ubi licet fidei alia ſit notio, quam apud Marcum, genitivi tamen plane eadem eſt ratio.

Ibid. v. 24. ἔσαι ὑμῖν.) Arrian. de exped. Alex. 2, 14, 16. ὅ, τι γὰρ ἂν πείθῃς ἐμὲ, ΕΣΤΑΙ ΣΟΙ. *Quidquid enim a me petieris, impetrabis.* Et 5, 19. τοῦτο μὲν ΕΣΤΑΙ ΣΟΙ.

Cap. XII. 21. ἔλαβεν αὐτὴν,) Polyb. pag. 1260. lin. 16. a fine: ὅτι δεῖ λαβεῖν αὐτὸν ἐν φερνῇ Κοίλην Συρίαν, ὅτ' ΕΛΑΜΒΑΝΕ Κλεοπάτραν. *Quibus pactis nomine dotis concedebatur Ptolemæo Cœle Syria, quando in uxorem duceret Cleopatram.*

Ibid.

Ibid. v. 30. ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου) Arrian. lib. 2. cap. 23. pag. 254. lin. 6. *Accommodes te totum Jovis voluntati ac dispensationi, cui obedias, quem nunquam intueris*, δυνάμενον εἰπεῖν τοὺς τοὺς στίχους ΕΞ ΟΛΗΣ ΨΥΧΗΣ, *ut possis pronunciare versus illos ex tota anima: Quocunque Jupiter voles, me ducito.* Eodem modo pag. 427. lin. 9. Et lib. 3. cap. 22. pag. 340. lin. 16. ταῦτ' οὖν δεδοικότα ἐπιθαρρεῖν οἷόν τ' ἐστιν ΕΞ ΟΛΗΣ ΨΥΧΗΣ; *Hac qui metuit, an fieri potest, ut confidat ex tota anima?* Lib. 2. cap. 2. pag. 137. ΕΞ ΟΛΗΣ ΤΗΣ ΔΙΑΝΟΙΑΣ.

Ibid. v. 34. νουνεχῶς) Cum sit verbum hoc, quod ajunt Grammatici, τῶν ἅπαξ λεγομένων in N. T. a Polybio autem crebro usurpetur, non abs re fuerit, quædam exempla huc addere. Lib. 1. cap. 54. pag. 78. lin. 20. πεισθεὶς ΝΟΥΝΕΧΩΣ, *qui consilium prudenter amplectitur.* Lib. 1. cap. 62. Pag. 88. lin. 24. πάνυ ΝΟΥΝΕΧΩΣ καὶ πραγματικῶς εἴξας τοῖς παροῦσιν, *præsenti temporum conditioni cedens plane sapienter & pro eo rerum usu quem habebat.* Ita & lib. 3. cap. 14. pag. 235. lin. 7. ei πραγματικῶς additur: Νῦν δὲ πραγματικῶς καὶ ΝΟΥΝΕΧΩΣ ἐξ ὑποστροφῆς ἀναχωρήσαντος Ἀννίβου. *Verum Hannibal singulari solertia ac prudentia sensim relato gradu se recipere.* & lib. 7. cap. 7. pag. 709. lin. 12. a fine ΝΟΥΝΕΧΩΣ καὶ πραγματικῶς ἐφεδρεύοντες τοῖς ὅλοις, *cato & prudenti consilio rei totius eventum observantes.* Alibi tanquam synonymum adjunctum habet Φρονί-

μως, lib. 1. cap. 83. p. 117. lin. 16. a fine πάνυ φρονίμως καὶ νουνεχῶς λογιζόμενος, *prudenter omnino & sapienter rem putans.* Lib. 5. cap. 54. pag. 555. lin. antepen. πρᾴως χρώμενος πᾶσι καὶ νουνεχῶς, *pari mansuetudine ac prudentia in omnibus utens.* It. pag. 400. lin. 14.

Ibid. v. 44. ὅλον τὸν βίον) Apud Polybium ὁ βίος distinguitur a fundis, & complectitur pecuniam atque suppellectilem, pag. 1454. lin. 6. *Lucius Æmilius cum unus sui temporis plurimam pecuniam ex manubiis Hispaniæ in ærarium populi Romani retulisset, ac maximarum opum in Macedonia compos fuisset, atque utrobique summam auctoritatem ac licentiam habuisset,* τοιοῦτον ἀπέλιπε τὸν ἴδιον ΒΙΟΝ, *ejusmodi facultates reliquit, ut suppellectilis auctione facta redigi non potuerit, unde dos uxori ejus redderetur, nisi praeterea etiam fundi aliquot venditi fuissent.*

Cap. XIII. 34. ἀφεὶς -- καὶ δοὺς -- καὶ τῷ θυρωρῷ ἐνετείλατο) Beza *Particulam* καὶ, inquit, *abundare ostendit ratio Græcæ constructionis. Itaque expungendam putavimus. vide Matth. XXVIII. 9.* Sed non satis queo intelligere, expunctamne eam a se dicat ex latina versione, an ex græco textu, in quo certe retenta est in editione, quæ prodiit MDXCVIII. Mirum vero, quod illum suum codicem non allegarit, in quo istud καὶ deesse observatum est a Millio; nisi forte Beza hanc annotationem postea demum addidit, quam codicem istum Academiæ Cantabrigiensi

dono dederat, quod idem Millius in Prolegomenis n. 1268. factum narrat MDLXXXI. *Grotius* ad hebraismum confugit. Sed græco more Marcum locutum, & eo sermone usum cujusmodi & apud disertissimos Scriptores reperiatur, tribus exemplis faciam manifestum; quorum unum huic loco plane par est, duo similia. Par apud Arrian. Indic. 41, 3. ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ Λευκάδα (βράχεα) ψαμμώδεα ὄντα, καὶ τοῖσιν ἐποκείλασι ταχείαν τὴν ὑπονόστησιν ἐνδιδοῖ. *Sed vada quidem apud Leucadem sabulosa sunt, & navibus impactis facilem recessum concedunt;* quia nempe contis niti poterant remiges in sabulo, navesque inhærentes avellere. Hic sane non secus ac apud Marcum, verbum ἐνδιδοῖ connectitur cum participio ὄντα per copulam καὶ, ut necessario dicendum sit, participium loco verbi positum. Similia exempla sunt apud Polybium lib. 2. cap. 50. pag. 189. lin. antepen. *Aratus enim, quod ante diximus, optabat ille quidem, summoque id agebat studio, ne cujusquam auxilio opus foret: sin eo necessitatis essent venturi, non a se uno, verum ab universis Achæis Regem volebat vocari.* ἠγωνία γὰρ, εἰ παραγενόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τοῦ Κλεομένους καὶ τῶν Λακεδαιμονίων, ἀλλ' ὕστερόν τι βουλεύοιτο περὶ τῆς κοινῆς πολιτείας· μή ποθ' ὁμολογουμένως τῶν συμβαινόντων αὐτὸς ἀναλάβῃ τὴν αἰτίαν. *Magnopere enim verebatur, ne postquam Rex advenisset, ac Cleomenem Lacedæmoniosque debellaßet, si secius deinde aliquid consuleret adversus communem ipsorum Rempublicam,*

mali totius caussa uni sibi adscriberetur. Num ovum ovo similius? ut enim Marcus: ἀφεὶς καὶ δὺς καὶ ἐνετείλατο· ita Polybius: παραγενόμενος καὶ κρατήσας ἀλλ' βουλεύοιτο. Et hic ratio græcæ constructionis ostendit abundare particulam ἀλλὰ, num vero propterea expungendam putabimus? Item pag. 190. l. 17. Προσελθὼν Ἄρατος, καὶ τήν τε τοῦ βασιλέως προθυμίαν ἀποδεξάμενος, καὶ τὴν τῶν πολλῶν διάληψιν ἐπαινέσας· παρεκάλει δὲ διὰ πλειόνων. *Prodit Aratus in medium, & Regis prompta voluntate commendata; multitudinis etiam laudata sententia; multis hortari eos cepit.* Hic ego id mihi non sumam, ut particulam δὲ post παρεκάλει deleam, licet ea non satis apte videatur participiis subjici. Inveniet innumera alia anomalæ constructionis genera in Græcis auctoribus, si quis hoc velit agere. Ut pauca afferam, quæ forte ad manum sunt, apud eundem Polybium lib. 1. cap. 85. pag 120. lin. 11. Πέμψαντες οὖν κήρυκα καὶ λαβόντες συγχώρημα περὶ πρεσβείας, ἥκοντες δὲ καὶ πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, πρὸς οὓς Ἀμίλκας ὁμολογίας ἐποιήσατο τοιαύτας. Sequitur deinde deditionis formula, post quam nova inchoatur periodus, nec ullum additur verbum, quod cum participiis πέμψαντες, λαβόντες, ἥκοντες possit construi. Xenophon cum dixisset Hist. Græc. lib. 3. pag. 395. lin. 37. λογιζόμενος οὖν ὁ Παυσανίας καὶ οἱ ἄλλοι, & quæ cogitaverint enarrasset, subjungit ἐλογίζοντο δὲ καὶ τὸ ἱππικὸν &c. qua periodo absoluta demum id infert, quod

ad λογιζόμενος fuisset inferendum: διὰ οὖν πάντα ταῦτα ἔδοξεν αὐτοῖς. Quare & hic λογιζόμενος quo nitatur verbum non habet. Eodem modo loquitur Cyropæd. lib. 4. pag. 73. lin. 26. ἐννοηθέντες δὲ &c. quibus cogitatis expositis, suspensum relinquens participium, ita pergit: ταῦτα ἐνθυμουμένοις ἔδοξεν αὐτοῖς. Et Memorab. lib. 2. pag. 594. lin. 20. εἰ δέ τις ἐν πόλει τιμᾶσθαι βουλόμενος - - διὰ τί ὁ τοιοῦτος ἄλλῳ τοιούτῳ οὐκ ἂν δύναιτο συναρμόσαι; Nullum hic verbum est ad quod βουλόμενος referatur. Nec in Latinis Scriptoribus hæc talia desunt. Uno erimus contenti ex ipso Cicerone Tusc. quæst. lib. 5. pag. 255. F. *An dubitas, quin præstans valetudine, viribus, forma, acerrimis integerrimisque sensibus, adde etiam, si libet, pernicitatem, & velocitatem, da divitias, honores, imperia, opes, gloriam: si fuerit is, qui hæc habet, injustus, intemperans, timidus, hebeti ingenio atque nullo: dubitabisne eum miserum dicere?* Hic ad aliam Cicero transit constructionem, omissa priore, quam participium *præstans* postulabat. Quibus exemplis moniti discamus, non facile quidquam a Græcorum consuetudine alienum putare, quantumcunque a communibus Grammaticæ regulis discedat. Licentius interdum gentis facundissimæ sermo evagatur, nec se patitur cancellis tam angustis circumscribi. Conf. Annot. Xenoph. ad Marc. XII. 40. Luc. XXI. 6. Act. XX. 3. XXIV. 5. Apoc. II. 26.

Cap. XIV. 3. κατέχεεν αὐτῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς.) Eadem syntaxis verbi καταχέω apud Arrianum differt. lib. 2. cap. 20. pag. 230. lin. 18. Βάλε ἐλάδιον, παιδάριον, εἰς τὸ βαλανεῖον· ἔβαλον ἂν γάρον, καὶ ἀπελθὼν ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΗΣ ΑΥΤΟΥ ΚΑΤΕΧΕΟΝ. *Age puer oleum affer in balneum; ego vero garum afferrem, & accedens in caput ipsius effunderem.* Omittitur præpositio κατὰ ibid. lib. 4. cap. 5. pag. 466. lin. 18. *In qua autem hac* [Xantippe, uxor Socratis,] *summ exercuit asperitatem?* ἵν' ὕδωρ ΚΑΤΑΧΕΗ ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΗΣ ὅσον καὶ θέλει. *Ut nimirum tantum quantum vellet aquæ capiti ejus superfunderet.* Eodem modo & librarius Codicis cujusdam Colbertini, a Millio citati, τὴν κατὰ vel negligentia prætermisit, vel quod ita rectius putaret. Sed cum utrumque rectum sit, retinenda est prior scriptura. Ita idem Arrianus καταφέρεσθαι construit cum κατὰ, licet illa particula jam in verbo insit, de exped. Alex. 1, 1, 11. ὁπότε καταφέροιντο κατὰ τοῦ ὄρθιυ αἱ ἅμαξαι, *cum plaustra a sublimi delaberentur.*

Ibid. v. 6 ἔργον εἰργάσατο). Polyb. lib. 1. cap. 4. pag. 5. lin. 6. a fine: οὐδέπω τοιόν δ' ἁπλῶς οὔτ' ΕΙΡΓΑΣΑΤΟ ΕΡΓΟΝ, οὔτ' ἠγωνίσατο ἀγώνισμα, οἷον τὸ καθ' ἡμᾶς. *Fortuna nullum plane ad hoc tempus neque opus simile fecerat, neque certamen ullum, quale nostra memoria certaverat.*

Ibid. v. 13. κεράμιον ὕδατος) Polyb. lib. 4. cap.

cap. 56. pag. 446. lin. 8. a fine, ἠνέγκασαν ὑπὲρ ΚΕΡΑΜΙΑ μύρια, *dolliorum vini decem millia comparantiuntur*. Apparet, de vasis omnis generis hoc verbum dici. Hic minus vasculum intelligitur.

Ibid. v. 41. ἦλθεν ἡ ὥρα.) Arrian. dissert. lib. 1. cap. 1. extremo: ἀποθανεῖν με δεῖ. εἰ ἤδη, ἀποθνήσκω. εἰ μετ' ὀλίγον, νῦν ἀριστῶ ΤΗΣ ΩΡΑΣ ΕΛΘΟΥΣΗΣ, εἶτα τότε τεθνήξομαι. *Mori me necesse est. Si jam, morior; sin paulo post, nunc prandebo, cum tempus venerit, post deinde moriar.* Sic idem διελθούσης τῆς ὥρας dixit de exped. Alex. 6, 19, 2.

Ibid. v. 47. Εἷς δέ τις τῶν παρεστηκότων) Ita & mox v. 51. Sic apud Arrianum est μία τις de exp. Alex. 5, 7, 9. ΜΙΑ ΤΙΣ τῶν νεῶν, *una navium*; πᾶς τις pro *quilibet, unus quisque*, 4, 29, 14.

Ibid. v. 51. οἱ νεανίσκοι.) *juvenes*, i. e. milites. Ita passim apud Polybium milites νεανίσκους dici, docet Casaubonus exercit. 16. cap. 56. Ut pag. 53. lin. 1. pag. 69. lin. 14.

Ibid. v. 54. πρὸς τὸ φῶς) *Hammondus* pro hebraismo habet. Sed Græcismum esse, ex Xenophonte constat, ex quo nunc hoc addamus, cum antea fuerit neglectum. Ita vero ille Cyropæd. lib. 7. pag. 151. lin. ult. de Babyloniis noctu comessantibus: οἱ δ' ἐπὶ τὰς φυλακὰς ταχθέντες ἐπεισπίπτουσιν αὐτοῖς πίνουσι ΠΡΟΣ ΦΩΣ

πολὺς καὶ εὐθὺς ὡς πολέμιοι ἐχρῶντο αὐτοῖς. *Qui vero adversus vigiles dispositi erant, irruunt in eos ad multum ignem potantes, statimque hostili cum eis more agunt.* Noctu enim hæc gesta sunt. Unde pag. seq. lin. 21. ait: *Posteaquam illuxisset, ac sensissent illi, qui arces tenebant, tum urbem esse captam, tum regem occisum, arces etiam tradunt.* Non recte igitur Latinus interpres in Xenophonte: *ad multam lucem.* Hoc autem egregie facit ad illustrandum vaticinium Jeremiæ de Babyloniis, quos, ubi incaluissent, trucidatum iri ait cap. LI. 39. Vere ergo incaluerant, & vino & igne.

Ibid. v. 72. ἐπιβαλὼν) Verior mihi videtur eorum opinio, qui interpretantur: *cum se foras proripuisset, sive ejecisset,* ut Livius loquitur lib. I. cap. 40. extr. *relictoque in vulnere telo, ambo se foras ejiciunt.* Haud multo aliter hoc participium vertit Casaubonus apud Polybium lib. I. cap. 80. init. ἐφ᾽ οἷς Αὐτάριτος ὁ Γαλάτης ΕΠΙΒΑΛΩΝ, μίαν ἔφη σωτηρίαν εἶναι τοῖς ἑαυτῶν πράγμασι κλ. *Post ista prodit Autaritus Gallus, & salutem unicam rebus ipsorum esse ait &c.* Habet etiam alio loco significationem prodeundi, pag. 474. lin. 22. ἅμα τῷ τὸν ἥλιον ΕΠΙΒΑΛΛΕΙΝ πᾶσι προσέταξε προσβαίνειν πρὸς τὸν λόφον. *Simul cum exoriente Sole omnibus imperat, ut colli succedant.* Itemque pag. 1314. lin. 7. ἔνθεν ΕΠΙΒΑΛΟΝΤΕΣ ἐπὶ τὴν Ἀσίαν. *deinde in Asiam transgressi.* Et pag. 1393. lin. 5. a f. ΕΠΙΒΑΛΩΝ εἰς τοὺς Λοκρούς, *profectus ad Locros.* Et pag. 674. lin. 15. τούτοις

δὲ

δὲ τὸ τῶν συμμάχων δεξιὸν ΕΠΙΒΑΛΛΕΙ κέρας. *Succedit his*, sive sequitur hos, post hos procedit, *Sociorum ala dextra.* Pag. 893. *citato gradu Pœnos invaserunt*: αἰεὶ τῶν ἑξῆς ΕΠΙΒΑΛΛΟΝΤΩΝ, *subinde interim qui proximi his steterant, præcedentium agmini sese adjungentibus.* Occurrit simili sensu εἰσβάλλειν apud Polyb. lib. 4. cap. 81. pag. 478. lin. 8. a fine: Διόπερ εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσβαλλόντων τοῖς μὲν ἐχθροῖς προσέφερε τὰς χεῖρας. *Itaque in forum magna vi irrumpere, inimicis manus afferre.* Conf. Marc. IV. 37.

Cap. XV. 7. φόνον πεποιήκεισαν.) Polyb. pag. 1000. lin. ult. ΠΟΙΕΙΝ αἷμα καὶ ΦΟΝΟΥΣ *fundere sanguinem & facere cadem.*

Ibid. v. 15. τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι,] Polyb. excerpt. Legat. pag. 1325. lin. 1. *Demetrio Senatus hujusmodi responsum dedit: Senatum suam illi benevolentiam impertiturum*, ἐὰν ΤΟ ΙΚΑΝΟΝ ΠΟΙΗ τῇ συγκλήτῳ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐξουσίαν, *si idonea ratione caverit, se in ipsius potestate futurum, sicut esset olim.* Budæus etiam apud Laërt. p. 205. ἱκανὸν ποιεῖν exponit *satisfacere, præstare quod poscitur*, uti citat Stephanus in Thes.

Ibid. v. 17. περιτιθέασιν αὐτῷ -- στέφανον.] Polyb. lib. 2. cap. 2. sub fin. ᾧ ποτ᾽ ἂν ἡ τύχη βουληθῇ ΠΕΡΙΘΕΙΝΑΙ τοῦτον τὸν ΣΤΕΦΑΝΟΝ.

Ibid. v. 25. ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν.] Καὶ positum est pro ὅτε, quomodo apud Hebraeos ו interdum poni pro כאשר non nego; nescio tamen, utrum Hebraeorum an Graecorum more magis locutus Marcus dicendus sit, cum simillimum exemplum exstet in Polybio lib. 15. cap. 27. pag. 995. lin. 6. a fine: *Quum autem vulgi in eam rem jampridem esset paratus impetus, nec quicquam deesset praeterquam qui hortaretur & daret incentivum, simul ac res coepta esset, repente incendium quasi quoddam effulsit.* οὐ γὰρ ἐγεγόνεισαν ὧραι τέσσαρες, ΚΑΙ πάντα τὰ γένη συμπεφωνήκει, καὶ τὰ στρατιωτικὰ καὶ τὰ πολιτικὰ πρὸς τὴν ἐπίθεσιν. *Nec dum enim quatuor elapsae erant horae, cum & militarium virorum & civium omnia genera ad insurgendum in Agathoclem consenserunt.* Eodem modo etiam Arrianus[1] particulam καὶ usurpat, de exped. Alex. 5, 24, 2: ἤδη τε ἦν ἀμφὶ τετάρτην φυλακὴν, ΚΑΙ οἱ βάρβαροι, καθάπερ ἐξηγγέλλετο Ἀλεξάνδρῳ, ἀνοίξαντες τὰς ὡς ἐπὶ τὴν λίμνην πύλας, δρόμῳ ἐπ' αὐτὴν ἐφέροντο. *Jamque erat circa quartam vigiliam, cum barbari, quemadmodum Alexandro significatum fuerat, effusi portis, quae ad stagnum vergebant, cursim eo ferebantur.* Ita etiam Joh. XVI. 16. & XIX. 14. ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη· ΚΑΙ λέγει. Unde apparet, particulam καὶ post nomina temporis usitate hoc sensu dici. Quem ergo *Beza* Hebraismum hic esse putat, nullus est.

Ibid. v. 28. ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα) Polybius de

de Sardanapali inscriptione sepulchrali loquens, λέγει γδ' ἡ ἐπιγραφὴ, *sic enim habet inscriptio*, pag. 1377. lin. 11. a fine.

Ibid. v. 29. οὐὰ) Non habetur hæc interjectio in Lexicis græcis; hinc eam Latinorum *Vah* esse putat *Grotius*. Et fieri omnino potuit, ut latinam particulam Græci fecerint suam. Neque tamen, quod ex isto Lexicographorum silentio suspicari quis possit, Marcus solus ea usus est, sed post eum etiam purissimus Scriptor Arrianus. Unde apparet, vocabulum illud tunc Græcis familiare fuisse, sive illud ipsi ex sese pepererint, sive ex aliis natum adoptarint. Adhibetur autem ut *vah*, ita etiam οὐὰ variis animi affectionibus significandis. Nam hoc quidem loco patet vocem esse *indignantium, & cum irrisione insultantium atque execrantium.* Apud Plautum vero vim habet *admirationis* Curcul. *Vah. C. Quid mirare?* Eodemque modo apud Arrianum dissert. lib. 3. cap. 23. pag. 364. lin. 8. a fine: ἐπαίνεσόν με. Τί λέγεις τὸ ἐπαίνεσον; εἰπέ μοι ΟΥΑ καὶ θαυμαστῶς. *Lauda me. Quid dicis lauda? Dic mihi, Vah, & mirabiliter.* Ita nempe se tunc laudari volebant philosophi, cum scholas haberent, ut subinde præ admiratione exclamarent auditores, οὐᾶ & θαυμαστῶς. Et pag. 367. lin. 3. *Hæc nimirum erit caussa, ob quam peregre proficiscentur homines adolescentiores, ac suos relinquent parentes, amicosque cum propinquis & possessiuncula,* ἵνα σοι ΟΥΑ φασιν, ἐπιφωνήματια

μάτια λέγοντι; ut tibi recitanti epiphonemata acclamem: Vah quam praclare!

Ibid. v. 39. Κεντυρίων) Quanquam habet græca lingua nomen *ἑκατοντάρχȣ*, placuit tamen Marco latinum. Neque tamen id quidquam officere puritati linguæ existimandum est: nisi & alios Scriptores peregrinitatis nomine notare velimus, interque eos Polybium quoque, apud quem multa occurrunt munerum militarium nomina latina, ut hoc ipsum Κεντυρίων@, pag. 654. lin. 15. a fine, & pag. 655. lin. 18. Δεκαδίων@, pag. 657. lin. 14. *ἐκτραορδιναρίων.* Sed hæc quidem tantum allegat, ut explicet; alia vero instar græcorum usurpat. Ita pag. 651. 660. 665. 675. vocat Αςάτες, Πρίγκιπας, Τριαρίες. p. 666. l. 11 a f. *τῶν* Πραιφέκτων nomen usurpat. p. 804. l. ult. *πατρικίες* nominat. Arrianus diss. lib. 4 cap. 10. pag. 502 lin. penult. dicit *κιρκήσια δοῦναι Circenses ludos exhibere.* De quo loco Stephanus in Thes. gr. ita: *Dicti putantur hi ludi a circo, in quo celebrabantur & spectabantur: atque ita vox esset e Latina ἐξελληνισθεῖσα.* Non tamen diffiteor, Polybium, quando græca suppetunt, latinis non fere uti. Ita nunquam *κεντυρίωνας* dicere animadverti, nisi eo loco, ubi id vocabulum exponit, sed semper *ταξιάρχες*, pag. 661. 669. 675. Attamen illud saltem hinc intelligitur, jam eo tempore, quo Polybius scripsit, ab hujusmodi vocabulis Latinis Græcos non abhorruisse. Quin imo & latina vox *κοόρτις* exstat,

ſtat, pag. 905. lin. 10. a fine, cum tamen alibi pag. 893. lin. 15. pro una cohorte dicat τρεῖς σπείρας.

Ibid. v. 43. Τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον) Similiter Arrianus de exp. 4, 20, 7. θαρσήσας ἀφίκετο πρὸς Ἀλέξανδρον. *Erecto in bonam ſpem animo ad Alexandrum venit.*

Ibid. v. 46. καθελὼν) Vocabulum in hoc argumento uſitatum. Sic Luc. XXIII. 53. Act. XIII. 29. & Polyb. lib. 1. cap. 86. pag. 121. lin. 15. a fine: *Captus etiam dux ipſe Hannibal: quem illico ad Spendii crucem adductum, poſt acerbos cruciatus,* ἐκεῖνον μὲν ΚΑΘΕΙΛΟΝ, τοῦτον δ' ἀνέθεσαν ζῶντα, *depoſito Spendii cadavere, vivum eidem infelici ligno affixerunt.*

Cap. XVI. 1. διαγενομένου τοῦ σαββάτου) *interjecto ſabbato, cum interceſſiſſet Sabbatum*, ut Act. XXV. 13. & XXVII. 9. Polyb. lib. 2. cap. 19. pag. 150. lin. 11. ΔΙΑΓΕΝΟΜΕΝΩΝ πάλιν ἐτῶν δέκα. Quod Eutropius in Breviar. pag. 126. lin. 28. dixerat: *vix quinque horis mediis*, id in metaphraſi Græca ita exprimitur: οὐδὲ πέντε διαγενομένων ὡρῶν. Herodian. lib. 1. p. 475. lin. 29. χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ ΔΙΑΓΕΝΟΜΕΝΟΥ, *haud ita multo poſt*; pro quo in Xenophonte Cyrop. lib. 5. pag. 272. lin. 22. οὐ πολλοῦ δὲ χρόνου μεταξὺ γενομένου. Euſeb. H. E. l. 1. c. 10. p. 28. med. ἐνιαυτοῦ δὲ ΔΙΑΓΕΝΟΜΕΝΟΥ.

Ibid.

Ibid. v. 17. Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει.) Polyb. lib. 17. extremo: *Ad quorum tempora ubi ventum fuerit,* οὐκ ὀκνήσομεν διασαφεῖν τὰ ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΗΣΑΝΤΑ ταῖς ἐξουσίαις αὐτῶν ἀπρεπῆ; *non pigebit nos turpia facta recensere, quæ ipsi dum in magna potentia erant, admiserunt.* Stephanus in Thes. hæc citat ex Dioscoride in præfatione lib. 6. τὰ ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΟΥΝΤΑ ΣΗΜΕΙΑ ἑκάστῳ τῶν φαρμάκων.

Ibid. v. 20. τὸν λόγον βεβαιοῦντος.) Polyb. lib. 15. cap. 11. pag. 975. lin. 20. *Videndum igitur illis esse, ne suam sibi ipsi, & sui Imperatoris gloriam, & partum virtute cognomen everterent;* ἀλλ᾽ ἀγωνισαμένους εὐψύχως, ΒΕΒΑΙΩΣΑΙ τὴν διαδεδομένην περὶ αὐτῶν φήμην, ὡς ὄντων ἀηττήτων, *sed fortiter decertando, late sparsam de se famam, quasi essent invicti, magis magisque firmarent.*

IN LUCAM.

CAP. I. 1. ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι) Optime *Casaubonus*, qui hæc verba simpliciter accipit pro ἀνετάξαντο, ut in simili Lucæ loco initio Actorum ἤρξατο ποιεῖν pro ἐποίησε. Qua de re Canonem habet *Glassius* Gram. Sacr. p. 236. *verba inchoativa completive intelligenda*, quem multis exemplis confirmavit. Nos unum etiam ex Xenophonte protulimus. Polybii autem verba γράφειν ἐπικεχειρήκαμεν eodem modo accipi

non

non possunt pro γεγράφαμεν. Versabatur enim, cum hæc scriberet, in operis sui initio. Siquidem libri duo priores quandam quasi præparationem continent, ut ea rectius intelligantur, quæ libro tertio narrare aggreditur, cujus libri tertii initio lin. 21. ita scribit: ὄντος γὰρ ἑνὸς ἔργου, καὶ θεάματος ἑνὸς τοῦ σύμπαντος, ὑπὲρ οὗ γράφειν ΕΠΙΚΕΧΕΙΡΗΚΑΜΕΝ· τοῦ πῶς καὶ πότε καὶ διὰ τί πάντα τὰ γνωριζόμενα μέρη τῆς οἰκουμένης ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν ἐγένετο. *Nam quum universa scriptio a nobis suscepta ad unius illius operis contemplationem referatur: quomodo, quando, & quamob caussam omnes orbis terrarum cognitæ partes imperio Romano fuerint subjectæ.* Eodem verbo utitur in ipsa illa præparatione lib. 2. cap. 37. initio: ἐπεὶ γὰρ οὐ τινας πράξεις, καθάπερ οἱ πρὸ ἡμῶν, οἷον, τὰς Ἑλληνικὰς ἢ Περσικάς, ὁμοῦ δὲ τὰς ἐν τοῖς γνωριζομένοις μέρεσι τῆς οἰκουμένης ἀναγράφειν ΕΠΙΚΕΧΕΙΡΗΚΑΜΕΝ, διὰ τὸ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς ὑποθέσεως ἴδιόν τι συμβεβλῆσθαι τοὺς καθ' ἡμᾶς καιρούς, ὑπὲρ ὧν σαφέστερον ἐν ἑτέροις δηλώσομεν. *Jam vero quia non alicujus populi gesta, ut fecere alii hactenus, verbi gratia Græcorum vel Persarum, commemoranda suscepimus: sed notarum orbis partium simul omnia: quando ad eam rem propria quædam subsidia nostra hæc ætas attulit, de quibus singillatim alibi dicemus.* Nequaquam vero hoc voluit dicere Polybius, se quidem ἐπικεχειρηκέναι, sed non τελειῶσαι, ut Theophylactus Lucam interpretatur. Quis enim dubitet, quin speraverit, se perfecturum opus, quod cœperat?

rat? Et credo, vel ominis caussa vitasset verbum tam inauspicatum, si is, qui se scribere aggressum dicit, necessario intelligendus esset non perfecisse. Quod tantum abest, ut idem etiam de iis usurpet, quos ait perfectissime historias scribere posse, lib. 12. cap. 16. initio: *Dicebat olim Plato, tunc fore beatas res hominum, quando vel philosophi essent regnaturi, vel Reges philosophiæ studiis vacaturi.* Κἀγὼ δ' ἂν εἴποιμι, διότι τὰ τῆς ἱστορίας ἕξει τότε καλῶς, ὅταν ἢ οἱ πραγματικοὶ τῶν ἀνδρῶν γράφειν ΕΠΙΧΕΙΡΗΣΩΣΙ τὰς ἱστορίας, μὴ καθάπερ νῦν παρέργως. *Ego quoque dixerim, bene tunc historiæ fore consultum, quando viri politici qui res gerunt, historias scribere serio, non ut nunc aliud agentes, instituerint.* Ex quo tam frequenti verbi hujus usu in historiæ scribendæ argumento apparet, illud huic rei quasi proprium esse. Habet tamen etiam significationem irriti conatus Act. IX, 29. Ut ἐπιχειρεῖν videatur tripliciter dici (1) de conatu sine effectu, loco Actorum modo citato; (2) de conatu cum effectu, apud Polybium & 2. Macc. II. 29. & (3) de effectu sine respectu ad conatum, hoc Lucæ loco, & Act. XIX. 13. item 2. Macc. VII. 19. Argumenta, quibus hæc interpretatio confirmatur, vide apud Dorscheum in Commentar. ad h. l. Cæterum pro ἀνατάσσεσθαι Polybius dicit συντάσσεσθαι pag. 177. lin. antepen. ἐκεῖνον περὶ τῶν ἰδίων ΣΥΝΤΕΤΑΧΕΝΑΙ πράξεων ὑπομνηματισμούς· *eum composuisse rerum a se gestarum Commentarios.* Quemodo ἀνὰ & σὺν idem valent etiam in verbis

bis

his ejusdem cum ἀναγράφεσθαι significationis, ἀναγράφειν & συγγράφειν. Sic Polyb. initio operis sui: εἰ μὲν τοῖς πρὸ ἡμῶν ΑΝΑΓΡΑΨΑΣΙ τὰς πράξεις παραλελεῖφθαι συνέβαινε τὸν ὑπὲρ αὐτῆς τῆς ἱστορίας ἔπαινον. *Si esset ab iis qui ante nos res gestas memoriæ mandarunt, historiæ ipsius prætermissa laudatio.* Et Arrianus item initio præfat. de exp. Alex. Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, καὶ Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου, ὅσα μὲν ταῦτα ἄμφω περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου ΞΥΝΕΓΡΑΨΑΝ, ταῦτα ἐγὼ ὡς πάντη ἀληθῆ ΑΝΑΓΡΑΦΩ. *Quæcunque Ptolemæus Lagi, & Aristobulus Aristobuli filius, de Alexandro Philippi filio consentientes inter se memoriæ prodiderunt, ea ipsa tanquam verissima conscribo.* Et ibid. n. 4. ἔστι δὲ ἃ καὶ πρὸς ἄλλων ΞΥΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ, ὅτι καὶ αὐτὰ ἀξιαφήγητά τέ μοι ἔδοξεν, καὶ οὐ πάντη ἄπιστα, ὡς λεγόμενα μόνον ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου, ΑΝΕΓΡΑΨΑ. *Nonnulla etiam ab aliis conscripta, quod & illa non indigna narratu judicarem, neque prorsus incredibilia, tanquam de Alexandro sparsa tantum, commemoravi.* Ubi licet videri queat ἀναγράφειν de eo usurpari, qui quæ ab aliis tradita sunt, *scribendo repetat*, uti verbum ξυγγράφειν Ptolemæo & Aristobulo tribuatur, qui primi res istas memoriæ prodiderunt, utpote quas non ab aliis acceperant, sed quibus ipsi interfuerant, partim etiam præfuerant; cujusmodi iterationem utique ἀνὰ significat in quibusdam compositis, ut ἀναβλέπω *visum recipio*, ἀναζάω *revivisco*: exempla tamen docent, promiscuum esse horum verborum usum. Nam

ἀναγράφειν exstat de Xenophonte, primo rei, quam refert, Scriptore, 2, 8, 18. & 1, 12, 8. 3, 30, 10. & de eodem Ptolemæo & Aristobulo 4, 14, 6. e contrario ipsa hæc de expeditione Alexandri narratio συγγραφὴ vocatur mox v. 5. & 1, 12, 7. & Hist. Ind. 19, 8.

Ibid. διήγησιν πραγμάτων] Polybius eodem sensu dicit τῶν πραγμάτων ἐξήγησιν *rerum narrationem*, lib. 1. cap. 3. pag. 4. lin. 30. & una voce πραγματείαν pag. 2. lin. 1. & pag. 3. lin. 16.

Ibid. v. 2. καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν] Simili ratione & Polybius certitudinem historiæ suæ adstruit lib. 3. cap. 48. in extremo: *Nos autem de hisce rebus eo majore fiducia scribimus, quia ab illis hominibus eas didicimus, qui temporibus illis vivebant.* Et lib. 4. cap. 2. pag. 376. lin. 2. a fine: *Ex quo fit, ut rerum dicendarum aliis ipsi interfuerimus: alias ab iis acceperimus, qui testes oculati fuere. Anteriorum siquidem temporum res gestas attingere, ut auditionem ex auditione scriberem, parum existimavi tutum: quod nec veritas illarum deprehendi, nec judicari posset de singulis.*

Ibid. αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου) Polybius αὐτόπτου voce sæpius utitur, ut pag. 6. lin. 13. pag. 275. lin. 6. pag. 814. lin. 15. pag. 986. lin. 1. quæ loca nihil attinet transcribere. Maxime vero huc pertinet is locus, quem & Vict. Strigelius in Hypomn. annotavit, ex lib. 3.

lib. 3. cap. 4. pag. 223. sub fin. *De quibus ut scriberem, magnitudo rerum quæ tunc acciderunt, & casus admirabiles me impulerunt.* Τὸ δὲ μέγιστον, διὰ τὸ τῶν πλείστων μὴ μόνον ΑΥΤΟΠΤΗΣ, ἀλλ᾽ ὧν μὲν συνεργὸς, ὧν δὲ καὶ χειριστὴς γεγονέναι· *atque illud etiam cumprimis, quod non solum spectator plerorumque omnium fueram; sed etiam adjutor nonnullorum, quorundam & auctor & administrator.*

Ibid. v. 3. παρηκολουθηκότι) Hujus verbi mihi videor triplicem potissimum deprehendere significationem. I. *Sequi, comitari, assectari, multum cum aliquo versari.* Plutarch. Pericle, ἀπῄει κοσμίως οἴκαδε, ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΟΥΝΤΟΣ τοῦ ἀνθρώπου, *abibat modeste domum, assectante homine.* Nec tantum persona, sed & res quælibet dicitur παρακολουθεῖν, ut Henr. Stephanus notavit. Herodian. lib. 4. τοῖς μὲν δυστυχήσασιν ἔλεος, τοῖς δὲ κρατήσασι φθόνος ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΕΙ. Plura exempla vide paulo inferius ex Eusebio. II. *Interesse alicui rei, in ea versari.* Demosth. epist. 1. pag. 108. A. ὅσα τυγχάνω δι᾽ ἐμπειρίαν καὶ τὸ ΠΑΡΗΚΟΛΟΥΘΗΚΕΝΑΙ τοῖς πράγμασιν εἰδώς. *Quæ per experientiam, & ut in rebus gerendis versatus, habeo cognita.* Quanquam Stephanus hoc loco παρηκολουθηκότα τοῖς πράγμασιν eum dici putat, qui rerum illarum cognitionem studiose persequutus est, ut eam sit consequutus. Vertitur etiam apud Polybium *interesse*, lib. 1. cap. 67. pag. 96. lin. 1. *Ad cæteras querelas etiam illud*

accedebat; quod existimabant, fecisse studio Carthaginienses, ut conscios duces operæ ipsis bello Siciliensi præclare navatæ, & facturum pollicitationum auctores, ad se non mitterent: τὸν μηδενὶ τούτων ΠΑΡΗΚΟΛΟΥΘΗΚΟΤΑ, τοῦτον ἐκπεπομφέναι, *cum venire jussissent, qui nulli rerum gestarum interfuisset.* Sed cum & hic interpretari quis possit *eum qui nullius harum rerum gnarus aut conscius erat*: aliis exemplis hanc significationem comprobemus. Lucianus in Symposio sive Lapithis, non longe a principio: LUC. *Atqui undenam, Philon, ista rescivit Charinus? neque enim is nobiscum aderat in convivio.* PHI. *E Dionico medico ajebat audisse sese. Porro Dionicus etiam ipse e convivarum numero fuit opinor.* LUC. καὶ μάλα, οὐ μὴν ἐξ ἀρχῆς γε οὐδ' αὐτὸς ἀπεσι παρεγένετο, ἀλλ' ὀψὲ, μεσούσης σχεδὸν ἤδη τῆς μάχης, ἐπέστη ὀλίγον πρὸ τῶν τραυμάτων. ὥστε θαυμάζω, εἴ τι σαφὲς εἰπεῖν ἐδύνατο, μὴ ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΗΣΑΣ ἐκείνοις, ἀφ' ὧν ἀρξαμένη ἐς τὸ αἷμα ἐτελεύτησεν αὐτοῖς ἡ φιλονεικία. *Fuit maxime: verum ne is quidem ab initio rebus omnibus fuit præsens, sed serius advenerat, media ferme pugna, pauloque ante vulnera. Proinde admiror, si quid comperti certive referre potuit, qui non ordine spectarit illa,* (sive qui non interfuerit illis) *unde inter illos nata lis, postea ad sanguinem usque deducta est.* Quem locum propterea integrum excerpendum duxi, quia illum Chemnitius in Harmonia pag. 36. in sensum alienum, vel potius contrarium allegat. In eadem significatione Josephus utitur contra Appionem libro pri-

primo: Δέον ἐκεῖνο γινώσκειν, ὅτι δεῖ τὸν ἄλλοις παράδοσιν πράξεων ἀληθινῶν ὑπισχνούμενον, αὐτὸν ἐπίστασθαι ταύτας ἀκριβῶς, ἢ ΠΑΡΗΚΟΛΟΥΘΗΚΟΤΑ τοῖς γεγονόσιν, ἢ παρὰ τῶν εἰδότων πυνθανόμενον. *Hoc sciendum est, debere eum, qui aliis verorum factorum narrationem pollicetur, ipsum primo illorum esse scientissimum, vel quod rebus ipsis interfuerit, vel quod eas ex iis cognoverit, qui ipsi viderunt.* III. *Mente atque intelligentia consequi, intelligere, cognoscere.* Cujus generis hæc affert exempla Budæus ex Æsch. ὑμᾶς τε βουλοίμην ἂν ἀκοῦσαι, καὶ προσέχειν νῦν, καὶ ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΕΙΝ εὐμαθῶς. Galen. περὶ ὑγιεινῶν, καὶ ταῦτα εἴπον ὑπὲρ τοῦ ἐνδείξασθαι, μὴ ῥᾴδιον εἶναι ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΕΙΝ βιβλίοις παλαιοῖς, ἄνευ τῶν ἐξηγουμένων αὐτά. *Hæc dixi, ut ostenderem, non facile esse, intelligentia consequi*, intelligere Hippocratis & *antiquorum scripta absque enarratoribus.* Josephus de Græcis loquens qui de Judæis scripserunt, οἷς συγγινώσκειν ἄξιον. οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς ἡμετέροις γράμμασι ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΕΙΝ. Polybius dicit παρακολουθῆσαι τῷ πῶς, καὶ πότε Ῥωμαῖοι τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤρξαντο προκοπῆς, *cognoscere quomodo & quando Romani meliore cœperint fortuna uti*, lib. 1. cap. 12. pag. 16. lin. 16. τῷ γὰρ πῶς, καὶ πότε, πταίσαντες αὐτῇ τῇ πατρίδι Ῥωμαῖοι, τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤρξαντο προκοπῆς· καὶ πότε πάλιν, καὶ πῶς κρατήσαντες τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, τοῖς ἐκτὸς ἐπιχειρεῖν ἐπεβάλοντο πράγμασιν, ἀναγκαῖον ὑπελάβομεν εἶναι ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΗΣΑΙ τοῖς μέλλουσι καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς νῦν αὐτῶν ὑπεροχῆς δεόν-

τοὺς συνόψεσθαι. *Cognitu necessarium duximus, quomodo & quando Romani, post ipsam etiam amissam patriam, meliore cœperint fortuna uti: ac rursus quando, & quomodo populis Italiæ imperio suo subjectis, de regionibus extra Italiam invadendis consilia inierint: siquidem velit aliquis illorum potentiæ fastigium, rite ac probe contemplari.* Et lib. 3. cap. 32. pag. 258. lin. 15. *Ideo qui putant opus nostrum propter numerum & amplitudinem librorum, ægre emptores aut lectores fore reperturum: hi videlicet ignorant, quanto sit facilius parare sibi & legere libros XL. continuo filo detextos* καὶ ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΗΣΑΙ σαφῶς ταῖς μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν καὶ Λιβύην πράξεσιν, ἀπὸ τῶν κατὰ Πύῤῥον ὑπὸ Τιμαίου συγγραφέντων καιρῶν ἐξηγήσεως εἰς τὴν Καρχηδόνος ἅλωσιν, *ex quibus recta serie percipias ac probe cognoscas, res in Italia quidem, Sicilia & Africa gestas, inde a temporibus, in quibus desinunt Timæi de Pyrrho historiæ, usque ad captam Carthaginem.* Item pag. 874. lin. 24. Unde nomen εὐπαρακολούθητον pag. 178. lin. 4. ὑπολαμβάνω δὲ, ῥᾴστην ἐμοί τ' ἂν γενέσθαι τὴν διήγησιν, καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ΕΥΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΗΤΟΝ τὴν μάθησιν. *Existimo autem & faciliorem mihi narrationem futuram, & lectoribus ad intelligenda rectè omnia expeditiorem viam.* Et pag. 526. lin. 15. a fine: Πρὸς δὲ τὸ ΕΥΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΗΤΟΝ καὶ σαφῆ γίνεσθαι τὴν διήγησιν, οὐδὲν ἀναγκαιότερον ἐπὶ ταύτης τῆς Ὀλυμπιάδος ἡγούμεθα εἶναι, τοῦ μὴ συμπλέκειν ἀλλήλαις τὰς πράξεις. *Ad lucem namque & facilem narrationis intelligentiam, faciendum omnino*

omnino duximus in hac Olympiade, ne res in illa gestas ne misceremus. Et Quintilianus lib. 4. cap. 1. pag. 228. genus caussæ δυσπαρακολούθητον interpretatur *obscurum.* Ex his significationibus secundam patet huic loco esse contrariam, cum ab aliis Lucas se sua accepisse dicat v. 2. De duabus reliquis autem primam amplectitur Eusebius aliquot locis Historiæ Ecclesiasticæ. Ita lib. 3. cap. 4. de Luca scribit: Εὐαγγέλιον χαράξαι μαρτύρεται, καθὰ παρέδοντο αὐτῷ οἱ ἀπαρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, οἷς καί φησιν ἐπάνωθεν ἅπασι ΠΑΡΗΚΟΛΟΥΘΗΚΕΝΑΙ. *quos etiam omnes se jamdudum assectatum esse profitetur.* Et paulo ante Lucas dicitur τὰ πλεῖστα συγγεγονὼς τῷ Παύλῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς δὲ οὐ παρέργως τῶν Ἀποστόλων ὡμιληκὼς, *multum versatus cum Paulo, nec non cæterorum haud negligenter consuetudine usus.* Quorum consuetudine & sermone adjutum Lucam Eusebius ait certam & indubitatam edidisse in Evangelio suo historiam, lib. 3. cap. 24. sub fin. τὸν ἀσφαλῆ λόγον, ὧν αὐτὸς ἱκανῶς τὴν ἀλήθειαν κατειλήφει, ἐκ τῆς ἅμα Παύλῳ συνουσίας τε καὶ διατριβῆς, καὶ τῆς τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων ὁμιλίας ὠφελημένος, διὰ τοῦ ἰδίου παρέδωκεν εὐαγγελίου. Eodemque sensu verbum παρακολουθεῖν idem sæpius usurpat, ut lib. 3. cap. 38. pag. 111. B. & D. item pag. 113. A. & pag. 192. A. Sed quo minus Eusebio assentiar, facit potissimum adverbium ἀκριβῶς *accurate*, quod verbo παρακολουθεῖν in significatione conversandi hic non satis congruit. Nam accurate cum quo versari,

hanc, opinor, haberet sententiam: summam adhibere diligentiam, ne offendamus eum, cum quo nobis consuetudo intercedit. Quæ sententia ad hunc locum nihil facit. Si autem παρακολυθεῖν pro cognoscere & discere accipiatur, aptissime convenit adverbium ἀκριβῶς. Quod si forte illam ἀκρίβειαν referendam dicas ad Lucæ studium discendi & sciscitandi: jam recedetur a significatione conversandi, & ex eo, quod Lucas familiariter Paulo cæterisque Apostolis usus est, intelligetur id, quod consecutum est illam familiaritatem. Et omnino, si quis accurate Eusebii interpretationem perpendat, in ea consequens pro antecedente poni animadvertet, nempe versari cum aliquo, pro discere ex eodem, quia familiaris usus maximam habet discendi opportunitatem. Quia vero ἀκριβῶς a conversandi notione hoc quidem loco est alienum, ad significandam autem discendi diligentiam appositissimum: non dubito, quin rectissime statuatur, παρηκολουθηκότι πᾶσιν significare πάντα μεμαθηκότι καὶ πεπυσμένῳ, *cum omnia didicerim & cognoverim*, ut interpretatur Budæus; qui cum olim idem quod Eusebius existimasset, postea sententiam mutavit, ut ipse testatur in Commentariis pag. 930. lin. 50.

B.

Ibid. ἄνωθεν) Euseb. Hist. Eccl. lib. 1. cap. 1. in fine: ΑΝΩΘΕΝ ἐκ πρώτης τῆς καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν οἰκονομίας κατάρξασθαι, *alte ab ipsius Christi incarnatione exordiri.* Polybius hoc sensu dicit

cit ἀνέκαθεν in fine cap. 35. lib. 2. ἀνέκαθεν ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν, *res altius repetitas a principio exponere.*

Ibid. v. 7. προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις) Sic Gen. XVIII. 11. XXIV. 1. & Jos. XXIII. 1. neque longe abit Polybius lib. 5. cap. 10. in fine: προβάινων κατὰ τὴν ἡλικίαν, *natu jam grandior.*

Ibid v. 17. ἐν φρονήσει δικαίων) Aliter, quam vulgo fit, totum hunc locum & distigvit & interpretatur eruditissimus *Lamb. Bos*, nempe hoc modo: *Et ipse praibit eum in spiritu ac virtute Eliæ, ut convertat corda parentum ad filios, & rebelles, suadendo justitiam, reddat Domino instructum populum.* Ut ἐν sit pro διὰ, & φρόνησις significet suasionem sive adhortationem, vox δικαίων autem in neutro genere accipiatur pro rebus justis sive justitia. Quod ultimum quidem eodem sensu & in Polybio exstat lib. 3. cap. 10. pag. 230. lin. 8. a fine: ὑπολαμβάνοντες αὐτοὺς νικήσειν τοῖς ΔΙΚΑΙΟΙΣ, *quod justis caussæ suæ freti victoriam sperarent.* Φρόνησις autem apud eundem opponitur τῇ ἀγνοίᾳ, lib. 5. cap. 88. pag. 598. lin. 17. Τοσοῦτον ἄγνοια καὶ ῥαθυμία διαφέρει παρ' ἀνθρώποις ἐπιμελείας καὶ φρονήσεως. *Adeo inter homines differunt imprudentia ignaviaque ab diligentia & prudentia.* Et ita apud alios quoque accipitur, & latine redditur *prudentia*: item *intelligentia.* Aristoteles lib. 6. cap. 5. Ethic. Nicom. eam definit ἕξιν ἀληθῆ μετὰ λόγου πρακ-

τικὴν περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακὰ, *quod sit Habitus cum ratione vera conjunctus, ad agendum idoneus, in iis occupatus, quæ homini bona & mala sunt.* Eodemque fere modo & in Rhetor. I, 9, 14. Item a Plutarcho in libro de virtute morali dicitur Φρόνησις esse virtus ποιητέα ἐπισκοποῦσα, καὶ μὴ ποιητέα. Quare in illa ingeniosissima interpretatione hoc forte quis desideret, quod in ea Φρόνησις accipiatur pro actu suadendi & consulendi aliis eosque adhortandi, cum apud auctores Græcos significet actum intelligendi & considerandi atque consultandi, ut exempla declarant.

Ibid. v. 20. εἰς τὸν καιρὸν) pro ἐν τῷ καιρῷ. Ita & Polybius lib. 4. cap. 1. pag. 375. lin. 7. a f. διὰ τὸ καὶ τοῦτο τὸ πολίτευμα παράδοξον ἐπίδοσιν λαβεῖν, ΕΙΣ τε ΤΟΥΣ πρὸ ἡμῶν καὶ καθ' ἡμᾶς ΚΑΙΡΟΥΣ. *Quoniam istorum respublica nostra & patrum nostrorum memoria admirandum cepit incrementum.*

Ibid. v. 25. ὄνειδος.) Polybius ἐκ παραλλήλου ponit ὄνειδος & προφορὰν lib. 9. cap. 27. in fine: ἄξιόν γε τὸ γεγονὸς ΟΝΕΙΔΟΥΣ καὶ προφορᾶς. *Facinus dignum quod vituperetur & exprobretur.* Nam Israëlitis quidem in probris fœminarum maxime in promptu erat, si cui sterilitas objici poterat, ut Tobiæ III. 9. & I. Sam. I. 6. item Gen. XVI. 5. XXX. 23. Jes. III. 28.

Ibid. v. 34. Πῶς ἔσαι τοῦτο,) Copiose de his ver-

verbis disputat *Derscheus* in Commentario, utrum ea sint admirantis, an vero dubitantis. Mihi vero videntur esse sciscitantis, ut ex ipsa hac interrogatione & Angeli responso apparet. Quis vero neget, rem tantam tamque subitam & inusitatam admirationi quoque fuisse Mariæ? Quin etiam aliquantulum dubitationis habuisse, vix dubitare licet per rationem illam quæstioni adjunctam: *virum non cognosco*; quod tamen mox Angeli verbis omne sublatum, fuit. Verum, qualiter animo affecta, fuerit Maria cum hæc diceret, ex tota rei serie, est judicandum, verbis quidem hisce id non exprimitur, in quibus, ut dixi, non nisi percontatio inest quærentis de modo rei ab Angelo prænunciatæ, qua ratione fieri possit, ut ipsa concipiat sine viri notitia. Est & apud Arrianum hujusmodi interrogatio πῶς ἐςι τῦτο dissert. lib. 2. cap. 14. pag. 185. lin. 6. a fine: Postquam enim τὸ ἔργον τῦ φιλοσοφῦντος exposuit, quod in eo versetur philosophi vita, ut omnibus rebus quæ fiunt quæque non fiunt, ita voluntatem suam accommodet, ut neque ipso invito quidquam fiat, neque volente non fiat, unde hoc consequatur, ut sine mœrore, sine metu, sine perturbatione omni vitam degat: tum hæc subjungit: τὸ ἔργον τῦ φιλοσοφῦντος τοιῦτόν τι φανταζόμεθα. λοιπὸν ἐφεξῆς τῦτο ζητῦμεν, ΠΩΣ ΕΣΤΙ ΤΟΥΤΟ. *In hujusmodi officiis versari philosophantem, nemo non sibi persuasum habet. Deinceps quærimus, quomodo hoc fiat,*

i. e. qua ratione posſit eo perveniri, ut nihil invitis accidat, & ſine perturbatione vivatur. Oſtendit enim poſtea viam, quæ ad hanc felicitatem ducat. Idem ergo hic eſt orationis ordo, qui apud Lucam, ut primo res incognita narretur, tum ſequatur interrogatio de modo illius rei, & tandem addatur modi explicatio. Quod vero Arrianus dicit πῶς ἐστι, ideo fit, quia multi jam facti fuerant & quotidie fiebant philoſophi; Maria autem πῶς ἔσται, quia nunquam tale quid factum fuerat.

Ibid. v. 38. ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου) Hæc verba Gronovius allegat tanquam exemplum eleganter omisſi verbi εἰμὶ, ad Arrian. Indic. 34, 12.

Ibid. v. 39. εἰς τὴν ὀρεινὴν) ἡ ὀρεινὴ ſæpe apud Polybium abſolute ponitur pro ὀρεινὴ χώρα, pag. 510. lin. 6. προῆγε διὰ τῆς ΟΡΕΙΝΗΣ, *per montana agmen ducebat*. pag. 557. lin. 16. *Hac regio Mediæ adjacet*, διειργούσης αὐτὴν τῆς ἀνὰ μέσον κειμένης ΟΡΕΙΝΗΣ, *montibus duntaxat interjacentibus ab ea ſeparata*. p. 576. lin. 6. a fine: ὑπερέβαλε τὴν ΟΡΕΙΝΗΝ *ſuperavit montes*. Item pag. 582. lin. 5.

Ibid. μετὰ σπουδῆς) Et hic loquendi modus Polybio familiaris, pag. 32. lin. 25. ΜΕΤΑ χαρᾶς καὶ ΣΠΟΥΔΗΣ ἀνήγοντο, *læti atque alacres in altum evehebantur*. pag. 39. lin. 18. ὑπεχώρουν ΜΕΤΑ ΣΠΟΥΔΗΣ, *recedebant feſtinato*. p. 459. lin.

lin. 12. ΜΕΤΑ ΣΠΟΥΔΗΣ. ἐποιεῖτο τὴν ἐπάνοδον, *iter in reditu magna contentione facit.*

Ibid. v. 49. ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα) Polybius, quem Suidas in voce μεγαλεῖον allegat, dixit, ΠΡΑΞΑΙ μὲν ὁλοσχερές τι καὶ ΜΕΓΑΛΕΙΟΝ οὐχ οἷοί τ' ἦσαν. *Nihil ad summam rei pertinens & magnificum efficere poterant.*

Ibid. v. 53. ἐνέπλησεν ἀγαθῶν) Ἀγαθὰ Græcis, Latinis *bona* appellantur in genere omnes facultates, opes & copiæ, ut apud Polyb. pag. 1127. lin. antep. καὶ παραβεβληκὼς εἰς χώραν εὐδαίμονα, καὶ γέμουσαν ΑΓΑΘΩΝ, ἔπλησε τὴν στρατιὰν παντοδαπῆς λείας. *Cumque in agrum opulentum & bonorum omnium ubere ac beata copia abundantem devenisset, præda omne genus exercitum suum implevit.* In specie vero *esculenta & poculenta*, uti exemplo ex Aristophane docuit Lambertus Bos; cui Latinum ex Cicerone addamus ad fam. lib. 9. epist. 20. in fine: *Sed cura, si me amas, ut valeas, ne ego te jacente, bona tua comedam.* Conf. Luc. XII. 18.

Ibid. v. 54. μνησθῆναι ἐλέους, [καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν,] τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.] In hujus loci distinctione sequor *Joach. Camerarium*, *Lucam Brugensem & Nort. Knatchbull*, qui verba καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, parenthesi includunt; & ista conjungunt, μνησθῆναι ἐλέους τῷ Ἀβραὰμ,

Ἀβραὰμ, κλ. *recordando misericordiæ Abrahamo* &c. ut & res & verba desumpta sint ex Ps. XCVIII. 3. Ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. *Recordatus est misericordiæ suæ Jacobo, & veritatis suæ domui Israël.* Conf. Mich. VII. 20. Cæterum in eorum gratiam, qui τῷ Ἀβραὰμ positum putant pro τὸν Ἀβραὰμ, exemplum non dissimile apponam, in quo eadem præpositio πρὸς, etiam cum quarto simul & tertio casu construitur. Polyb. pag. 956. lin. 13. a f. ἐγίγνοντο ΠΡΟΣ ἀναγωγὴν καὶ τοῖς προκειμένοις. *ad deducendas naves ipsi se accinxerunt, & ad ea quæ sibi proposuerant exsequenda.* Sic quoque ἐπὶ duplicem casum regit in eadem oratione, apud Arrian. de exp. Alex. 2, 2, 1. Φαρνάβαζος μὲν ἔπλει ΕΠΙ Λυκίας, Αὐτοφραδάτης δὲ ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους. *Pharnabazus in Lyciam navigat; Autophradates alias insulas petit.* Sed priorem interpretationem veriorem esse arbitror.

Ibid. v. 64. Ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ) Quod in editione Complutensi additur διηρθρώθη: quo verbo significatur soluta fuisse linguæ vincula, ut jam posset articulate & distincte loqui, ut Beza annotat: id factum est ab eo, cui vel cognitum non fuit, vel certe tunc in mentem non venit, etiam apud optimos Scriptores interdum unum verbum duobus nominibus adjungi, quorum tamen alteri tantum proprie conveniat. Sic apud Arrianum de exped. Alex. 7, 15, 5. *Ab Æthiopibus*

pibus quoque legati venerunt, & a Scythis Europam incolentibus, a Celtis etiam & Iberis, omnes amicitiam petentes, ὧν τά τε ὀνόματα καὶ τὰς σκευὰς τότε πρῶτον ὀφθῆναι πρὸς Ἑλλήνων τε καὶ Μακεδόνων, *quorum nomina ac cultum tum primum Graeci & Macedones cognoverunt.* Hic non magis nomina, conspici potuerunt, quam apud Lucam lingua aperiri. Aliud exemplum ex Homero habet Beza, σῖτον καὶ οἶνον ἔδοντες. Itaque non opus est, verbo ἀνοίγεσθαι novam ex Hebraeo idiomate tribuere notationem.

Ibid. v. 71. Σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν] Nomen σωτηρίας de iis dicitur, qui ab hostibus capti redimendi & in libertatem vindicandi sunt, apud Polybium pag. 695. sub finem: *Romam ut ventum, rogare & orare legati Senatum*, μὴ φθονῆσαι τοῖς ἑαλωκόσι τὴν ΣΩΤΗΡΙΑΝ, ἀλλ' ἐάσαι τρεῖς μνᾶς ἕκαστον καταβαλόντα ΣΩΘΗΝΑΙ πρὸς τοὺς ἀναγκαίους· τοῦτο γὰρ συγχωρεῖν ἔφασαν τὸν Ἀννίβαν· εἶναι δ' ἀξίους ΣΩΤΗΡΙΑΣ αὐτούς. *Ne captis reditum invideret: sed ternas quemque drachmas pro se sineret pendere, atque ad necessarios suos redire; per Hannibalem namque hoc licere sibi affirmabant. dignos porro qui in patriam reverterentur ipsos esse.*

Ibid. v. 78. ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, ἐπιφᾶναι] Translatio ab ortu lucis, de quo Polybius eodem modo loquitur lib. 3. c. 11. ineunte: *At Varro postero die*, ἄρτι τοῦ κατὰ τὸν ἥλιον ΑΝΑΤΟΛΗΣ ΕΠΙΦΑΙΝΟΜΕΝΗΣ, ἐκίνει τὴν δύναμιν, *vix dum illuscente Sole,*

Sole, copias eduxit. Eadem verba exstant pag. 892. lin. 10. Et pag. 495. lin. 6. a f. ἄρτι τ ἡμέρας ἐπιφαινούσης, *illucescente jam die.* Et pag. 745. τ δ' ἡμέρας ἐπιφαινομένης. pag. 878. lin. 8. a fine.

Ibid. τῦ κατευθῦναι τὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν) Liceat nobis post messem spicilegium agere in Xenophonte. Is simplex verbum εὐθύνειν plane hoc sensu habet in principio Cyropæd. lin. 30. *Omnia hæc armenta lubentius pastoribus suis obædire, quam homines magistratibus, reipsa perspici putabamus.* Πορεύονταί τε γὰρ αἱ ἀγέλαι, οἳ ἂν αὐτὰς ΕΥΘΥΝΩΣΙΝ οἱ νομεῖς, νέμονταί τε χωρία ἐφ' ὁποῖα ἂν αὐτὰς ἐφιῶσιν. *Nam pergunt armenta, quocunque pastores ea dirigunt, atque illis in locis pastum quærunt, in quæ ab ipsis dimittuntur.*

Ibid. v. 80. ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτῦ) Mirum sane, a viro summæ diligentiæ, Matth. Polo in Synopsi ad hunc locum prætermissam esse Mart. Chemnitii & Er. Schmidii interpretationem longe elegantissimam. Quorum ille *usque ad diem* ἀναδείξεως, *hoc est,* inquit, *quo peculiari vocatione divinitus & publice esset renunciandus populo Israël, ad quod officium missus esset a Deo; Usurpari enim hoc vocabulum, quando consules antea creati, populo publice designantur & renunciantur, eruditi norunt. Et 3. Esd. 1. de publicis officiis usurpatur, ut c. 1. & 2. quando rex designatur: c. 8. quando judices constituuntur.* Quam sententiam Schmidius amplis confirmat ex Plutarcho, Dione, & Act. I. 24.

I. 24. ἀνάδειξον ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα, ὃν ἐξελέξω. *Signo aliquo publice ostende alterum ex his duobus, quem (ad Apostolatum) elegisti*; quibus alia addi possunt ex Zosimi lib. 1. pag. 638. lin. 3. *Macrinum præfectum prætorii milites, qui ad urbem erant,* ΑΝΑΔΕΙΚΝΥΣΙ βασιλέα, *Imperatorem dicunt.* Ibid. lin. 20. Ἀλέξανδρον ΑΝΕΔΕΙΞΑΝ βασιλέα. Et lib. 2. pag. 695. lin. 20. ΑΝΑΔΕΙΚΝΥΣΙ Καίσαρα, *Cæsarem declarat.* Et Polyb. lib. 13. cap. 4. pag. 938 lin. 10. a f. ὧν προςάτην καὶ βασιλέα αὐτὸν ΑΝΑΔΕΙΞΑΣ. *Horum ille patronum & regem quum se constituisset.* Idem verbum de electione LXX. Discipulorum Lucas X. 1. usurpat, ut & Euseb. lib. 1. cap. 10. in fine, & alibi sæpissime de publica renunciatione. De verbo igitur non est dubium, quin, quod Schmidius ait, inter alia significet, *electum* ad aliquod officium vel dignitatem, *personam publice designare, renunciare, præsentare.* Nec de nomine ἀναδείξεως dubitari potest. Quanquam enim in Lexicis citatur sine exemplis, exstat tamen in hac eadem significatione apud Polybium lib. 15. cap. 24. pag. 992. lin. 11. a fine: *Tleopolemus & diem & horam designavit, qua sit diadema assumpturus. Quibus de rebus non sibi credere illos jubebat, sed iis qui rei veritatem nossent, & qui ex ipso negotio jam venirent. Simul hæc locutus, Critolaum induxit, qui aras etiam sibi visas diceret, in eam rem structas;* καὶ τὰ θύματα τὰ παρὰ τοῖς πλήθεσιν ἑτοιμαζόμενα πρὸς τὴν τοῦ διαδήματος ΑΝΑΔΕΙΞΙΝ, *& paratas a multitudine victimas, ad solemnia diadematis assumti*

fumti agitanda. Bene igitur Schmidius: *ἡμέρα ἀναδείξεως est dies ille, quo Johannes officium suum aggressus est, vocans ad pœnitentiam, Messiam jamjam præsentem indicans; & Baptismi Sacramento divinitus sibi injuncto, sese publice omnibus nova illa Ceremonia præsentans;* uti nempe Tlepolemus diademate assumendo regem se omnibus ostensurus, regnumque auspicaturus erat.

Cap. II. 1. δόγμα) Satis constat, δόγμα hic & Act. XVII. 7. esse *sententiam* sive *decretum* Principis. Quia tamen Henr. Stephanus in Thesauro gr. Lingv. non nisi unicum exemplum ex Herodiano profert, & statim subjungit: *Sed de placitis philosophorum potius dicitur*: ne quis putet, raram esse illam alteram significationem, aliquot loca allegemus ex Polyb. pag. 14. lin. 7. κυρωθέντος τοῦ ΔΟΓΜΑΤΟΣ ὑπὸ τοῦ δήμου, *qua sententia plebiscito confirmata.* Pag. 410. lin. 16. a fine: προθέμενοι τὰς προειρημένας αἰτίας ἐν τῷ ΔΟΓΜΑΤΙ; *superioribus omnibus belli caussis in prima parte decreti commemoratis.* Item pag. 411. lin. 6. & lin. 4. a f.

Ibid. πᾶσαν τὴν οἰκουμένην) Jam Polybius de Romanorum imperio interdum ita loquitur, quasi illud totum terrarum orbem complexum fuerit, cum tamen nondum tam late pateret, quam postea nascentis Salvatoris nostri tempore. Sic scribit lib. 6. cap. 48. extremo, pag. 686. lin. 8. a f. Ῥωμαῖοι δὲ τ Ἰταλιωτῶν αὐτῶν

ἐπι-

ἐπιλαβόμενοι δυναστείας, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ΠΑΣΑΝ *ὑφ' ἑαυτοὺς ἐποιήσαντο* ΤΗΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ. *At Romani populorum ipsius Italiæ dominationem semel nacti, brevi tempore totum orbem terrarum sui juris fecerunt.* Lib. 8. cap. 4. pag. 714. lin. 11. a f. dicitur fortuna opus maxime admirabile perfecisse, hoc nempe, *τὸ πάντα τὰ γνωριζόμενα μέρη τῆς οἰκουμένης, ὑπὸ μίαν ἀρχὴν καὶ δυναστείαν ἀγαγεῖν, ὃ πρότερον οὐχ εὑρίσκεται γεγονός. Ut omnes orbis terrarum cognitas ad hanc diem partes uni imperio ac dominatui subjiceret: quod nunquam antea factum invenitur.* Lib. 15. cap. 9. pag. 972. lin. 2. de prælio, quod Hannibal & Scipio commissuri erant, *Non Africam duntaxat vel Europam in potestate sua erant habituri, qui victores ab ea pugna discessissent; ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς οἰκουμένης, ὅσα νῦν πέπτωκεν ὑπὸ τὴν ἱστορίαν. ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι μετ' ὀλίγον. Verum & ceteras quoque orbis terrarum partes, quotquot hactenus in notitiam hominum venerunt. Quod quidem non multo post fieri contigit.* Eodem modo Dionysius Halicarnassensis affirmat, universam terram habitabilem Imperio Romano sua ætate paruisse, lib. 1. pag. 3. lin. 16. *ἡ Ῥωμαίων πόλις ἄρχει πάσης μὲν ἄρχει γῆς, ὅση μὴ ἀνέμβατός ἐστιν, ἀλλ' ὑπ' ἀνθρώπων κατοικεῖται. Romanorum civitas imperat per cunctas terræ plagas, quæ quidem inaccessæ non sunt, sed habitantur ab hominibus.* Sed levitatem hanc vocat Casaubonus ad Polyb. pag. 2. lin. 5. quam ipse olim jam castigarat. Polybii vero sui verba ita interpretatus, propterea eum dicere universum orbem terra-

rum imperio Romano subjectum, quod omnibus Europæ, Asiæ, Africæ populis, qui alicujus erant nominis, expressa fuerit impotentiæ confessio: jamque eo res redierit, ut e notioribus tunc gentibus nulla esset, quæ ex æquo cum populo Rom. agere auderet; omnes Reges, omnes civitates bene secum agi putarent, si precaria libertate fruerentur. Sed annon eadem ratione etiam Dionysius defendi potest, & quidem multo verius, quam Polybius, qui sane non minus disertis verbis l. c. lib. 6. cap. 48. universi orbis imperium Romanis tribuit, cum tamen tunc temporis plurimæ gentes nondum essent a Romanis subactæ, quæ Dionysii ætate in eorum erant ditione. Nam quod Polybius alibi moderatius loquitur, idem facit Dionysius pag. 3. lin. 41. ἔθνος δὲ οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, ἐστίν, ὃ περὶ τῆς κοινῆς ἡγεμονίας, ἢ τοῦ μὴ ἄρχεσθαι πρὸς αὐτὴν διαφέρεται. *Nec est ulla gens (ut ita dicam) quæ non agnoscat universorum dominam, aut detrectet ejus imperium.* Nam dum ait: (ὡς εἰπεῖν,) quæ Latinus interpres non recte vertit *ut breviter dicam*) satis indicat, ad vivum hæc resecanda non esse. Utuntur enim Græci ista formula, quoties aliquid minus proprie accipi, & quodammodo tantum vere dictum intelligi volunt. Et ita Polybii quoque verba restringenda esse, declarant alia ejusdem auctoris loca; quæ interpretatio multo est simplicior, & ut arbitror, verior quoque, quam ista Casauboni. Sic enim pag. 2. lin. 5. Polybius ait, *sub unius Po. Ro. imperium*

fuisse

fuisse redactum σχεδὸν ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην, *universum prope orbem terrarum.* Et pag. 3. lin. 6. Ῥωμαῖοί γε μὴν, οὔτινα μέρη, σχεδὸν δὲ πᾶσαν πεποιημένοι τὴν οἰκουμένην ὑπήκοον αὐτοῖς. *Romani, non partibus solummodo aliquot, sed universo fere terrarum orbe in jus ditionemque suam coacto.* Interdum simpliciter dicit τῆς οἰκουμένης imperium penes Romanos esse; ut pag. 1135. lin. 14. & pag. 1446. lin. 10. a fine. Puto autem Casaubonum propterea severiorem fuisse judicem in Dionysium Halicarnassensem, quod hic iniquior fuerit in Polybium, eumque aliquoties reprehendat, cui Casaubonus primas inter Historicos tribuit partes. Cæterum incusant hoc loco nonnulli Lucæ interpretes fastum Romanorum, quasi universi orbis dominium sibi arrogarint. Quod non improbabile videri posset, si quis Latinorum tam magnifice loqueretur. Apud Polybium vero unde talis suspicio? Neque ex levitate Græcorum id factum arbitror, Romanis, rerum Dominis, adulantium, sed ex vulgi potius arbitrio, minus accurate & hic, ut alias sæpe, loquentis, & πᾶσαν οἰκουμένην dicentis pro magna ejus parte. Aut si qua omnino ratio huic locutioni assignanda sit, crediderim, Polybium & Dionysium eo consilio id fecisse, ut hoc æquiore animo Græci imperium Romanorum paterentur. Certe utrique hoc fuit propositum, persuadere Græcis, ut jugum potentiæ Romanæ ferrent non gravate. Ita enim Polybius scribit lib. 3. cap. 4. pag. 223. lin. 4. ex fine

 hi-

historia manifestum fore omnibus, πότερα φευκτὴν, ἢ τοὐναντίον αἱρετὴν εἶναι συμβαίνει τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν, hoc est, *utrum Græci occasionem haberent detrectandæ Romanorum dominationis, an potius in illa acquiescendi.* Vide Comment. Casauboni ad pag. 2. lin. 4. Idem præ se fert Dionysius initio Antiquit. Roman. pag. 5. *Nec, quantum potero, quidquam memorabile omittam: ut nostri homines tandem veritate cognita, dignam tali civitate existimationem concipiant: nisi forte in eam iniquo penitus & efferato sunt animo; nec moleste ferant, justo se imperio subditos.* Cum vero talis caussa nulla fuerit Lucæ, cur πᾶσαν οἰκουμένην Cæsaris Augusti diceret: statuendum est, eum more vulgi locutum, & πᾶσαν οἰκουμένην vocasse omnem Romanæ ditionis orbem. Quem deinde morem imitata quoque est Ecclesia, appellando Concilia Oecumenica.

Ibid. v. 12. τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον) Frequens ellipsis verbi substantivi in hoc loquendi genere apud Polybium. Sic pag. 431. lin. 10. a f. σημεῖον δὲ τοῦ μέλλοντος. Pag. 434. lin. 3. σημεῖον δὲ τούτου. It. pag. 692. lin. 18. pag. 790. lin. 15. μέγιστον δὲ τούτου σημεῖον. It. pag. 1472. lin. 17. pag. 1486. lin. 4. Arrianus plenius de exp. Alex. 5, 1, 10. *Quod vero a Libero Patre ædificata sit,* καὶ τόδε σοι γενέσθω τεκμήριον, *hoc etiam tibi documento sit.*

Ibid. v. 15. οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες) Pleonasmus τοῦ ἀνθρώπου Græcis non infrequens. Arrian.

rian. exped. Alex. 2, 7, 7. ΔΟΥΛΟΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ἐλευθέρους ἐς χεῖρας ἥξειν, *liberos homines cum servis conflicturos.* Indic. 29, 6. ἔνθα ΝΟΜΑΔΕΣ τινὲς ΑΝΘΡΩΠΟΙ ᾤκεον, *quem locum quidam pastores incolebant.*

Ibid. v. 16. ἀνεῦρον) Optime *Chemnitius* noster verbi hujus vim explanat in Harmonia pag. 99. *Quod vero Lucas non simpliciter dicit*: invenerunt, *sed* ἀνεῦρον, *vult intelligi, factam esse in civitate Bethlehem a pastoribus diligentem inquisitionem. An illa nocte puerpera aliqua in stabulo peperisset, & ubi infans aliquis recens natus in præsepi reclinatus jaceret. Et post diligentem inquisitionem, ita invenerunt, sicut Angelus dixerat.* Nam ἀνευρίσκειν est *diligenter inquirere*, ἀνευρεῖν autem *diligenter inquisitum invenire.* Arrian. Epict. lib. 2. cap. 11. pag. 173. lin. 13. καὶ διατί ὃ ζητοῦμεν αὐτὸν καὶ ΑΝΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝ, καὶ ΑΝΕΥΡΟΝΤΕΣ λοιπὸν ἀπαραβάτως χρώμεθα; *Quare ergo non quærimus illam normam & investigamus, & quando invenimus deinde sine transgressione ea utimur?* Ita κτάομαι *acquiro*, κέκτημαι *acquisitum possideo.* Conf. Act. XXI. 4.

Ibid. v. 19. συνετήρει] Exstat hoc verbum eodem sensu apud Polybium pag. 1293. lin. 7. a f. ἡ δὲ σύγκλητος διακούσασα τῶν κατηγορούντων, οὔτ' ἀπέρριπτε τὰς διαβολὰς, οὔτ' ἐξέφαινε τὴν ἑαυτῆς γνώμην, ἀλλὰ ΣΥΝΕΤΗΡΕΙ παρ' ἑαυτῇ, διαπιστοῦσα καθόλου τοῖς περὶ τὸν Εὐμένη καὶ τὸν Ἀντίοχον. *His auditis Senatus, neque criminationes re-*

fuit, neque tamen [illegible] suam; sed etiam apud se habuit; Eumeni atque Antiocho in omnibus rebus diffidens.

Ibid. v. 29. ἀπολύεις) Ad eum fere modum etiam Epictetus de morte loquitur lib. 1 cap. 9. pag. 42. lin. 8. af. *Ἄνθρωποι, ἐκδέξασθε τὸν θεόν, ὅταν ἐκεῖνος σημήνῃ καὶ ΑΠΟΛΥΣῌ ὑμᾶς ταύτης τῆς ὑπηρεσίας, τότ' ΑΠΟΛΥΕΣΘΕ πρὸς αὐτόν. Homines, exspectate Deum; quando ille significaverit ac dimiserit vos ab hoc ministerio, tunc discedite ad ipsum.* Et Ælianus Var. Hist. lib. 13. cap. 20. dicit ἀπολύεσθαι τοῦ ζῆν pro *mori*. Polyb. pag. 263. lin. 20. εἰς τὴν οἰκίαν ΑΠΕΛΥΣΕ, *domum quemque suam dimisit.*

Ibid. v. 38. ἀνθωμολογεῖτο] Vox hæc, qvæ in N. T. est τῶν ἅπαξ λεγομένων, multis locis occurrit apud Polybium, sed in significatione *confitendi* & *consentiendi*, atqve *conveniendi inter se de re aliqua*, qvæ huic loco non convenit. Qvare hic potius consulendi & seqvendi sunt LXX. interpretes, qvibus hoc verbum notat *laudare*, Esdr. III, 11. Ps. LXXIX. 14. ut ἀνθωμολογεῖτο hic idem sit qvod supra v. 28. εὐλόγησε, & ἐξομολογεῖσθαι Matth. XI. v. 25. & ὁμολογεῖν Hebr. XIII, 15. ita tamen ut vim suam non amittat præpositio ἀντὶ, sed intelligatur Anna idem fecisse qvod Simeon, eiqve in celebranda laude divina qvasi respondisse. Fateor qvidem, ἀνθομολογεῖσθαι sæpe nihil amplius, qvam ὁμολογεῖν

γεῖν

γεῖν significare; attamen cum hic Simeoni ὁμολογῦντι socia adjungatur Anna ἀνθομολογεμένη, qvis particulam ἀντὶ supervacaneam esse credat? Nam & in illa altera significatione apud Polybium interdum simplicis notionem habet, interdum compositi. Posterioris exemplum perspicuum est lib. 10. cap 42. pag. 859 lin. 15 a f. τῦτο δ' ἔςαι χάριν τῦ διὰ ταύτης τ̃ πυρσείας ἑαυτοῖς ΑΝΘΟΜΟΛΟΓΗΣΑΣΘΑΙ, ἀντὶ προσέχεσι. *Id autem ea propter facient, ut ex ejusmodi facum elevatione liquido constet inter ipsos, animum advertere utrumque.* Qvin imo in cæteris qvoqve exemplis plerisqve aliqva vis præpositionis deprehendetur, licet non ita manifesta. Ut pag. 617. lin. 10. a f. ΑΝΘΟΜΟΛΟΓΗΣΑΜΕΝΟΙ πρὸς σφᾶς ὑπὲρ τῶν κατὰ μέρος. *Postquam de singulis conditionibus inter ipsos convenisset.* Pag. 932. lin. 8. a f. *Quod autem historiæ ardua cumprimis res sit*, αὐτὸν ΑΝΘΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝΟΝ εὐχερὲς παρέχεσθαι τὸν Τίμαιον, *confitentem ipsum Timæum exhibere facile est*. Pag. 985. lin. 1. Senatus legatos misit τὰς ΑΝΘΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΕΝΟΥΣ περὶ τούτων, *qui in propositas leges pacis consentirent*. Pag. 1242. lin. 8 a f. πᾶσι τοῖς εἰρημένοις ἀνθωμολογήσατο, *omnibus quæ dixerat est assensus*. Pag. 1321. lin. 6. a f. ὧν ἀνθομολογησαμένων, *quorum ubi consentiens eorum orationi testimonium est auditum*. Dicitur quoque de reis, facinus, cujus arguuntur, confitentibus pag. 994. lin. 17. & pag. 1448. l. 4. a f. & pag. 1384. lin. 14. a f. In quibus omnibus, ut & pag. 558. lin. 9. & pag. 847. lin. 19. a f. non plane nulla vis

 est

est propositionis ἀντὶ, quam in Luca negat esse *Grotius.*

Ibid. v. 40. χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό.] Sic Act. IV. 33. χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς. Alii legunt ἐπ' αὐτῷ, ne sic quidem male, cum apud alios Scriptores reperiatur χάρις ἐπεστι αὐτῷ, quod idem est ac χάρις ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ. Ita Plutarch. de anim. prud. τοῖς αὐτοφυέσι καὶ τοῖς ἀδιδάκτοις γνωρίμασιν ὅση μοῦσα καὶ ΧΑΡΙΣ ΕΠΕΣΤΙΝ. Et Polyb. lib. 4. cap. 77. pag. 472. lin. 27. *Enimvero non est facile regem invenire, majoribus a natura dotibus ad parandum imperium necessariis ornatum;* καὶ γὰρ ἀγχίνοια, καὶ μνήμη, καὶ ΧΑΡΙΣ ΕΠΗΝ ΑΥΤΩ διαφέρουσα· πρὸς δὲ τούτοις, ἐπίφασις βασιλικὴ καὶ δύναμις· τὸ δὲ μέγιστον, τόλμα καὶ τόλμα βασιλική. *Nam & sollertia mentis, & memoria, & venustate eximia praestabat: accedebat eo vultus speciesque regia & quaedam majestas: supra omnia erat navitas & audacia bellica.* Ubi quod ab interprete χάρις vertitur venustas, nimis id quidem angustum est, quin imo plane incongruum: Venustas enim in mulieribus laudatur, viros alia quaedam pulchritudo decet, quam Cicero formae dignitatem vocat offic. I. 1. c. 36. Cornel. Nep. II. 3. 1. imperatoriam formam, Plinius Paneg. cap. 4. dignitatem oris, Polybius hoc loco ἐπίφασιν βασιλικήν. χάρις autem complectitur, non tantum corporis pulchritudinem, sed etiam suavitatem oris atque orationis, ut Luc. IV. 22. Ephes. IV. 29. Coloss. IV. 6. quomodo

modo & Petronius loquitur, Satyr. p. 69. *Hæc ipsa cum diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis.* Unde apud Plutarchum in Alcibiade ἡ τȣ̃ λόγȣ χάρις dicitur pro *eloquentia.* Complectitur præterea affabilitatem, humanitatem, morum elegantiam atque moderationem omnium dictorum & factorum, decorum in gestibus motibusque corporis elucens, omnia denique, quæ vel oculis vel auribus cum jucunditate quadam percipiuntur, & ad eum amandum, in quo illa inesse cernimus, nos impellunt. Epictetus vocat χάριν φυσικὴν apud Arrianum lib. 3. c. 22. pag. 355. lin. 8. a fine: δεῖ δὲ καὶ ΧΑΡΙΝ ΠΡΟΣΕΙΝΑΙ πολλὴν φυσικὴν τῷ Κυνικῷ. *Oportet vero etiam gratiam magnam naturalem insitam esse Cynico.* Nos diceremus Annehmlichkeit. A qua nequaquam pulchritudinem excludimus, secuti cum Theologo summo *Joanne Fechtio*, Præceptore & Patrono nostro venerando statuimus, eam in Christo tantam fuisse, ut *efficacissima fuerit ad demerendum sibi hominum amorem*, in *exercitatione* lectu suavissima *de forma faciei Christi* pag. 393. sub. fin. ita eandem quoque verbo *gratia* vel maxime significari existimamus. Id igitur verbum hoc valet: Gratum atque jucundum omnibus, quibuscum vixerit, puerum hunc fuisse. Quia vero Dei nomen additur, summa & divina intelligitur gratia, quam Deus huic puero peculiariter largitus erat, ut omnes in amorem sui alliceret, & vere in eum caderet, quod iste de se falso prædicat apud Comicum Eun. 3, 1, 5. *esse*

ἦσαν datum ipsi, ut essent grata, quae faciebat, omnia; Er hatte die Gnade von GOtt. Ita terror Dei 1. Sam. XIV. 15. sopor Domini 1. Sam. XXVI. 21. dicitur, quia a Deo esset immissus; & Act. VII. 20. Moses vocatur ἀστεῖος τῷ Θεῷ, quia divino munere hanc dotem acceperat, qua filiae Pharaonis tantopere placebat, ut eum sibi filii loco esse cuperet. De cujusmodi loquendi generibus vide *Glassii* Gr. Sacr. p. 62. & seqq. Et ita hunc locum exponunt quoque Theologi nostrates, *Chemnitius* in Harm. pag. 140. & *Winckelmannus* Comm. in Lucam.

Ibid. v. 44. ἐν τῇ συνοδίᾳ] *in comitatu* una iter facientium. Arrian. dissert. Epict. lib. 3. pag. 418. lin. 6. a fine: *Viatores paulo cautiores idem faciunt. Infestari viam latrociniis si quis illorum audierit, iter solus non audet ingredi*, ἀλλὰ περιέμεινε ΣΥΝΟΔΙΑΝ ἢ πρεσβευτοῦ, ἢ ταμίου, ἢ ἀνθυπάτου· καὶ προσκατατάξας ἑαυτὸν, παρέρχεται ἀσφαλῶς, *sed exspectat comitatum vel legati, vel quaestoris, vel proconsulis; iisque se adjungens tuto carpit iter.*

Ibid. ἦλθον) *iverunt, profecti sunt*. Recte *Beza*, Apparet, inquit, ἔρχεσθαι positum esse pro ἰέναι, id est, *iter facere*. Sic enim Arrian. de exped. Alex. 3, 21, 5. ΕΛΘΩΝ δὲ τὴν νύκτα ὅλην. *Tota itaque nocte continuato itinere*. Et 4, 29, 3. & Indic. 26, 6. ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην καταίρουσιν ἐς Κώλτα, σταδίους ΕΛΘΟΝΤΕΣ διηκοσίους. *Postridie in Calta ve-*

venerunt, C.C. *stadiis emensis*. Sic & 6, 24, 3. *Alexandrum vero non ignorata ejus itineris difficultate*, ταύτῃ ἘΛΘΕΙΝ, *illac profectum*. Et 7, 10, 4. Conf. Annot. Xenoph. ad Joh. VI, 17.

Ibid. ἡμέρας ὁδὸν) Subaudiendum μιᾶς. Notus mos itinerum spatia & locorum intervalla dierum numero notandi. Polyb. pag. 739. lin. 10. Ἀπεῖχε δὲ τῷ στρατοπέδῳ ΤΡΙΩΝ ΗΜΕΡΩΝ ΟΔΟΝ τῆς Τάραντος. *Distabant autem ejus castra a Tarento dierum trium iter*. Sic etiam pag. 809. lin. 23. & pag. 855. lin. 8. a fine. Arrian. exp. 3, 19, 8. 3, 20, 3.

Cap. III, 5. ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν] Subaudiendum ὁδὸν, uti apud Arrianum etiam de exp. Alex. 3, 7, 6. οὐκ ΕΥΘΕΙΑΝ δὲ ἐπὶ Βαβυλῶνος ἦγεν, ἀπὸ τῆς Εὐφράτε ὁρμηθεὶς· ὅτι ΤΗΝ ΕΤΕΡΑΝ ἰόντι, εὐπορώτερα τὰ ξύμπαντα τῷ στρατῷ ἦν. *Neque vero recta via ab Euphrate movens Babylonem contendit, quod alia via ad exercitum ducendum commodior esset*. Et 6, 28, 1. τὴν διὰ Καρμανίας ἦγεν, scil. ὁδὸν. & v. 12. nec non 6, 29, 1. Plura exempla vide apud. Lamb. Bos de Ellipf. Græcis sub voce ὁδός.

Ibid. v. 13. πράσσετε] Verbum hoc, quod ex Xenophonte jam ostendimus, de quibusvis pecuniarum exactionibus dicitur; peculiariter vero tribuitur hoc loco vectigalibus, uti & apud Polybium lib. 4 cap. 47 pag. 437. lin. 3. Μεγάλας δὲ

δὲ γινομένης τῆς ἀλυσιτελείας καὶ δυσχερείας πᾶσιν ἀπὸ τῦ τέλος ΠΡΑΤΤΕΙΝ τοὺς Βυζαντίους τῶν ἐξαγομένων ἀπὸ τῦ Πόντου, δεινὸν ἡγῦντο. *Ubi vero Byzantiis Pontica merces vectigal pendere cœperunt, mox omnes ex ea re damnum ingens atque incommodum sentire, facinusque indignum dicere.* Et cap. 52. pag. 442. lin. 10. a f. Βυζαντίους μὲν, μηδένα ΠΡΑΤΤΕΙΝ τὸ διαγώγιον τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεόντων. *Ne Byzantiorum populus portorii nomine qvicqvam ab illo eorum exigeret, qvi in Pontum navigant.* Qvare qvod Camerarius ait, plenam orationem esse πράσσειν χρήματα, adducto Xenophontis loco: mallem ego ex Polybii verbis modo allegatis τέλος πράττειν, qvod magis etiam proprium est publicanis. Unde Chemnitius, *Convenit hic locus*, inqvit, *cum Paulo Rom. XIII. 7. de solvendis vectigalibus & tributis.*

Ibid. v. 14 Μηδένα διασείσητε) Dudum Interpretes ad h. l. docuere, διασείειν esse *terrore incusso alteri aliqvid extorqvere.* Qvod crimen *concussionem* vocant JCti. Utitur hoc verbo Polybius de Philippo Macedonum Rege, qvem narrat liberos maritosque metu coegisse, ut se stupro coire cum ipsorum matribus & uxoribus paterentur, in Excerptis de virtut. & vit. pag. 1390. lin. ult. *Neque jam mulieres viduas sollicitabat, aut maritas; sed si qua oculis placuerat, pro imperio ad se evocabat. Quæ non illico paruissent, iis contumeliam faciebat, pro ædibus earum commissabundus.* καὶ τῶν μὲν τοὺς υἱοὺς, τῶν δὲ τοὺς ἄνδρας

ἀνα-

ἀνακαλουμένους ἐστὶ προφάσεσιν ἀλόγοις ΔΙΕΣΕΙΕΝ, καὶ πολλὴν ἀσέλγειαν ἐναπεδείκνυτο καὶ ἀνδρογυνομίαν. *Atque harum quidem liberos, harum viros accitos varia causatus territabat, maximamque impudentiam ac libidinem ostentabat.*

Ibid. ὀψωνίοις ὑμῶν) Quid opsonii appellatione intelligatur omnes norunt. Hic autem pro stipendio militari accipitur, quia non modo pecunia, sed etiam cibaria militibus dabantur. Polyb. lib. 6. ὀψώνιον δ᾽ οἱ μὲν πεζοὶ λαμβάνουσι τῆς ἡμέρας δύο ὀβολοὺς· οἱ δὲ ταξίαρχοι διπλοῦν· οἱ δ᾽ ἱππεῖς δραχμήν· σιτομετροῦνται δ᾽ οἱ μὲν πεζοὶ, πυρῶν, Ἀττικοῦ μεδίμνου δύο μέρη, μάλιστά πως. οἱ δ᾽ ἱππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο. Τῶν δὲ συμμάχων οἱ μὲν πεζοὶ τὸ ἴσον, οἱ δ᾽ ἱππεῖς πυρῶν μὲν μέδιμνον ἕνα καὶ τρίτον μέρος, κριθῶν δὲ πέντε. δίδοται δὲ τοῖς μὲν συμμάχοις τοῦτ᾽ ἐν δωρεᾷ· τοῖς δὲ Ῥωμαίοις τοῦ τε σίτου καὶ τῆς ἐσθῆτος, κἂν τινος ὅπλου προσδεηθῶσι, πάντων τούτων ὁ ταμίας τὴν τεταγμένην τιμὴν ἐκ τῶν ὀψωνίων ὑπολογίζεται. Id est, *Stipendium accipiunt pedites, obolos duos singulis diebus: ductores ordinum, duplum: equites drachmam. Triticum autem datur peditibus, Attici medimni ex tribus duae circiter partes: equitibus hordei septem medimni, singulis mensibus, tritici, duo. Sociis, pediti aequa portio: equiti, tritici medimnus & tertia pars: hordei quinque medimni: daturque id sociis muneri: sed Romanis, si frumento, veste, aut armis aliquibus eguerint, quaestor constitutum earum omnium rerum pre-*

pretium ex eorum stipendiis subducit. Hæc ille, ex quibus intelligi potest, quæ fuerit olim ipsorum quoque militum Romanorum frugalitas. Nam drachma circiter tribus assibus regiis & semisse, obolus septem denariolis, medimnus sex modiis Romanis Budæi calculo æstimatur. Hæc Bez. ex Polybio nostro, in quo ista habentur lib. 6. cap. 37. pag. 673.

Ibid. v. 20. Προσέθηκε) Scelera scelere auxit. Quo sensu idem verbum & in Polybio exstat pag. 1265. lin. 9. a fine. Τούτων δ' ἑξῆς τὰ συνεχῆ ἐξειργάζοντο, καὶ ΠΡΟΣΕΤΙΘΕΣΑΝ, ποιοῦντες ἀναπολόγητον τὴν ἁμαρτίαν. *Secundum hæc etiam reliqua convenienter istis administrarunt, tandemque peccata peccatis adeo cumularunt, ut excusationi nullus relinqueretur locus.*

Ibid. v. 25. υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἠλὶ,] *filius Joseph, qui* Joseph *fuit filius Heli.* Ita enim Græci loquuntur in genealogiis recensendis. Ut Polyb. lib. 4. cap. 35. pag. 423. lin. 7. ζῶντος δὲ Ἱππομέδοντος ἀκμὴν, ὃς ἦν υἱὸς Ἀγησιλάου ΤΟΥ Εὐδαμίδου. *Hippomedonte quoque ipso adhuc vivente, Agesilai filio & Eudamidæ nepote:* Ibid. lin. 7. Ἀγησίπολιν, ὄντα μὲν παῖδα τὴν ἡλικίαν, υἱὸν δὲ Ἀγησιπόλιδος ΤΟΥ Κλεομβρότου. *Agesipolim, ætate quidem puerum; sed filium Agesipolidis, cui Cleombrotus pater.* Arrian. exped. Alex. 1, 16, 5. Ἀρβουπάλης ὁ Δαρείου ΤΟΥ Ἀρταξέρξου παῖς. *Arbupales Artaxerxis ex Dario nepos.*

Cap.

Cap. IV. v. 18. τὰς συντετριμμένας τὴν καρδίαν,) Συντρίβεσθαι accipitur pro *dolore & tristitia veluti conteri & contundi*, apud Polybium pag. 1220. lin. penult. *Callicrates ubi in Achajam est reversus, metum P. R. omnibus incutere, & renunciatione legationis suæ omnes terrere*, καὶ ΣΥΝΤΡΙΨΑΣ τὰς ὄχλας, *universæ denique multitudinis animos dejicere*. Et pag. 1266. lin. 20. *Et lemborum adventus, & numerus ingens occisorum equitum, & Gentii transitus ad Persei partem*, ΣΥΝΕΤΡΙΒΕΝ ἀυτὰς, *animos illi dejiciebant*. Item pag. 1298. lin. 10. *Cæterum ubi per Græcorum civitates responsum illud est vulgatum, quod Achæis dederant Romani super illis qui accusati fuerant*, τὰ μὲν πλήθη ΣΥΝΕΤΡΙΒΗ ΤΑΙΣ ΔΙΑΝΟΙΑΙΣ· καὶ τις οἷον ἀπελπισμὸς ὑπέδραμε τὰς ἀνθρώπας, *vulgo omnium dejecti sunt animi, desperatione quadam mentes invadente*. Pag. 1130. med. ΣΥΝΤΡΙΒΕΙΣ ΤΗ ΔΙΑΝΟΙᾼ, καὶ δυσελπίσας, *fractus animo, & desperans rebus suis*.

Ibid. κηρύξαι) Polyb. pag. 585. lin. 3. ΚΗΡΥΞΑΝΤΕΣ τοῖς δέλοις ἐλευθερίαν, *servis ad libertatem vocatis*.

Ibid. ἀποστεῖλαι) Polyb. lib. 5. cap. 10. pag. 500. lin. 17. a f. χωρὶς λύτρων ΑΠΟΣΤΕΙΛΑΣ τὰς αἰχμαλώτας, *cum captivos gratis dimisisset*.

Ibid. v. 27. ἐπὶ Ἐλισσαίε) Ita Epictetus dicit ἐπ' ἐμᾶ *meo tempore, cum ego illic essem*, lib. 3. cap. 23. pag. 365. lin. 6. a f.

Cap. V. 8.) Προσέπεσε τοῖς γόνασι] Arrian. Indic. 36, 1. πίπτει αὐτῷ πρὸς τὰ γόνατα, *ei ad genua provolvitur.*

Ibid. v. 9. συνέλαβον] Verbum hoc in genere significat *comprehendere* sive *capere.* Arrian. de exped. Alex. 3, 21, 6. Δαρεῖον δὲ πεπύθετο, αὐτὸν μὲν ΣΥΝΕΙΛΗΜΜΕΝΟΝ ἄγεσθαι ἐφ' ἁρμαμάξης. *De Dario certior factus est captivum illum in curru portari.* It 6, 29, 4. & 7, 4, 1. ΞΥΛΛΑΒΩΝ ἀπέκτεινε, *comprehensos necavit.* Speciatim dicitur de captura piscium sive margaritarum, Indic. 8, 12. *Regem suum etiam aut reginam margaritas habere, ut apes:* καὶ ὅστις μὲν ἐκεῖνον κατ' ἐπιτυχίην ΞΥΛΛΑΒΟΙ, τοῦτον δὲ εὐπετέως περιβάλλειν καὶ τὸ ἄλλο σμῆνος τῶν μαργαριτῶν. *Ac si forte contingat regem capi, reliquum etiam margaritarum examen celeriter ab eodem circumcingi.*

Cap. VI. 22. ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν) Ut ὀνειδίζειν est *probare jacere in præsentes*: ita ἐκβάλλειν τὸ ὄνομα ὡς πονηρὸν fortasse est *absentium nomina, tanquam pessimorum hominum, abominari, eaque non nisi cum execratione quadam appellare.* Notat enim ἐκβάλλειν inter alia *rejicere, reprobare, aspernari,* apud Polybium lib. 1. cap. 14. pag. 18. lin. 22. ἐν μὲν οὖν τῷ λοιπῷ βίῳ τὴν τοιαύτην ἐπιείκειαν, ἴσως οὐκ ἄν τις ΕΚΒΑΛΟΙ. *Sane quidem in cæteris vitæ partibus ejusmodi æquus animus non sit fortasse aspernabilis.* Grotius interpretatur, *absentium nomen, ut improborum hominum, differre rumoribus,* per

Hebraismum ex Deut. XXII. 19. Sed nihil in utramvis partem affirmare ausim, cum neque in Deuteronomio, neque in Polybio totum hoc loquendi genus exstet. Neque enim existimo, in hujusmodi vulgaribus sermonis formulis, qualis hæc fuisse videtur, judicandam esse sententiam ex singularum vocum significatione, sed ex communi loquentium usu.

Ibid. v. 37. *μὴ κρίνετε καὶ οὐ μὴ κριθῆτε.*) *Κρίνεσθαι* Arriano dicuntur, de quibus in judicio agitur; *κατακρίνεσθαι* qui condemnantur, dissert. Epict. lib. 1. cap. 1. sub fin. *Agrippino nunciabatur*, *ὅτι* ΚΡΙΝΗ *ἐν συγκλήτῳ*, *de te agitur in Senatu.* Paulo post: *λέγει τις αὐτῷ, ἔλθ' ὅτι κατακέκρισαι. Dicit ei quis: abi, quoniam damnatus es.*

Ibid. v. 40. *κατηρτισμένος*) *perfectus.* Quo sensu est apud Polybium lib. 5. cap. 2. pag. 490. lin. 9. *Ἠθροισμένων δὲ τῶν πλοίων, καὶ τῶν Μακεδόνων ἤδη ταῖς εἰρεσίαις* ΚΑΤΗΡΤΙΣΜΕΝΩΝ, *σιτομετρήσας καὶ μισθοδοτήσας ὁ βασιλεὺς τὴν δύναμιν, ἀνήχθη.* *Ubi classis convenit, & Macedones satis magnum jam usum remigandi visi sunt habere, Rex frumentum exercitui mensus, & stipendio quoque numerato, e portu solvit.* Hic *ταῖς εἰρεσίαις κατηρτισμένοι* dicuntur *in remigando satis exercitati & perfecti.* De iisdem enim paulo ante ait pag. 489. lin. 25. *ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ τὸ τῶν Μακεδόνων πλῆθος ἐν τῇ Κορίνθῳ διέτριβε περὶ τὴν κατὰ θάλατταν* ΑΣΚΗΣΙΝ *καὶ παρασκευὴν γιγνόμενος,*

Philippus & Macedones Corinthi in exercitatione & apparatu rei navalis occupabantur. Similem locum Budæus in Comment. pag. 1033. lin. 39. citat ex Gregor. ἐν τῷ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν ἐπιταφίῳ. Καὶ ἅμα τοὺς πολλοὺς εἰς ζῆλον τῆς αὐτῆς ἀρετῆς ἐκπαιδεύσομεν, ἐπειδὴ τοῦτο ἡμῖν ἐν παντὶ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ σπουδάζεται, ΚΑΤΑΡΤΙΖΕΙΝ οὓς ἐπιστεύθημεν. *Et simul multitudinem ad studium ejusdem virtutis erudiemus; siquidem in hoc nos omnibus & dictis & factis elaboramus, ut absolvamus & doctrina consummatos reddamus, qui nobis commissi sunt.* Idem Budæus ait, in loco Lucæ fortasse πᾶς ἀντὶ τοῦ ὅλος intelligendum. Ut ad Coloss. II. 19. ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν ἐπιχορηγούμενον.

Cap. VII. 8. ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος) Polyb. pag. 1110. lin. 13. a f. & pag. seq. lin. 13. a f. *urbes* ΥΠΟ Φίλιππον ΤΑΤΤΟΜΕΝΑΣ, *quæ sub ditione Philippi fuerant.* & pag. 1141. lin. 25. & pag. 1145. lin. 14. a f. ὅσοι ΥΠ' Ἀντίοχον ΕΤΑΤΤΟΝΤΟ, *qui Antiocho regi quondam paruissent.* p. 1167. lin. 6. a f. & pag. 1168. lin. 25. Sic contra οἱ ἐν δυνάμει τεταγμένοι dicuntur Arriano dissert. Epict. pag. 43. lin. 24.

Ibid. v. 38. κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ,] Egregie Chemnitius in Harm. pag. 581. *Osculum*, inquit, *multarum quidem rerum symbolum fuit, ut amoris, reverentiæ, subjectionis, &c. huic tamen loco pulchre convenit, quod 3. Regum 19. v. 18. Deus dicit: quorum os non est osculatum Baal. Colligitur*

gitur enim inde, fuisse symbolum supplicantium. Sicut & Job. 31. v. 27. Esther cap. 5. v. 2. Syrach 29. v. 5. Et hac pulchre convenit ad Psalm 2. v. 12. Osculamini filium, ne irascatur Dominus, & pereatis. Hac est descriptio fidei in conversione hujus peccatricis. Porro, Christus pronunciat; peccatricem hanc conversam habuiße etiam dilectionem, & quidem magnam. Dicit enim: Dilexit multum. *Et ad dilectionem eadem illa externa signa, osculorum & unctionis, accommodari posse Christus ostendit. Sicut unius rei multi possunt esse fines subordinati.* Quod ultimum de dilectione repetitur initio paginæ 587. Hæc ergo egregie, uti dixi, Chemnitius. Sed cum in S. Litteris, licet osculi fiat mentio, nullus tamen, quantum memini, pedes osculatus esse dicatur: ex profanis nostris Scriptoribus morem hunc illustremus, in quibus exempla reperiuntur plane congrua, eorum, qui ob has easdem caussas pedes aliorum osculati sunt, & quod eos suppliciter rogarent, & quod amarent. Ubique autem hæc eadem verba adhibentur; ut ex tam constanti loquendi usu satis appareat, rem ipsam non fuisse inusitatam. Et petentium quidem hoc modo delicti veniam, exemplum sunt legati Punici apud Polybium lib. 15. cap. 1. pag. 960. de quibus legati Romani ad populum Carthaginiensem *commemorarunt, quomodo legati Punici Tunetem ad se venissent; ibique in Concilium admissi, non solum tellure adorata diis libaverant, qui mos est etiam aliorum hominum;* ἀλλὰ καταπεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν ἀγεννῶς, ΤΟΥΣ ΠΟΔΑΣ

ΚΑΤΑΦΙΛΟΙΕΝ τῷ συνεδρίῳ. *Sed hoc amplius, humili atque abjecto animo in terram procubuerant, & eorum qui in concilio sedebant pedes fuerunt osculati, deinde, ubi se humo erexissent, quomodo sese incusaverunt, quod pacem, qua erat Carthaginiensibus cum Romanis, ipsi principio violassent; non igitur negare se, quin digni essent omnia pati, quæ Romani vellent: orare tamen per communem hominum fortunam, ne quid in se durius populus Romanus consuleret. Futuram enim Pœnorum imprudentiam benignitatis & moderationis Romanorum posteris documentum.* Hæc ideo tam multa adscripsi, quia, quæ hi legati dixerunt, eadem fere illam mulierem cogitasse verisimile est; certe utrinque ad impetrandam gratiam osculatio pedum spectavit. Amoris exemplum, in quo simul etiam lætitia & gratulatio quædam inest, datur apud Xenophontem Cyropæd. lib. 7. pag. 152. lin. 19. *Gadatas autem & Gobryas cum accessissent, Deos primum adorarunt, quod regem impium ulti essent:* ἔπειτα δὲ Κύρου καὶ ΚΑΤΕΦΙΛΟΥΝ καὶ χεῖρας καὶ ΠΟΔΑΣ, πολλὰ δακρύοντες ἅμα χαρᾷ καὶ εὐφραινόμενοι. *deinde manus & pedes Cyri deosculabantur, cum ex lætitia multum & lacrymarentur & gestirent.* Suppetit & tertium exemplum, amoris & precum simul, si locum recte intelligo, apud Arrianum dissert. Epict. lib. 3. cap. 26. pag. 402. lin. 14. *Nihilne tibi unquam ab amica fuit injunctum, quod invitus faceres?* οὐδέποτέ σου τὸ δουλάριον ἐκολάκευσας; οὐδέποτ' ΑΥΤΟΥ ΤΟΥΣ ΠΟΔΑΣ ΚΑΤΕΦΙΛΗΣΑΣ, καί τοι τοῦ Καίσαρος ἄν σέ τις ἀναγκάσῃ, ὕβριν

αὐτὸ

αὐτὸ ἡγῇ, καὶ ὑπερβολὴν τυραννίδος. Nunquamne adulatus es servulo tuo? (de impudico, ni fallor, loquitur.) *Nunquam pedes ipsius es deosculatus? Quanquam si quis te cogeret ista præstare Cæsari, injuriam & tyrannidem esse diceres intolerandam.*

Cap. VIII. 14. *τελεσφοροῦσι.*) Arrian. Epict. lib. 4. cap. 7. pag. 494. lin. 2. *κατορυχθῆναι δεῖ, χρόνῳ τὸ σπέρμα κρυφθῆναι, κατὰ μικρὸν αὐξηθῆναι, ἵνα* ΤΕΛΕΣΦΟΡΗΘΗ. *Fodi terram oportet, aliquandiu semen occultari, paulatim succrescere, ut fructus ad maturitatem perducantur.*

Ibid. v. 33. *ἀπεπνίγη.*) Arrian. Epict. lib. 2. cap. 5. pag. 144. lin. 5. a f. *Quin etiam navis mergitur. Quid ergo restat mihi agendum? Id quod possum. Id vero unum est, μὴ φοβούμενος* ΑΠΟΠΝΙΓΩΜΑΙ, *οὐδὲ κεκραγὼς, οὐδ' ἐγκαλῶν τῷ Θεῷ, ut intrepide ac sine ejulatu suffocer aqua, nulla divini numinis accusatione.*

Ibid. v. 40. *ἀπεδέξατο αὐτὸν*) *libenter & cum gaudio eum excipiebat.* Gratum enim acceptumque ejus adventum fuisse multitudini, indicio est, quod exspectatus omnibus venisse dicitur: *ἦσαν γὰρ πάντες προσδοκῶντες αὐτόν.* Et habet sæpe verbum *ἀποδέχεσθαι* hanc emphasin, ut Act. XV. 4. XXIV. 3. & apud Polyb. exc. legat. n. 50. pag. 1201. lin. ult. *Posteaquam Demetrius ab Roma in Macedoniam est reversus, Senatus responsum afferens, quo significabant Romani,*

uni Demetrio ferri acceptum debere, quod veniam Philippo dedissent, eique credidissent: omnia enim fecisse & porro facturos in Demetrii gratiam; οἱ μὲν Μακεδόνες ΑΠΕΔΕΧΟΝΤΟ τὸν Δημήτριον, μεγάλων ὑπολαμβάνοντες ἀπολελύσθαι φόβων καὶ κινδύνων. *Macedones Demetrium cum favore conspiciebant, magno metu magnisque periculis per eum liberatos se existimantes.* Et lib. 10. cap. 5. pag. 806. lin. 4. *Scipio venit in forum.* Τῶ δὲ πλήθους καὶ διὰ τὸ παράδοξον καὶ διὰ τὴν προϋπάρχουσαν εὔνοιαν ἐκπληκτικῶς αὐτὸν ΑΠΟΔΕΞΑΜΕΝΟΥ. *Ubi magna cum admiratione & propter ausi novitatem, & quia jam ante omnibus erat charus, a populo excipitur.* Quin etiam *complecti, laudare, probare, magni aestimare* significat, lib. 4. cap. 86. pag. 484. lin. 15. Διὸ καὶ τὸν μὲν Ἄρατον ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας, ἀεὶ καὶ μᾶλλον ΑΠΕΔΕΧΕΤΟ καὶ κατηξίου· πρὸς δὲ τὸν Ἀπελλῆν, λοξότερον εἶχε. *Ac propterea ab illo die magis magisque Aratum est complexus, & in pretio habuit: de Apelle vero minus bene sentire cepit.* Et lib. 5. cap. 12. init. Δῆλον γὰρ ἐκ τούτων, ὡς εἰκὸς ἦν αὐτῶν μὲν καταγινώσκειν, τὸν δὲ Φίλιππον ΑΠΟΔΕΧΕΣΘΑΙ καὶ θαυμάζειν. *Profecto enim simillimum veri est, Aetolos fore se ipsos incusaturos, & Philippum laudaturos atque admiraturos.* Conf. Not. ad Act. XXIV. 3.

Ibid. v. 43. οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος) Eadem est ratio praepositionis ἐν apud Polybium in alio dicendi genere lib. 2. cap. 11. pag. 138. init. ὁ Δημήτριος ΕΝ διαβολαῖς ΩΝ, καὶ φοβούμενος τὴν

Τεύ-

τεύταν. *Demetrius nonnullis apud Teutam ipsum criminantibus, metuens ab illa sibi.*

Ibid. v. 50. μόνον πίστευε, καὶ σωθήσεται.) Hoc sensu usurpatum καὶ Er. Schmidius vocat *effectivum* ad Matth. V. 19. ut Matth. IX. 18. Ἐπίθες τὴν χεῖρά σου ἐπ' αὐτὴν καὶ ζήσεται, so wird sie lebendig/ Luther. nempe per vel propter impositionem manuum tuarum. Ita hoc loco, *per fidem tuam.* Et hoc bene græcum esse, intelligitur ex Arriano, qui prorsus ita loquitur, dissert. lib. 2. cap. 20. pag. 224. lin. 8. ΠΙΣΤΕΥΣΟΝ μοι, καὶ ὠφεληθήσῃ. *Mihi crede, & fructum inde percipies.*

Cap. IX. 12. ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν] Arrianus de exped. Alex. 3, 4, 4. ait ἐγκλίναντος ἡλίου ἐς ἑσπέραν, pro quo Curtius 4, 7, 22. *die inclinato in vesperam.* Quare non male quidem Er. Schmidius: *Dies κλίνειν dicitur, propter inclinationem Solis versus Horizontem.* Neque tamen hæc ratio ubique valet. Nam & nox κλίνειν dicitur, quando vergit ad lucem, & Sol versus Horizontem adscendit. Ita enim Polybius lib. 3. cap. 93. pag. 339. lin. 7. *Post hæc verba, cœnare & ad quietem se recipere omnibus præcipit.* Ἅμα δὲ τῷ ΚΛΙΝΑΙ τὸ τρίτον μέρος τῆς νυκτὸς, εὐθέως ἐξῆγε τοὺς λειτουργούς. *Deinde tertia noctis vigilia jam inclinante, ipse operas educit.* Et Seneca Epist. LXVII. initio dicit: *Ver jam inclinatum in æstatem, quo tempore calere debebat, intepuit.* Quare κλίνειν generatim significat *ad finem inclinare.* N 5 *Ibid.*

Matth. V. 5. ne hic videatur pugnantia inter se loqui, qui vitam æternam hæreditatem vocet, & tamen factis eam velit adipisci. Qua de re vide *Dorschei* Commentarium. Addendus hic locus Polybii pag. 160. lin. antep. ubi de rerum gestarum fructu hoc verbum usurpatur: πεπεισμένος τῆς ἐπιγραφῆς τῶν ἐκβαινόντων, πλεῖστον ὄντω ΚΛΗΡΟΝΟΜΗΣΕΙΝ. *Non dubitans, ita facile consecuturum se, ut omnium quæ accididissent, decus sibi adscriberetur.* Duo alia exempla ex eodem Polybio allata sunt ad Hebr. I. 4.

Ibid. v. 30. λῃσταῖς περιέπεσεν,) Inversa constructione Polybius dicit τούτους μὲν ΛΗΣΤΑΙ τινες ΠΕΡΙΠΕΣΟΝΤΕΣ ἐν τῷ πελάγει διέφθειραν, *in hos legatos piratæ in mari inciderunt, eosque occiderunt* pag. 1201. lin. 19.

Ibid. v. 32. γενόμενος κατὰ τὸν τόπον] *cum venisset ad eum locum.* Sic Act. XXVII. 7. & Arrianus in Enchirid. Epict. bis in uno Capite 21. *Memento, sic in vita esse versandum, tanquam in convivio.* Περιφερόμενον, ΓΕΓΟΝΕ τι ΚΑΤΑ ΣΕ; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε, μέχρις ἂν ΓΕΝΗΤΑΙ ΚΑΤΑ ΣΕ. *Si quid circumferendo ad te pervenerit, porrecta manu modeste capito. Præterit? Ne detine. Nondum adest? Ne longe appetitum extendito: sed expecta, dum ad te pervenerit.* Similia exempla ex Xenophonte quoque jam annotata sunt.

Ibid.

Ibid. v. 40. περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν.) Polyb. lib. 10. cap. 14. pag. 819. lin. 24. κατέσχον ἀναβάντες ἀμαχητὶ τὸ τεῖχος· ἅτε τῶν ἔνδον ΠΕΡΙΣΠΩΜΕΝΩΝ μὲν ΠΕΡΙ τοὺς ἄλλους τόπους, καὶ μάλιστα κατὰ τὸν ἰσθμὸν καὶ τὴν ταύτῃ πύλην. *Superato muro, nemine resistente, eum tenuerunt; quippe quod aliis in locis obsessi occupabantur, maxime autem circa fauces & eo ferentem portam.* Lib. 3. cap. 105. init. Ἄρτι δὲ τῆς ἡμέρας διαφαινούσης, καὶ πάντων ταῖς τε διανοίαις καὶ τοῖς ὄμμασι ΠΕΡΙΕΣΠΑΣΜΕΝΩΝ ΠΕΡΙ τοὺς ἐν τῷ γεωλόφῳ κινδυνεύοντας. *Luce orta, quum essent mentes atque oculi omnium circa eos occupati, qui in tumulo pugnabant.* Construitur etiam cum κατὰ pag. 388. lin. 5. a f. τὰ μὲν διαγωνιάσαντες, μὴ ΚΑΤΑ τὴν εἰς τὰς ναῦς ἔμβασιν ἐπιθῶνται σφίσι ΠΕΡΙΣΠΩΜΕΝΟΙΣ. *Partim veriti, ne dum ipsi in navium ingressu forent occupati, ab hoste invaderentur.* Et cum ὑπὸ pag. 1115. lin. 11. οὐκ ἔφασκεν εὐκαιρεῖν ΠΕΡΙΣΠΩΜΕΝΟΙΣ ΥΠΟ τῆς τῶν ἐκ τῆς Ἡρακλείας λαφύρων οἰκονομίας. *Sibi otium esse negavit, occupato circa administrationem prædæ ex Heraclea.* Et sine præpositione pag. 963. lin. 5. a f. *Quæ res faciebat, ut non solum Italiæ populi & Africæ, verum etiam Hispaniæ, Siciliæ & Sardiniæ* μετεώρους εἶναι καὶ ΠΕΡΙΣΠΑΣΘΑΙ ταῖς διανοίαις, καραδοκοῦντας τὸ συμβησόμενον, *in spem rerum novarum erigerentur, & ad exspectationem futuri intenti, ancipites cogitationes animis agitarent.* Occurrit & simplex verbum apud Arrian. in Epict. pag. 6. lin. 3. διὰ τοῦτο ἂν ἄπλοια ᾖ, καθήμεθα ΣΠΩΜΕΝΟΙ, καὶ παρακύπτομεν συνεχῶς, τίς ἄνεμος·

μος·

μ⊙ πνεῖ. *Quocirca quum quo minus navigemus, tempestas nos impedit, sedemus solliciti, ac sine intermissione observamus, quinam ventus spiret.* Item compositum hoc p. 324. l. 2. p. 433. l. 9. a f. p. 443. l. 14. a f. Frequens etiam est in Polybio nomen περισπασμὸς *occupatio*, ut pag. 331. lin. 7. a f. pag. 418. lin. 1. pag. 1072. lin. 15. pag. 1297. lin. 3. & apud Arrian. Epict. lib. 3. pag. 351. lin. 17. Ex quo & istud huc pertinet lib. 1. cap. 29. p. 123. l. 25. ἀπερισπάστως καθῆσθαι, καὶ ἀκούειν νῦν μὲν τραγωδοῦ. *Sine omni distractione assidere & attentum esse Tragico oportet.* Conf. ad 1. Cor. VII. 35.

Cap. XI. 39. Νῦν ὑμεῖς] Τὸ νῦν admirationem vel potius indignationem quandam declarat hoc loco. Ita fere Arrianus in Epict. lib. 3. cap. 23. pag. 361. lin. 14. ΝΥΝ δύναταί τις ὠφελῆσαι καὶ ἄλλους, μὴ αὐτὸς ὠφελημένος; *Potestne quisquam prodesse aliis, qui nullum ipse fructum e doctrina ceperit.* Etiam vernaculum nostrum nu sæpe nota est vehementioris motus animi: Nu ihr Pharisäer.

Cap. XII. 18. γεννήματα) Polyb. lib. 1. cap. 71. princ. Καρχηδόνιοι δὲ τοὺς μὲν κατ' ἰδίαν βίους ἀεὶ διεξαγαγόντες ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς χώρας ΓΕΝΝΗΜΑΤΩΝ. *Carthaginienses, qui rem familiarem suam iis sustentare, quæ in suis cuique agris nascerentur, semper consueverunt.* Et pag. 111. lin. 13. Σαρδὼ νῆσος καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ πολυανθρωπίᾳ καὶ τοῖς ΓΕΝΝΗΜΑΣΙ διαφέρουσα. *Sardinia insula & magni-*

gnitudine, & frequentia hominum, & fructuum proventu præstans.

Ibid. v. 20. ἀπαιτοῦσιν) Arrian. Epict. lib. 4. cap. 1. pag. 441. lin. 12. ΑΠΑΙΤΟΥΝΤΙ τῷ Θεῷ ἃ δέδωκεν, *repetenti Deo quæ dedit.* Et in Enchiridio cap. XV. *Nunquam te quicquam perdidisse dicito, sed reddidisse. Filiolus obiit? redditus est. Prædium est ereptum? annon id quoque est redditum? At improbus est qui eripuit.* Τί δέ σοι μέλει, διὰ τίνος σε ὁ δοὺς ΑΠΗΤΗΣΕ; *Quid id tua refert, per quem is qui dederat, abs te repetierit?* Cicer. Tusc. Quæst. lib. 1. *Natura dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. Quid est igitur, quod querare, si repetit cum vult? ea enim conditione acceperas.*

Ibid. v. 24. κατανοήσατε τοὺς κόρακας, ὅτι οὐ σπείρουσιν) Sic Terentius, inquit Beza, *observa filium, quid agat,* pro, *observa, quid filius agat.* Syrus videtur pro ὅτι legisse ὃι, idque (opinor) rectius. Hæc Beza. Sed perperam eum opinari, patebit ex quam plurimis exemplis infra ad Act. XVI. 3.

Ibid. v. 29. μὴ μετεωρίζεσθε.) Uterque auctor verbo hoc & active & passive utitur. Arriano de exped. Alex. est *in sublime tollere*, 2, 21, 10. 6. 5, 4. & 6, 19, 2. ubi naves dicuntur μετεωρίζεσθαι, cum levantur æstu subeunte. Polybio notat activum *sollicitare, ad defectionem incitare* pag. 577. lin. 13. *Eo tempore Keræas è numero præfectorum Ptolemæi, ad Antiochum defecit; qui munifice*

nifice illum suscipiens, πολλὰς ΕΜΕΤΕΩΡΙΣΕ τῶν παρὰ τοῖς ἐναντίοις ἡγεμόνων, *animos multorum e ducibus Regis Ægyptii erexit*, i. e. ut Curtius loquitur 5, 8, 9. *illius præmiis cæterorum sollicitavit animos*. Passivum *ad defectionem inclinare, rebus novis studere, ex ancipiti rerum eventu pendere, & quo se fortuna, eodem & animum inclinare*, pag. 268. lin. 10. a f. pag. 734. lin. 8. & pag. 1277. lin. 8. *ad spem alicujus rei erigi*, pag. 1477. lin. 15. a f. *Porro abductionem illam servorum moleste ferebant, cum hos quidem recens manumissos viderent*, τῶν δὲ λοιπῶν πρὸς τὴν ἐλπίδα ΜΕΜΕΤΕΩΡΙΣΜΕΝΩΝ, *reliquos vero eadem spe libertatis arrectos atque inflatos*. Pag. 1090. lin. 9. μειράκιον ΜΕΤΕΩΡΙΣΘΕΝ *adolescens cujus animus vana spe inflatus*. Pag. 1196. lin. ult. ΕΜΕΤΕΩΡΙΣΕ τὸ μειράκιον, *adolescentis animum inani spe sustulit*. Pag. 1332. lin. 4. εὐέλπιδες γενόμενοι καὶ ΜΕΤΕΩΡΙΣΘΕΝΤΕΣ οἱ πολλοὶ, *omnes eo nuntio in spem adducti erigere animos ceperunt*. Et pag. 1401. lin. 5. a f. *Scopas Ætolorum Prætor, frustratus principatu, cujus maxime causa leges conscribere ausus fuerat*, ΜΕΤΕΩΡΟΣ ἦν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Ταῖς γὰρ ἐκεῖθεν ἐλπίσι πεπεισμένος ἀναπληρώσειν τὰ λείποντα τοῦ βίου, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμίαν, *Alexandriam cogitabat, ratus sese illius urbis opibus inopiam suam atque immensam animi cupiditatem facile expleturum*. Sed nihil hæ significationes ad hunc locum facere videntur, ubi oratio est non ad bene sperantes, sed contra ad ὀλιγοπίστους. Conjecturam ante hac ex Xenophontis quodam loco feci de hujus verbi sensu.

Li-

Liceat nunc aliam, quanquam multo infirmiorem, afferre. Neque enim adhuc res ita confecta est, nihil ut sit de hoc verbo quærendum amplius. Nam interpretes fere *suspenso & dubio animo esse* exponunt, nec male illi quidem, sed non satis firme, utpote sine exemplo, quos mihi certe hac de re consulere contigit, hoc solo adducti, quod μετέωρος significet *dubium*, ut apud Polyb. pag. 1204. lin. 4. Eorum ergo vestigiis & nos insistemus, atque ex nominis μετεώρου notione aliquid de verbo conjicere tentabimus. Spero autem nos hoc æquioribus usuros lectoribus, quod hæc a nobis non temeraria affirmandi audacia, sed pio investigandi veri studio proferantur; quo quidem ita me incensum in S. Litteras ferri profiteor, ut dubiis de rebus quærere me nec tædeat nec pudeat, si vel a quibusdam harum rerum minus peritis aut minus cupidis explosum iri sciam. Turpis enim est quærendi defatigatio, turpis pudor, cum id, quod quæritur, est homine Christiano dignissimum. Quid enim dignius, quam illorum Scriptorum, quibus Christiani formantur, diligens scrutatio & veri sensus indagatio, ad quem sane non nisi per certam verborum intelligentiam datur aditus. Cum ergo apud Matth. VI. ubi eadem exstat oratio, loco verbi hujus ponatur ἢ τί περιβαλώμεθα; inde in mentem mihi venit hæc suspicio potius quam conjectura, si forte μὴ μετεωρίζεσθε idem significare posset, quod apud Matthæum, μὴ μεριμνήσητε λέγοντες· τί πε-

εἰσβαλώμεθα; ut *μετεωρίζεσθαι* esset *de cultu sive vestitu sollicitum esse*. Sane quod ad ipsam orationis seriem attinet, nulla dari posset interpretatio accommodatior. Nam cum utramque sollicitudinem & victus & cultus rationibus adductis dissuaserit, illam quidem v. 23. 24. 25. 26. hanc vero v. 23. 27. 28. cumque istis rationibus nunc subjungat v. 29. conclusionem, & in ea priorem sollicitudinem duplici verbo exprimat *φάγητε*, *πίητε*: annon convenientissimum sit, etiam indumentorum curam eadem conclusione comprehendi atque prohiberi? Jam ne plane abhorrere ab hac sententia videatur verbi notio: *μετέωρον* inter alia quoque id significat, *quod est in superficie atque exterius apparet, neque altius penetrat*. Ita Arriano naves longæ sive bellicæ dicuntur *ἐ μετέωροι*, quod non suspensæ quasi in superficie aquæ invehantur, sed ob magnitudinem & pondus undis profundius immergantur; de exped. Alex. 6, 513. *Αἱ δὲ μακραὶ νῆες, ἐχ ὡσαύτως ἀπαθεῖς ἀπῆλθον ἐν τῇ ἐπιστροφῇ, ὅτε ΜΕΤΕΩΡΟΙ ἐπὶ τοῦ ἐπικαχλάζοντος κύματος ὡσαύτως ἐσαι*. *Longæ vero naves non ita incolumes evaserunt in illo circumactu, quia neque ita sublimes ferebantur super fluctus se invehentes*. Ad quæ verba *Gronovius*, *innuit*, *inquit*, *non ita superne eas innatasse*, & *quasi suspensas super æstuantes undas processisse*. Unde verbum *μετεωροκοπεῖν* ἐστι *κυρίως* τὸ *πλάτῃ τῆς κώπης ματαίως τὴν θάλατταν συγκόπτειν*, ut Scholiastes Aristophanis exponit, i. e. *latiore remi parte frustra aquam cædere*.

Cu-

Cujus significationis alia duo exempla habet Budæus in Comment. pag. 1174. lin. 46. Μετέωρος, inquit, etiam ἐπιπόλαιον significat. Theophr. in 1. de Causis, ὅτι μετέωρα καὶ οὐ βαθύρριζά ἐστιν, ἐς καί τινας εἰς βάθος καθιᾶσι. Idem, ἡ γὰρ ῥίζα μετέωρος οὖσα, καὶ συῤῥοὴν λαμβάνουσα, μεθίησι τὸν βλαστόν. Quidni ergo fieri possit, ut vestimenta quoque dicantur μετέωρα, quia superficiem tantum corporis nostri attingunt, cum cibo & potu interius nutriamur. Quod si absurdum non est, neque incredibile videri debet, quin μετεωρίζεσθαι non dico significet, sed significare possit, *in hisce rebus externis*, &, ut ita dicam *superficiariis animum occupare, earumque cura sollicitari.* Animadvertant ergo, quibus hæc curæ cordique sunt, in lectione Græcorum Auctorum, num exemplum alicubi aut vestigium hujus significationis reperiatur. Neque ob aliud hæc tam incerta annotavi, quam ut cognita verbi hujus ambiguitate, aliorum quoque excitetur & inflammetur inquirendi studium.

Ibid. v. 42. τὸ σιτομέτριον) Polyb. lib. 4. cap. 63. pag. 456. lin. 1. Μετὰ δὲ ταῦτα ΣΙΤΟΜΕΤΡΗΣΑΣ εἰς τριάκονθ' ἡμέρας τὴν δύναμιν ἐκ τοῦ περικαταλειφθέντος σίτου. *Deinde triginta dierum annonam exercitui demensus, ex eo frumento, quod superesset.* Lib. 5. cap. 2. pag. 490. lin. 9. ΣΙΤΟΜΕΤΡΗΣΑΣ καὶ μισθοδοτήσας ὁ βασιλεὺς τὴν δύναμιν, ἀνήχθη. *Rex frumentum exercitui mensus, & stipendio quoque numerato, e portu solvit.*

Item pag. 983. lin. 14. Et pag. 599. lin. 10. a f. Καὶ μὴν εἰς ΣΙΤΟΜΕΤΡΙΑΝ δέκα τριήρεων, ἀρτάβας δισμυρίας. *Item ad alimoniam decem triremium, vicies mille artabas.*

Ibid. v. 49. καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη;] *Et quid volo? si ille jam est accensus.* Id est, nihil jam restat amplius. Ita *Camerarius.* Cujus interpretatio eo confirmatur, quod particula καὶ hunc usum præstet Græcis, ut ea utantur, cum nihil ulterius dictu factuve opus esse significare volunt. Sic Hebr. XI. 32. καὶ τί ἔτι λέγω; & Arrian. dissert. Epict. lib. 4. cap. 9. extremo: *Deinde quæris, Quid mihi conducit;* ΚΑΙ ΤΙ ζητεῖς τούτου μεῖζον; ἐξ ἀναισχύντου αἰδήμων ἔσῃ κλ. *Et quid quæris hoc majus? Ex inverecundo verecundus fies &c. Si qua alia his majora quæris, fac quæ facis. Ne deorum quidem quisquam servare te potest.* Nam particulam καὶ hic apud Lucam non conjunctionis copulativæ vice fungi, sententia ipsa loci satis declarat, quæ adversativam potius requireret: τί δὲ θέλω;

Ibid. v. 56. δοκιμάζειν) Matthæus XVI. 3. pro illo dicit διακρίνειν. Epictetus utrumque sæpe conjungit, dissert. lib. 1. cap. 20. pag. 84. lin. 3. Διὰ τοῦτο ἔργον τοῦ φιλοσόφου τὸ μέγιστον καὶ πρῶτον, ΔΟΚΙΜΑΖΕΙΝ τὰς φαντασίας καὶ ΔΙΑΚΡΙΝΕΙΝ, καὶ μηδεμίαν ἀδοκίμαστον προσφέρεσθαι. *Quapropter munus Philosophi maximum & primum est, examinare visa & discernere, & nullam sine examine*

mine admittere. Et cap. 7. pag. 32. lin. 17. *δύναμις δοκιμαστικὴ τε καὶ διακριτικὴ τῶν δοκίμων τε καὶ ἀδοκίμων δραχμῶν, facultas examinandi & discernendi probos denarios ab adulterinis.* Et lin. 22. *δοκιμαστικὸς καὶ διακριτικὸς τοῦ ἀληθοῦς καὶ τοῦ ψευδοῦς, καὶ τοῦ ἀδήλου, qui examinare & discernere valet verum & falsum & ambiguum.*

Cap. XIII. 2. παρὰ πάντας] In hoc dicendi genere necessario subaudiendum ait *Beza* ἄλλους, vel λοιποὺς, ut sit plena loquutio. Ita Polybius scribit, *Eleorum agrum rerum omnium copia refertissimum esse* ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΑΛΛΗΝ Πελοπόννησον, *præ cæteris omnibus Peloponnesi*, lib. 4. cap. 73. pag. 468. med.

Ibid. v. 7. ἵνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ;) *Cur vel terram occupat?* ut intelligamus infrugiferam arborem, non solum indignam stercoratione & cultu, verum etiam loco, quem occupabat, *Erasm.* Eadem est significatio particulæ καὶ apud Arrianum de exped. Alex. 4, 9, 1. ubi ait, Alexandrum a duobus vitiis superatum fuisse, ira & vinolentia, ὑφ' ὅτων δὴ ΚΑΙ τοῦ ἑτέρου οὐκ ἐπέοικεν ἄνδρα σωφρονοῦντα ἐξηττᾶσθαι, *a quorum vel altero virum temperantem nequaquam vinci conveniebat*, i. e. non tantum ab utroque, sed ne ab altero quidem. Et apud Polyb. pag. 616 lin. 3. Δῆλον γὰρ εἶναι παντὶ τῷ ΚΑΙ μετρίως περὶ τὰ κοινὰ σχολάζοντι. *Esse enim neminem vel medioeriter in republica versatum, quin videat.*

Ibid. v. 9. Κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε.) Vulgatissimus Atticismus, etiam ex Xenophonte notatus, in quo alterum membrum deficit; qui ut crebritate exemplorum nobis fiat familiarior, unum alterumve superaddemus ex Polybio. In excerpt. Legat. pag. 1124. init. ΚΑΝ ΜΕΝ ἐπιτυγχάνωσι περὶ τῶν ἀξιουμένων· ΕΙ ΔΕ ΜΗ, τοῖς καιροῖς ἐφεδρεύειν. *Fortasse enim quae peterent obtenturos: sin minus temporum opportunitates esse captandas.* Lib. 6. cap. 37. pag. 672. sub fin. οἱ τε χιλίαρχοι τοὺς σωθέντας, ΕΑΝ ΜΕΝ ἑκόντες ποιῶσιν· ΕΙ ΔΕ ΜΗ, κρίναντες συναναγκάζουσι τὸν σώσαντα στεφανοῦν. *Et qui servati fuerunt, solent ultro, sin minus; Tribuno post caussae cognitionem cogente, servatorem suum coronare.* Et pag. 1074. med. ἄγειν αὐτὸν ἐκέλευον, ΕΑΝ ΜΕΝ ἑκὼν βούληται πειθαρχεῖν· ΕΙ ΔΕ ΜΗ, μετὰ βίας. *Ut eum adducant imperat; si sponte sua obtemperaret, volentem; sin minus, per vim.* Conf. Lamb. Bos de Ellips. Gr. pag. 389.

Ibid. v. 12. ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου.] Polyb. pag. 1213. lin. 12. Εὐμένης δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ΑΠΟΛΕΛΥΜΕΝΟΣ ΤΗΣ ΑΡΡΩΣΤΙΑΣ, καὶ διατρίβων ἐν Περγάμῳ, *Eumenes Pergami tum commorans, e gravi morbo convaluerat.* Et pag. 818. lin. 23. Νομίζοντες ΑΠΟΛΕΛΥΣΘΑΙ ΤΗΣ περιστάσεως, *existimabant omni se periculo esse defunctos.*

Cap. XIV. 5. εἰς φρέαρ ἐμπεσεῖται.) Polyb. pag. 169. lin. 10. a f. καὶ πολλοὶ μὲν ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΟΤΑ-

ΤΑΜΟΝ ΕΜΠΕΣΟΝΤΕΣ, ὑπὸ τῦ ῥεύματ@· διεφθάρησαν. *Multos flumen hausit, in quod inciderant.*

Ibid. v. 18. ἀπὸ μιᾶς) In hac locutione exponenda video interpretes magni nominis ad Syriasmum confugere, quasi nihil hujusmodi in Græcia reperiatur; quod tamen secus est. Primo enim Polybius similiter dicit ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς lib. 10. cap. 32. pag. 844. lin. 4. Τύτυ τῦ πράγματ@· Ταχέως περιβοήτυ γενομένυ, πάντας συνέβη τὺς ἐντὸς Ἴβηρ@· ποταμῦ κατοικῦντας, οἷον ΑΠΟ ΜΙΑΣ ΟΡΜΗΣ ἐλθεῖν τὰ Ῥωμαίων, ὅσοι μὴ πρότερον αὐτῶν ὑπῆρχον φίλοι. *Hujus rei fama mox late edita omnes cis Iberum populi, qui Romanorum antea amici non erant, uno quasi impetu à Pœnis ad eos defecerunt.* Deinde jam Camerarius exemplis ex Homero adductis docuit, ex verbo παραιτεῖσθαι supplendum esse nomen παραιτήσεως hoc sensu, ἀπὸ μιᾶς παραιτήσεως id est, *pariter ceperunt recusare.* Sic fere Ἰλ. β΄. εἴγε ποτ᾽ ἔς γε μίαν βυλεύσομεν, ubi Eustathius subaudiri ait βυλήν. *Si quando una sit sententia consilii nostri.* Et alibi: ὐχ ὁσίη, κταμένοισιν ἐπ᾽ ἀνδράσιν εὐχετάασθαι, scilicet, εὐχή. *Non est pia gloriatio gloriari in mortuos.* Sic Aristophanes dicit μίαν δικάσαντες, scil. δίκην, & μίαν ναυμαχήσαντες, scil. ναυμαχίαν. vide Stephani Thes. t. 1. p. 1158. Alii malunt subintelligi γνώμης, qua ellipsi Polybius dicit κατὰ τὴν ἐμὴν, scil. γνώμην, pag. 469. & lin. 8. & Aristophanes κατ᾽ ἐμὴν μίαν, scil. γνώμην. Sed omnium rectissime subauditur nomen γλώσσης, uti observavit Clariss. *Christ. Schoettgenius* in Additionibus

ad *Lamberti Bos* Ellypses Græcas pag. 39. ita scribens: Scholiastes Callimachi ad hymnum Dianæ v. 209. Καὶ ἈΠῸ ΜΙΑΣ μὲν Οὖπις ἡ Ἄρτεμις *Et in ea omnes consentiunt, quod Upis sit Diana.* Supplet enim expresse Dio lib. 58. Πάντες ἀπὸ μιᾶς γλώσσης κατεβόων αὐτῷ, καὶ δεινὰ ἐπέλεγον.

Ibid. v. 21. εἰς τὰς πλατείας καὶ ῥύμας) πλατεῖα scil. ὁδὸς, quod ipsa vox sonat, est *via latior*, ῥύμη autem *angustior*. Quo sensu sæpius usurpatur in descriptione castrametationis Romanorum apud Polyb. 6. cap. 26. pag. 659. lin. 10. a f. τῷ γὰρ ὄντι ΡΥΜΑΙΣ παραπλήσιον ἀποτελεῖναι τὸ τῶν διόδων σχῆμα πασῶν. *Et est revera vicorum similis hæc omnis species intercurrentium viarum.* Has διόδες, quas hic cum ῥύμαις comparat, deinde opponit ταῖς πλατείαις, dum dicit τὰ κατὰ τὰς διόδες καὶ πλατείας διαστήματα, *intervalla arctiorum & latiorum viarum* pag. 663. lin. 5. a f. Exstat idem nomen pag. 660. lin. 17. pag. 661. lin. 13. pag. 662. lin. 20. &c. *Angiportum* vocant Latini. Vitruv. lib. 1. cap. 6. extr. *Ita dirigantur plateæ & angiportorum divisiones.* Enge Quer Gässelein. Camerarius ad Matth. VI. 2. ait, in Epitoma Stephani hæc legi: ῥύμη ὁ στενωπὸς· τὸ τοπικὸν ῥυμαῖος ἢ ῥυμίτης· ῥύμη, inquit, *angiportum est, & inde loci nomen* ῥυμαῖος, vel ῥυμίτης. Declaratur autem hac voce illius, qui convivium apparaverat, summa voluntas omnes vocandi in quocunque angulo latentes.

Ibid. v. 24. γεύσεται] Polyb. pag. 996. lin. 9.

lin. 9. a fine: ὐ μὴν ἀλλὰ ἔτι πέποιθα τῶν θεῶν βυλομένων ΓΕΥΣΕΙΝ ὑμᾶς τῶν ἰδίων τέκνων. *Spero tamen futurum, diis volentibus, ut ipsa vos ad edendos liberos adigam.*

Ibid. v. 26. ἔτι δὲ) Hæ duæ particulæ conjunctim significant interdum *præterea, insuper*; amittitque δὲ fere vim suam adversandi, & transit in naturam particulæ copulandi, vel etiam intendendi, præsertim si καὶ addatur, ut hoc loco, & Act. II. 26. ubi reddi potest *quin etiam*. Reperitur autem & sine καὶ Hebr. XI. 36. & apud Polyb. pag. 13. lin. 13. *Quod Pœnos viderent non Africæ regiones duntaxat*, ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς Ἰβηρίας ὑπήκοα πολλὰ μέρη πεποιημένυς, ΕΤΙ ΔΕ τῶν νήσων ἁπασῶν ἐγκρατεῖς ὑπάρχοντας, *verum etiam in Hispania pleraque loca juris sui fecisse: insulis preterea omnibus potitos*. Et pag. 1404. lin. antep. ἐδόκει γεγονέναι σκεῦος ἀγχίνυν καὶ πολυχρόνιον, ΕΤΙ ΔΕ κακοποιὸν ἐν βασιλείᾳ. *Callidus ac recoctus & maleficus in aula minister videtur fuisse.* Eodem sensu dicitur ἔτι τε Act. XXI. 28.

Ibid. v. 28. Τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν) Hujusmodi præcepta etiam Epictetus tradit, quibus monet, ut caveant, qui ad philosophiam volunt accedere, ne id modo considerent, quam præclarum sit esse philosophum, sed etiam ut vires suas explorent, paresne eas esse putent ad tantum onus non suscipiendum modo, sed etiam sustinendum; ne si temere id aggrediantur, mox

ferendo se non esse sentiant, majorque sit in abjiciendo turpitudo, quam fuisset in negligendo. Ita & hoc loco Salvator noster præcipit, ut, qui Christiani fieri cupiunt, prius considerent, qualis illa res sit, quanti constet, quibus ea laboribus, quibus incommodis, quibus periculis sit redimenda. Deserendos esse parentes, discedendum a conjugis amore, fratrum quoque sororumque suavitates relinquendas, mortem ipsam non recusandam v. 26. omnibus denique hujus vitæ commodis renunciandum v. 33. potius quam confessionem Evangelii abjiciendam. Pertinent huc duo egregia capita Enchiridii, 35. & 36. quorum alterum incipit: *Vis Olympia vincere?* alterum: *Homo, primum considera, cujusmodi sit res; deinde natura quoque tua eamne ferre queat, explora.* Et ex Comment. lib. 3. totum caput 15. & pars extrema capitis 22. Quæ qui legerit, operam se nequaquam perdidisse fatebitur.

Ibid. v. 31. Τίς βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον,) Interpretes fere omnes συμβαλεῖν εἰς πόλεμον conjungunt, ut sit *committere prælium.* Sed quamvis πόλεμος interdum pro *prælio* dicatur, ut infra quoque ad 1. Cor. XIV. 8. notabitur: tamen nisi exemplo confirmetur hæc syntaxis, dubia saltem est, præsertim cum verbum συμβαλεῖν habeat cum quo construatur, nempe cum ἑτέρῳ βασιλεῖ, quæ est usitata constructio: Polyb. lib. 1. cap. 32.

pag.

pag. 47. lin. 17. ὡς τάχιστα ΣΥΜΒΑΛΛΕΙΝ ΤΟΙΣ ΠΟΛΕΜΙΟΙΣ, *quamprimum cum hoste confligere.* Dicitur & de prælio navali pag. 69. lin. 2. *Cum propter præstantiam remigii jamjam esset comprehendendus*, τέλος ἐπιστρέψας ἠναγκάσθη ΣΥΜΒΑΛΕΙΝ ΤΟΙΣ ΠΟΛΕΜΙΟΙΣ, *convertere tandem & certamen inire est coactus.* Verba autem εἰς πόλεμον per trajectionem referri possunt ad πορευόμενος, quod cum præpositione εἰς optime cohæret. Ita Plato de leg. ΠΟΡΕΥΟΜΑΙ ΕΙΣ πόνους, *labores adeo, vel aggredior.* Et Demosth. ΠΟΡΕΥΟΜΕΝΩΝ ἡμῶν ΕΙΣ τὰ κτήματα, *cum hereditatem nos adiremus.* Et hanc syntaxin sequitur pene solus Syrus, qui ita interpretatur: *Aut quis rex, qui proficiscatur in bellum ad pugnandum cum rege socio suo* i. e. altero. Cæterum non nego, fieri posse, ut, quanquam συμβάλλειν τινί significat *confligere cum aliquo*, nihilomnius tamen perspicuitatis caussa addatur εἰς πόλεμον, ne forte hoc verbum primo intuitu de familiari congressu quis intelligat, (licet ea, quæ sequuntur, satis declarent, de bello hic agi.) Est enim verbum generale, significans quoslibet congressus gerendarum contrahendarumque rerum caussa, ut ait *Camerarius.* Vel pleonastice hæc inserta censeri possent. Eadem enim ratione, licet ἐμβάλλειν εἰς τὴν χώραν, etiam non addito πολέμου nomine, irruptionem hostilem indicet apud Arrian. de exped. Alex. 1, 5, 4. tamen idem alibi oratione copiosiori dicit, ἐμβεβλήκει ἐς τὴν γῆν αὐτῶν ἐπὶ πολέμῳ, *invaserat regionem eorum hostiliter*, 3, 24, 3.

Ne-

Neque abhorret verbum συμβάλλειν a præpositione εἰς, uti ex eodem Arriano constat, qui ita eo utitur, quanquam alio sensu, de sepulchro Sardanapali, cui innitebatur Sardanapalus συμβεβληκὼς τὰς χεῖρας ἀλλήλαις, ὡς μάλιστα ἐς κρότον συμβάλλονται, *manus collidens, ut fere in plausu collidi solent.* Et mallem ego sane εἰς πόλεμον construere cum συμβαλεῖν, multo enim id aptius foret, quam ordine interrupto cum πορευόμενος si modo Græcos ita locutos esse constaret. Similis certe phrasis exstat 1. Maccab. X, 78. συνῆψαν αἱ παρεμβολαὶ εἰς πόλεμον. *Congressa sunt castra in prælium.*

Ibid. ἀπαντῆσαι τῷ] Ἀπαντᾷν est quacunque ratione *occurrere*, sive hostiliter, sive amice, sive indifferenter. Hostiliter hoc loco, & apud Polybium lib. 2. cap. 18. pag. 149. lin. 5. αὖθις δ' ἐξ ἐπιβολῆς ἑτέρας, ἔτει δωδεκάτῳ μετὰ μεγάλης στρατιᾶς ΕΠΙΠΟΡΕΟΜΕΝΩΝ, προαισθόμενοι καὶ συναγείροντες τοὺς συμμάχους, μετὰ πολλῆς προθυμίας ΑΠΗΝΤΩΝ, σπεύδοντες ΣΥΜΒΑΛΕΙΝ καὶ διακινδυνεῦσαι περὶ τῶν ὅλων. *Sed anno duodecimo post, Gallis iterum magna vi eos invadentibus; re prius cognita Romani, sociisque contractis, magna cum alacritate obviam procedunt, manum conserere, & ad universæ rei dimicationem venire cupientes.* Et pag. 1036. lin. 17. a f. Ἀφέντα γὰρ τὸ κατὰ πρόσωπον ΑΠΑΝΤΑΝ ΤΟΙΣ πολεμίοις, φεύγοντα τὰς πόλεις

ἐπι-

ἐμπιπρᾶναι καὶ διαρπάζειν. *Neque enim æquo campo, collatis signis congredi cum hostibus, sed refugientem incendere ac diripere urbes.* Item pag. 341. lin. 11. a fine & pag. 1149. lin. 12. a fine. Et apud Arrianum de exped. Alex. 1, 1, 8. 1, 3, 5. 1, 22, 5. 4, 17, 9. 5, 21, 10. Amicum occursum, & qui fit honoris caussa, notat Matth. XXVIII. 9. & apud Polyb. pag. 566. lin. 6. uti & nomen ἀπάντησις Matth. XXV. 1. & apud Polyb. pag. 1093. lin. 2. ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων δῆμος γνοὺς τὴν παρουσίαν αὐτοῦ μεγαλομερῶς ἐψηφίσατο περὶ τῆς ΑΠΑΝΤΗΣΕΩΣ, καὶ τῆς ὅλης ἀποδοχῆς τοῦ βασιλέως. *Populus Atheniensium cognito ejus adventu, de procedendo obviam Regi, & tota ratione ejus excipiendi magnifice decernit.* Et apud Arrian. de exped. Alex. 4, 22, 7. 6, 15, 10. Neutraliter occurrit Marc. XIV, 13. & aliis locis pluribus. Contrarium τοῦ ἀπαντᾶν τοῖς πολεμίοις est συναντᾶν τοῖς συμμάχοις *occurrere sociis ad opem ferendam* apud Polyb. pag. 410. lin. 14. a fine. Pro quo tamen & ἀπαντᾶν reperitur p. 524. lin. 16. παρακαλέσας τοὺς ἀπηντηκότας τῶν συμμάχων, *hortatus socios qui aderant.* Ita etiam ἀπαντήσει & συναντήσει commutantur Marc. XIV. 13. & Luc. XXII. 10. Et συνάντησις dicitur de hostili occursu 1. Macc. X. 2.

Ibid. v. 32. τὰ πρὸς εἰρήνην) Sic infra XIX. 42. & apud Polyb. pag. 524. lin. 17. παρακαλέσας τοὺς ἀπηντηκότας τῶν συμμάχων, οὐ ΤΑ ΠΡΟΣ ΔΙΑΛΥΣΕΙΣ ἐπράττειν, ἀλλὰ ΤΑ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΠΟΛΕΜΟΝ. *Hortatus socios, qui aderant, ne pacis, sed belli*

belli curam susciperent. Pag. 122. lin. 8. ὡ μὴ ἀφίςαιντο τοῦ ποιεῖν ΤΑ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΣΩΤΗΡΙΑΝ. *At procurare tamen quæ ad salutem Reip. facerent, non cessabant.* Et pag. 488. med. πάντα κατέπραξε ΤΑ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΕΠΙΒΟΛΗΝ. *Omnia impetravit ad ea quæ moliebatur necessaria.*

Cap. XVI. 4. μεταςαθῶ τῆς οἰκονομίας] Polyb. pag. 485. lin. 17. a f. Τὸν δ' Ἀλέξανδρον καὶ Ταυρίωνα ΜΕΤΑΣΤΗΣΑΜΕΝΟΣ ΑΠΟ ΤΗΣ ΧΡΕΙΑΣ ἔσπευδε καὶ ταῦτα καὶ τἆλλα πάντα δι' αὑτοῦ καὶ διὰ τῶν ἰδίων φίλων χειρίζειν. *Id jam conabatur efficere, ut summotis Alexandro & Taurione a cura rerum, & has & alia omnia aut per se aut per amicos suos ipse administraret.* Et pag 559. lin. 18. Καὶ μάλιςα κατὰ τὴν ἔφοδον ἐπισημαινομένων τὴν Ἑρμείου ΜΕΤΑΣΤΑΣΙΝ. *Tum imprimis quod summotus esset ab administratione rerum Hermias, laudibus prætereuntem ferebant in cœlum.*

Ibid. v. 16. πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται.) Cum Scribæ & Pharisæi, quasi ostiarii quidam, advenienti populo occluserint regnum cœlorum & cupientes intrare non admiserint, vis adhibenda erat, ut irrumperent etiam non admissi. Ad quam vim declarandam appositissimum est verbum βιάζεσθαι, quod tribuitur iis, qui omni contentione ingredi laborant, apud Arrianum in Epict. lib. 4. cap. 7. pag. 481. Τίνα οὖν ἔτι φοβηθῆναι δύναμαι; τοὺς περὶ τὸν κοιτῶνα; μὴ τί ποιήσωσιν; ἀποκλείσωσί με; ἂν με εὕρωσι ΘΕΛΟΝΤΑ ΕΙΣΕΛ-

ΘΕΙΝ, ἀποκλεισάτωσαν. Τί ὖν ἔρχῃ ἐπὶ θύρας; ὅτι καθήκειν ἐμαυτῷ δοκῶ, μενέσης τῆς παιδιᾶς, συμπαίζειν. Πῶς ὖν ὐκ ἀποκλείῃ; ὅτι ἄν μή τίς με δέχηται, ὐ ΘΕΛΩ ΕΙΣΕΛΘΕΙΝ; ἀλλ᾽ ἀεὶ μᾶλλον ἐκεῖνο θέλω, τὸ γινόμενον. κρεῖττον γὰρ ἡγῦμαι ὃ ὁ θεὸς θέλει, ἢ ἐγώ -- Ἀποκλεισμὸς ἐμοὶ ὐ γίνεται, ἀλλὰ τοῖς ΒΙΑΖΟΜΕΝΟΙΣ. Διὰ τί ὖν ὐ ΒΙΑΖΟΜΑΙ; οἶδα γὰρ ὅτι ἔσω ἀγαθὸν ὐδὲν διαδίδοται τοῖς εἰσελθῦσιν. *Quem igitur amplius timere possum? Cubiculo præfectos? Quamobrem? Ne me excludant? Si me repererint volentem ingredi, excludant. Quid ergo venis ad fores?* (Cæsaris, in aulam; nam ἔρχεσθαι ἐπὶ θύρας *est aulam frequentare*, loquendi forma Xenophonti usitatissima.) *Quia convenire mihi puto, durante ludo colludere. Quomodo igitur non excluderis? Quia, si quis me non admittat, nolo intrare; sed semper potius illud volo, quod fit. Melius enim existimo quod Deus vult, quam quod ego. --- Exclusio mihi non accidit, sed illis qui conantur intrare. Quare igitur non conaris intrare? Quia novi, quod intus nihil boni distribuatur ingressis.* Polyb. pag. 1002. lin. 4. *in ejus domum fecerunt impetum*, καὶ ΒΙΑΣΑΜΕΝΑΙ, *qua cum irripuissent per vim.* Latini hoc sensu usurpat *irrumpere*. Curt. 3, 12, 10. *Ea ipsa res turbaverat feminas, quod irrupisse non admissus videbatur.* Ovid. 1. Pont. 7. v. 23. *Nec tamen irrumpo, quo non licet ire.* Alias plerumque hostilem irruptionem significat. Polyb. pag. 104. lin. 5. Τῶν δὲ θηρίων ΒΙΑΣΑΜΕΝΩΝ ΕΙΣ τὴν παρεμβολήν. *Cum bestiæ in eorum castra irrupissent.* Arrian de exped. Alex.

2, 20,

2, 20, 13, 4, 26, 11, & 1, 8, 5. ἔνθα δὴ Περδίκκας μὲν τ̃ δευτέρε χάρακ☉ εἴσω παρελθεῖν ΒΙΑΖΟΜΕΝΟΣ. *Ibi Perdiccas, dum interius vallum penetrare conatur.* Et 6, 9, 4. ΒΙΑΣΑΣΘΑΙ ἐπειρῶντο ΕΙΣ τὴν ἄκραν, *irrumpere conabantur in arcem.* Conf. Annot. Xenoph. ad Matth. XI. 12.

Ibid. v. 26. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τέτοις] *Et super hæc omnia*, sive *præter hæc omnia*: ut intelligamus hoc accedere ad infelicitatem divitis, quod ab voraginem interjacentem non possit illi succurri. *Erasm.* Ita & Polybius loquitur pag. 815. lin. 6. Τῶν δὲ κατὰ τὴν παράκλησιν λόγων, ἅμα μὲν ἀπολογισμοῖς ἀκριβέσι μεμιγμένων, ἅμα δ' ἐπαγγελίαις χρυσῶν ςεφάνων, ΕΠΙ ΔΕ ΠΑΣΙ ΤΟΥΤΟΙΣ θεῦ προνοίᾳ, τελέως μεγάλην ὁρμὴν καὶ προθυμίαν παρίςασθαι συνέβαινε τοῖς νεανίσκοις. *Cum ejus adhortatio & rationes consilii expositas accurate contineret & pollicitationem aurearum coronarum, & super hæc omnia Dei providentiam, juvenum animos ingens plane alacritas & impetus ad rem perficiendam invasit.* Significat etiam *propter hæc omnia* pag. 384. lin. 15. af. ΕΠΙ ΠΑΣΙ ΤΟΥΤΟΙΣ παροξυνθέντες, *hasce omnes ob caussas irritati.*

Ibid. Διαπερῶσιν.) Polyb. pag. 262. lin. 7. *Unicam hanc belli adversus Romanos gerendi rationem esse ratus,* εἰ δυνηθείη ΔΙΑΠΕΡΑΣΑΣ τὰς πρὸ τ̃ δυσχερείας, εἰς τοὺς προειρημένους ἀφικέσθαι τόπους, *si difficultatibus quæ in itinere se prius offerebant, superatis, in eas quas diximus regiones posset pervenire.*

In

in N. T. cœteris locis omnibus de trajectu maris usurpatur.

Cap. XVIII. 5. εἰς τέλος) Locis plurimis hoc legitur apud Polybium, eodem ubique sensu, pro *omnino, prorsus, penitus, plane, in totum.* Pag. 28. lin. 11. Τὴν δὲ Λιβύην ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ ἀβλαβῆ διαμένουσαν. *Africam vero ab omni penitus damno manere immunem.* Ib. lin. 24. τῶν ναυπηγῶν ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ ἀπείρων ὄντων τῆς περὶ τὰς πεντήρεις ναυπηγίας. *Quod navium fabricatores in totum rudes essent quinqueremium construendarum.* It. pag. 29. med. & p. 69. lin. 4. a f. Τὴν δ' ἐπαρκείαν καὶ βοήθειαν τοῖς Ῥωμαίοις ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ ἄπρακτον καὶ δυσχερῆ. *Cum interea Romanis impediendi atque opis ferendæ omnes omnino rationes essent difficiles, & consilia irrita.* Pag. 78. lin. 25. τῶν τόπων ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ ὑπαρχόντων ἀλιμένων, *cum loca penitus essent importuosa.* Pag. 80. lin. 23. θανασίμων θηρίων ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ ἄμοιρος, *locus pestiferarum bestiarum in totum immunis.* Pag. 83. lin. 11. a fine: ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ ἀπήλγουν, *ad ultimum desperationis jam venerunt.* It. pag. 424. lin. 7. & pag. 444. lin. 15. σπεύδοντες αὐτὴν ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ ἀνάστατον ποιῆσαι, *funditus eam urbem delere vehementer cupientes.* Pag. 1427. lin. 18. Quam interpretationem si sequimur, conjungendum erit εἰς τέλος non cum ἐρχομένη, sed cum ὑπωπιάζῃ, ut sit hæc sententia: *ne veniens, prorsus &* summa cum molestia *me obtundat.*

Ibid. v. 14. ἢ ἐκεῖνος) potius *quam* ille. Eodem modo particula comparandi deficit

apud Arrianum Epict. lib. 3. cap. 1. pag. 273. lin. 20. Δοκεῖς γάρ μοι πάντα θέλειν ἀκοῦσαι, ἢ τοῦτο. *Videris enim mihi quidvis velle audire, quam hoc.* Sic etiam Marc. IX. 43.

Ibid. v. 33. μαστιγώσαντες ἀποκτενοῦσιν] Moris erat Romanis nocentes prius flagellare, post interficere. De quo Polybius lib. 1. cap. 7. pag. 10. lin. 13. *Viros in potestatem redigunt amplius trecentos, quibus Romam missis, Prætores productos in forum universos,* καὶ ΜΑΣΤΙΓΩΣΑΝΤΕΣ ἅπαντας κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ἐπελέκισαν, *flagrisque cæsos, pro more populi Romani, securi percusserunt.*

Cap. XIX. 6. ὑπεδέξατο] *excepit eum* hospitio & convivio. Polyb. pag. 533. lin. 10. a fine: οὐ μόνον οἰκίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀναγκαίοις ὁ Νικαγόρας αὐτὸν ΥΠΕΔΕΞΑΤΟ προθύμως. *Nicagoras non solum hospitio & necessariis omnibus rebus illum magna comitate excepit.*

Ibid. v. 14. οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς.) Intelligenda hæc sunt de aliquo priscorum regum ex eorum numero, qui singulas urbes, aut certe non adeo multas, exiguamque regionis partem sub ditione habebant, quibus tutum non erat ex urbe sua proficisci, ne forte cives, quibus plerumque invitis imperabant, ab ipsis deficerent. Cujusmodi rex fuit Hiero, qui se suique similes reges ob hoc ipsum periculum amittendi regni, peregre proficisci non posse

posse queritur apud Xenoph. in Hier. sive tyran. pag. 712. sub fin. οἱ δὲ τύραννοι οὐ μάλα ἀμφὶ θεωρίας ἔχουσιν. οὔτε γὰρ ἰέναι αὐτοῖς ἀσφαλὲς, ὅπου μὴ κρείττονες τῶν παρόντων μέλλουσιν ἔσεσθαι, οὔτε τὰ οἴκοι κέκτηνται ἐχυρὰ, ὥστε ἄλλοις παρακαταθεμένους ἀποδημεῖν. Φοβερὸν γὰρ μὴ ἅμα τε στερηθῶσι τῆς ἀρχῆς, καὶ ἀδύνατοι γένωνται τιμωρήσασθαι τοὺς ἀδικήσαντας. *Reges vero spectaculis non admodum occupantur. Nam neque tutum est ipsis eo pergere, ubi non superiores illis futuri sunt, qui istic adsunt: neque res ipsorum domi tam tuto sunt loco, ut iis aliorum fidei creditis peregre proficisci possint. Nam metuendum est, ne simul & imperio spolientur, & ulciscendi eos, a quibus sunt læsi, facultatem amittant.* Hæc in superioribus annotationibus omissa, placuit hic addere.

Ibid. v. 23. σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα] *cum usuris exegissem.* Polyb. pag. 1356. lin. 25. ΠΡΑΤΤΕΙΝ τοὺς ὀφειλέτας, *nomina exigere.* Conf. supra III, 13.

Ibid. v. 39. ἀπὸ τοῦ ὄχλου) *e turba*, qui turbæ immixti erant. Sic Arriano dicuntur *αἱ* ΑΠΟ τοῦ δεξιοῦ κέρως τάξεις, *cohortes quæ in dextro cornu erant*, 2, 11, 1. & 3, 15, 8. οἱ ΑΠΟ τοῦ μεγάλου στρατοπέδου, *qui in magnis castris erant* 5, 15, 5.

Ibid. v. 43. περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι) Χάραξ primo est vallus sive palus firmior, quo castra aut oppida cingi vel contra hostes, vel ab hostibus solent. Pallisadæ nunc vo-

cantur. Quanquam in nostra militia hoc munitionis genus nonnihil differt ab eo, quo veteres utebantur, uti mox patebit ex Livio. Arrian. de exped. Alex. 4, 29, 13. ὑπὸ δὲ τὴν ἕω παραγγέλλει στρατιώτῃ ἑκάστῳ, κόπτειν ΧΑΡΑΚΑΣ ἑκατὸν κατ᾽ ἄνδρα· καὶ οὗτοι κεκομμένοι ἦσαν, καὶ αὐτὸς ἐχώννυεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ λόφου, ἵνα ἐστρατοπεδευκότες ἦσαν, ὡς ἐπὶ τὴν πέτραν χῶμα μέγα, ἔνθεν τοξεύματά τε ἂν ἐξικνεῖσθαι ἐς τοὺς προμάχους, καὶ ἀπὸ μηχανῶν βέλη ἀφιέμενα. *Sub lucem milites singulos centum palos cedere jubet. quibus comportatis ingentem aggerem a summo colle, in quo castra locarat, ad petram molitur, unde & sagitta & tela machinis excussa ad hostes pertingere possent.* It. 5, 24, 1. & 2, 18, 6. Ἀλλὰ λίθων τε πολλῶν ἀφθονία ἦν, καὶ ὕλης, ἥντινα τοῖς λίθοις ἄνωθεν ἐπεφόρουν. ΧΑΡΑΚΕΣ τε οὐ χαλεπῶς ἐν τῷ πηλῷ κατεπήγνυντο, καὶ αὐτὸς ὁ πηλὸς ξύνδεσμος τοῖς λίθοις ἐς τὸ ἐπιμένειν ἐγίγνετο. *Sed & magna vis saxorum ad manum erat, & lignea materia quam saxis insternebant. Neque difficulter ligna in cœno stabiliebantur, ipsumque adeo cœnum compagis loco saxa tignis committebat.* Quorum vallorum ratio optime intelligetur ex Livio, cujus locum, quanquam paulo longiorem, non abs re fuerit adscribere, ex lib. 33. cap. 5. *Quinctius milites per agros dimissos, vallum cadere & parare jubet. Vallo & Macedones & Græci usi sunt, sed usum nec ad commoditatem ferendi, nec ad ipsius munitionis firmamentum aptaverunt. Nam & majores & magis ramosas arbores cædebant, quam quas ferre cum armis miles pos-*

posset, & quum castra bis ante objectis sepsissent, facilis molitio eorum valli erat. Nam & quia rari stipites magnarum arborum eminebant, multique & validi rami præbebant quod recte manu caperetur, duo aut summum tres juvenes connixi arborem unam evellebant. Qua vulsa, portæ instar, extemplo patebat, nec in promptu erat quod obmolirentur. Romanus leves, & bifurcos plerosque, & trium, aut cum plurimum, quatuor ramorum vallos cædit, ut & suspensis ab tergo armis ferat plures simul apte miles; & ita densos offigunt implicantque ramos, ut neque quæ cujusque stipitis palma sit, pervideri possit; & adeo acuti aliusque per alium immissi radii locum ad inserendam manum non relinquunt, ut neque prehendi, quod trahatur, neque trahi, cum inter se innexi rami vinculum invicem præbeant, possit, & si evulsus forte est unus, nec multum aperit, & alium reponere facile est. Quinctius postero die, vallum secum ferente milite, ut paratus omni loco castris ponendis esset, progressus modicum iter &c. Quæ omnia Livius, ut multa alia, fere ad verbum descripsit ex Polybii lib. 17. cap. 14. ubi vallus non alio quam χάραξ nomine appellatur. Secundo ipsa hæc munitio eodem nomine appellatur vallus, [non vallum modo] apud Cæsarem de bello civ. 3, 63, 1. & 3. *Erat eo loco fossa pedum XV. & vallus contra hostem.* Et *duplicem eo loco fecerat vallum*, ligneum puta, non terrenum, multo minus saxeum; (quanquam & hujus mentionem facit A. Hirtius de bello Alex. 2, 3. sed intra urbem facti: *omnibus viis atque angiportis triplicem vallum obduxerant. Erat autem*

 qua-

quadrato exstructus saxo, nec minus XL. pedes altitudinis habebat.) Nec aliter Græci hujusmodi vallum ligneum seu sepimentum χάρακα in singulari numero appellant. Polyb. lib. 8. cap. 28. pag. 74. lin. 2. & 5. ubi Hannibal dicitur fossam duxisse, & ex aggesta terra aggerem struxisse, προσέτι δὲ καὶ ΧΑΡΑΚΟΣ ἐπ' αὐτῆς τιθέντος, *eidemque vallos insuper defixisse.* Arrian. de exped. Alex. I, 6, 19. οὔτε ΧΑΡΑΚΑ ἢ τάφρον προβεβλημένους, *neque vallo aut fossa sese cinxisse.* Et I, 8, I. τοῦ ΧΑΡΑΚΟΣ τῶν πολεμίων οὐ πολὺ ἀφεστηκὼς, οὐ προσμείνας πρὸς Ἀλεξάνδρου τὸ ἐς τὴν μάχην ξύνθημα, αὐτὸ πρῶτος προσέμιξε τῷ ΧΑΡΑΚΙ· καὶ διασπάσας αὐτὸν, ἐνέβαλεν ἐς τῶν Θηβαίων τὴν προφυλακήν. *Cum ab hostium vallo non multum cum suis copiis abesset, non exspectato ab Alexandro conflictus signo primus in vallum impetum fecit, eoque subverso, in Thebanorum præsidium irruit.* Item n. 2. 4. & 5. & 3, 9, I. Hæc non de aggere seu vallo terrestri, sed de ligneo intelligenda sunt, quo castra sepiri solebant, uti paulo ante ex Livio vidimus. Zosimus diserte hoc ait, Histor. lib. 3. pag. 718. lin. 40. edit. Sylburg. Τὰ δὲ πρὸς ἕω, τάφρῳ βαθείᾳ καὶ ΧΑΡΑΚΙ ΔΙΑ ΣΤΑΥΡΩΜΑΤΩΝ ΕΚ ΞΥΛΩΝ ΟΧΥΡΩΝ ἐναπείληπτο. *Orientem versus, alta fossa, & vallo lignis validis cancellato cingebatur.* Discernunt etiam aggerem a vallo tum Latini tum Græci Scriptores. Cæsar eo, quem modo citavi, loco: *Vallus contra hostem in altitudinem pedum X. tantundemque ejus valli agger in latitudinem patebat.* Arrianus 2, 19, 9. *Multi oppidanorum inscensis scaphis,*

plis, ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἐποκείλαντες τὸ ΧΩΜΑΤΟΣ, τὸν τε ΧΑΡΑΚΑ ἐ χαλεπῶς διέσπασαν τὸν πρὸ αὐτῦ προβεβλημένον, *diversis e partibus ad molem appulsi, vallum quod ante aggerem Macedones jecerant, facile subverterunt*. Hic χῶμα est agger, χάραξ autem vallus. Meminit & Ammian. Marcellin. hujusmodi valli lib. 24. pag. 431. lin. 1. *Vallum tamen sudibus densis & fossarum altitudine cautius deinde struebatur*: Item lib. 31. pag. 513. lin. 34. Usus autem vallorum erat non tantum in suis cuique castris aut urbibus muniendis, sed etiam ad hostium castra circumvallanda, aut urbes obsessas includendas. Livius lib. 10. cap. 35. *Inter hæc appropinquabat agmen*: (Samnitum) *& jam breviore intervallo certiora intuentes*, (Romani) *vallum secum portare Samnitem affirmant. Nec dubium esse, quin castra circumvallaturi sint. Tunc enimvero consul indignum facinus esse vociferari, tantam contumeliam, ignominiamque ab ignavissimo accipi hoste? "Etiamne circumsedebimur, inquit, in castris?* Arrian. de exp. Alex. 1, 7, 14. Οἱ γὰρ Θηβαῖοι τὴν Καδμείαν διπλῷ ΧΑΡΑΚΙ ἐφρούρουν ἀποτειχίσαντες, ὡς μήτε ἔξωθεν τινὰ τοῖς ἐγκατειλημμένοις δύνασθαι ἐπωφελεῖν, μήτε αὐτοὺς ἐκθέοντας βλάπτειν τοὺς σφᾶς, ὁπότε τοῖς ἔξω πολεμίοις προσφέροιντο. *Thebani enim arcem Cadmeam* (quam tunc hostes tenebant,) *duplici vallo in orbem jacto sepserant: ita ut neque extrinsecus quisquam subsidia venire obsessis posset, neque ipsi excurrentes suos lædere, quando cum hostibus qui foris erant congrederentur*. Et 2, 1, 2. Προσχὼν τῇ Μιτυλήνῃ, τὴν μὲν πόλιν ΧΑΡΑΚΙ διπλῷ ἐκ θαλάττης ἐς

θάλατταν ἀπετείχισε, στρατόπεδα δὲ πέντε ἐποικοδομησάμενος, τῆς γῆς ἐκράτει οὐ χαλεπῶς. Memnon *Mitylenen conversus, urbem ipsam a mari ad mare duplici vallo interclusit, & quinque castellis exstructis, a terra facile urbem continebat.* Et hoc quidem sensu etiam in Luca χάρακα accipiendum arbitror, intelligendumque, a Romanis Hierosolymam undique palis ligneis circumseptam fuisse, ut neque aditus cuiquam patuerit, neque exitus. Neque dubito, quin ea ratione circumvallarint Romani Hierosolymam, quam supra descriptam exhibuimus a Livio, illorum temporum fere æquali. Quod vero Lucas dicit χάρακα περιβάλλειν reperitur totum hoc & apud Arrianum Dissert. Epict. lib. 3. cap. 24. pag. 375. lin. 11. οὐ τάφρον σκάψει τις, οὐ ΧΑΡΑΚΑ ΠΕΡΙΒΑΛΕΙ, οὐκ ἀγρυπνήσει, *nemo fossam faciet, nemo jaciet vallum, nemo vigilabit.* Et apud Polybium pag. 355. lin. 5. ΧΑΡΑΚΑ ΠΕΡΙΒΑΛΟΝΤΕΣ, (qui & composito περιχαρακοῦν utitur lib. 4. cap. 56. sub fin. ἀποσταυρώσαντες καὶ περιχαρακώσαντες τὰς ἐκ θαλάττης προσβάσεις, *omnes aditus a mari sudibus ac vallis præcluserunt.*) Iterumque apud Arrian. de exp. Alex. 4, 2, 3. in oppugnanda Cyropoli, ad quam Alexander Craterum mittit, eique imperat, στρατοπεδεῦσαι πλησίον τῆς πόλεως, καὶ τάφρον τε ἐν κύκλῳ αὐτῆς ὀρύξαι, καὶ ΧΑΡΑΚΑ ΠΕΡΙΒΑΛΛΕΣΘΑΙ, καὶ τὰς μηχανὰς ὅσαις χρῆσθαι ξυμπηγνύναι, *ut castra prope urbem locet fossamque in orbem ducat, & vallo muniat, ac machinas quibus opus sit componat.* Et alia syntaxi 5, 23, 9.

Ἀλεξ.

Ἀλέξανδρος δὲ ΧΑΡΑΚΙ τε διπλῷ ΠΕΡΙΒΑΛΛΕΙ, ὅπερ μὴ εἶργεν ἡ λίμνη, ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ· *Alexander urbem (ea parte qua stagnum impediebat excepta) duplici vallo in orbem cingit, & accuratiores ad circuitum stagni custodias locat. Ipse tormenta muris admovere eosque quatere statuit.* Propterea autem vallo cingebat urbem, ne Indi noctu urbe deserta aufugerent. Quo minus vero exercitu urbem includeret, amplitudo muri obstabat, v. 5. Ἀλέξανδρος ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν περιεστρατοπέδευσε τοῖς πεζοῖς τὴν πόλιν, ὅσα γε ἠδυνήθη αὐτῷ ΠΕΡΙΒΑΛΛΕΙΝ ἡ φάλαγξ· ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐπέχον τὸ τεῖχος ΤΩ ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΩ ΚΥΚΛΩΣΑΣΘΑΙ οὐ δυνατὸς ἐγένετο. *Alexander eo ipso die peditum copiis [quatenus phalanx sufficiebat] oppidum obsedit. Murus enim in circuitu amplior erat, quam ut ab exercitu totus in orbem cingi posset.* Et plane idem usu venit Tito in obsidione Hierosolymitana, ut ipse testatur apud Josephum (jam enim, demonstrata verborum significatione, quam ea cum eventu prædictionis hujus congruat, videamus;) de bello Jud. lib. 6. cap. 13. ΚΥΚΛΩΣΑΣΘΑΙ τε γὰρ ΤΗ ΣΤΡΑΤΙΑ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ, διὰ μέγεθος καὶ δυσχωρίαν, οὐκ εὐμαρὲς εἶναι, *nam circumdari urbem exercitu, propter magnitudinem & difficultatem locorum, non facile esse.* Quare aliud sibi consilium capiendum esse ait: Δεῖν μὲν γε εἰ καὶ τῷ τάχει μετ᾽ ἀσφαλείας βούλοιτο χρήσασθαι, περιτειχίζειν ὅλην τὴν πόλιν. μόνως γὰρ οὕτως ἂν πάσας ἀποφράξαι τὰς ἐξόδους, καὶ Ἰουδαίους ἢ πρὸς ἅπαντα ἀπογνόντας τὴν σωτηρίαν, παραδώσειν τὴν πόλιν· ἢ λι-

θάλατταν ἀπετείχισε, στρατόπεδα δὲ πέντε ἐπικοι-δομησάμενος, τῆς γῆς ἐκράτει οὐ χαλεπῶς. Memnon *Mitylenen conversus, urbem ipsam a mari ad mare duplici vallo interclusit, & quinque castellis exstructis, a terra facile urbem continebat.* Et hoc quidem sensu etiam in Luca χάρακα accipiendum arbitror, intelligendumque, a Romanis Hierosolymam undique palis ligneis circumseptam fuisse, ut neque aditus cuiquam patuerit, neque exitus. Neque dubito, quin ea ratione circumvallarint Romani Hierosolymam, quam supra descriptam exhibuimus a Livio, illorum temporum fere æquali. Quod vero Lucas dicit χάρακα περιβαλλεῖν reperitur totum hoc & apud Arrianum Dissert. Epict. lib. 3. cap. 24. pag. 375. lin. 11. οὐ τάφρον σκάψει τις, οὐ ΧΑΡΑΚΑ ΠΕΡΙΒΑΛΕΙ, οὐκ ἀγρυπνήσει, *nemo fossam faciet, nemo jaciet vallum, nemo vigilabit.* Et apud Polybium pag. 355. lin. 5. ΧΑΡΑΚΑ ΠΕΡΙΒΑΛΟΝΤΕΣ, (qui & composito περιχαρακοῦν utitur lib. 4. cap. 56. sub fin. ἀποσταυρῶντες καὶ περιχαρακοῦντες τὰς ἐκ θαλάττης προσβάσεις, *omnes aditus a mari sudibus ac vallis præcluserunt.*) Iterumque apud Arrian. de exp. Alex. 4, 2, 3. in oppugnanda Cyropoli, ad quam Alexander Craterum mittit, eique imperat, στρατοπεδεῦσαι πλησίον τῆς πόλεως, καὶ τάφρον τε ἐν κύκλῳ αὐτῆς ὀρύξαι, καὶ ΧΑΡΑΚΑ ΠΕΡΙΒΑΛΛΕΣΘΑΙ, καὶ τὰς μηχανὰς ὅσαις χρῆσθαι ξυμπηγνύναι, *ut castra prope urbem locet fossamque in orbem ducat, & vallo muniat, ac machinas quibus opus sit componat.* Et alia syntaxi 5, 23, 9.

λέξανδρος δὲ ΧΑΡΑΚΙ τε διπλῷ ΠΕΡΙΒΑΛΛΕΙ, πλὴν ᾗ μὴ εἶργεν ἡ λίμνη, ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ· *Alexander urbem (ea parte qua stagnum impediebat excepta) duplici vallo in orbem cingit, & accuratiores ad circuitum stagni custodias locat. Ipse tormenta muris admovere eosque quatere statuit.* Propterea autem vallo cingebat urbem, ne Indi noctu urbe deserta aufugerent. Quo minus vero exercitu urbem includeret, amplitudo muri obstabat, v. 5. λέξανδρος ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν περιεστρατοπέδευσε τοῖς πεζοῖς τὴν πόλιν, ὅσα γε ἠδυνήθη αὐτῷ ΠΕΡΙΒΑΛΛΕΙΝ ἡ φάλαγξ· ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐπέχον τὸ τεῖχος ΤΩ ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΩ ΚΥΚΛΩΣΑΣΘΑΙ ἀδύνατος ἐγένετο. *Alexander eo ipso die peditum copiis [quatenus phalanx sufficiebat] oppidum obsedit. Murus enim in circuitu amplior erat, quam ut ab exercitu totus in orbem cingi posset.* Et plane idem usu venit Tito in obsidione Hierosolymitana, ut ipse testatur apud Josephum (jam enim, demonstrata verborum significatione, quam ea cum eventu prædictionis hujus congruat, videamus;) de bello Jud. lib. 6. cap. 13. ΚΥΚΛΩΣΑΣΘΑΙ τε γὰρ ΤΗ ΣΤΡΑΤΙΑ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ, διὰ μέγεθος καὶ δυσχωρίαν, οὐκ εὐμαρὲς εἶναι, *nam circumdari urbem exercitu, propter magnitudinem & difficultatem locorum, non facile esse.* Quare aliud sibi consilium capiendum esse ait: Δεῖν μὲν γε εἰ καὶ τῷ τάχει μετ᾽ ἀσφαλείας βούλοιτο χρήσασθαι, περιτειχίζειν ὅλην τὴν πόλιν. μόνως γὰρ οὕτως ἂν πάσας ἀποφράξαι τὰς ἐξόδους, καὶ Ἰουδαίους ἢ πρὸς ἅπαντα ἀπογνόντας τὴν σωτηρίαν, παραδώσειν τὴν πόλιν ἢ λι-

θάλατταν ἀπετείχισε, στρατόπεδα δὲ πέντε ἐποικοδομησάμενος, τῆς γῆς ἐκράτει οὐ χαλεπῶς. Memnon *Mitylenen conversus, urbem ipsam a mari ad mare duplici vallo interclusit, & quinque castellis exstructis, a terra facile urbem continebat.* Et hoc quidem sensu etiam in Luca χάρακα accipiendum arbitror, intelligendumque, a Romanis Hierosolymam undique palis ligneis circumseptam fuisse, ut neque aditus cuiquam patuerit, neque exitus. Neque dubito, quin ea ratione circumvallarint Romani Hierosolymam, quam supra descriptam exhibuimus a Livio, illorum temporum fere æquali. Quod vero Lucas dicit χάρακα περιβαλλεῖν reperitur totum hoc & apud Arrianum Dissert. Epict. lib. 3. cap. 24. pag. 375. lin. 11. οὐ τάφρον σκάψει τις, οὐ ΧΑΡΑΚΑ ΠΕΡΙΒΑΛΕΙ, οὐκ ἀγρυπνήσει, *nemo fossam faciet, nemo jaciet vallum, nemo vigilabit.* Et apud Polybium pag. 355. lin. 5. ΧΑΡΑΚΑ ΠΕΡΙΒΑΛΟΝΤΕΣ, (qui & composito περιχαρακοῦν utitur lib. 4. cap. 56. sub fin. ἀποσταυροῦντες καὶ περιχαρακοῦντες τὰς ἐκ θαλάττης προσβάσεις, *omnes aditus a mari sudibus ac vallis præcluserunt.*) Iterumque apud Arrian. de exp. Alex. 4, 2, 3. in oppugnanda Cyropoli, ad quam Alexander Craterum mittit, eique imperat, στρατοπεδεῦσαι πλησίον τῆς πόλεως, καὶ τάφρον τε ἐν κύκλῳ αὐτῆς ὀρύξαι, καὶ ΧΑΡΑΚΑ ΠΕΡΙΒΑΛΕΣΘΑΙ, καὶ τὰς μηχανὰς ὅσαις χρῆσθαι ξυμπηγνύναι, *ut castra prope urbem locet fossamque in orbem ducat, & vallo muniat, ac machinas quibus opus sit componat.* Et alia syntaxi 5, 23, 9.

Αλε-

ἀλέξανδρ☉ δὲ ΧΑΡΑΚΙ τε διπλῷ ΠΕΡΙΒΑΛΛΕΙ, ἵνα περ μὴ εἴργεν ἡ λίμνη, ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ· *Alexander urbem (ea parte qua stagnum impediebat excepta) duplici vallo in orbem cingit, & accuratiores ad circuitum stagni custodias locat. Ipse tormenta muris admovere eosque quatere statuit.* Propterea autem vallo cingebat urbem, ne Indi noctu urbe deserta aufugerent. Quo minus vero exercitu urbem includeret, amplitudo muri obstabat, v. 5. ἀλέξανδρ☉ ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν περιεστρατοπέδευσε τοῖς πεζοῖς τὴν πόλιν, ὅσα γε ἠδυνήθη αὐτῷ ΠΕΡΙΒΑΛΕΙΝ ἡ φάλαγξ· ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐπέχον τὸ τεῖχος ΤΩ ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΩ ΚΥΚΛΩΣΑΣΘΑΙ ὐ δυνατὸς ἐγένετο. *Alexander eo ipso die peditum copiis [quatenus phalanx sufficiebat] oppidum obsedit. Murus enim in circuitu amplior erat, quam ut ab exercitu totus in orbem cingi posset.* Et plane idem usu venit Tito in obsidione Hierosolymitana, ut ipse testatur apud Josephum (jam enim, demonstrata verborum significatione, quam ea cum eventu prædictionis hujus congruat, videamus;) de bello Jud. lib. 6. cap. 13. ΚΥΚΛΩΣΑΣΘΑΙ τε γὰρ ΤΗ ΣΤΡΑΤΙΑ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ, διὰ μέγεθ☉ καὶ δυσχωρίαν, ὐκ εὐμαρὲς εἶναι, *nam circumdari urbem exercitu, propter magnitudinem & difficultatem locorum, non facile esse.* Quare aliud sibi consilium capiendum esse ait: Δεῖν μὲν γε εἰ καὶ τῷ τάχει μετ' ἀσφαλείας βύλοιτο χρήσασθαι, περιτειχίζειν ὅλην τὴν πόλιν. μόνως γὰρ ὕτως ἂν πάσας ἀποφράξαι τὰς ἐξόδυς, καὶ Ιυδαίυς ἢ πρὸς ἅπαντα ἀπογνόντας τὴν σωτηρίαν, παραδώσειν τὴν πόλιν· ἢ λι-

ἢ λιμώττοντας χειρωθήσεσθαι ῥᾳδίως. *Oportere si celeritate uti velit & cautione, muro cingere totam urbem. Hoc enim uno modo omnes exitus posse precludi: & Judaeos aut omnibus modis salute desperata civitatem tradituros, aut fame victos facillime captum iri.* Ductus ergo est murus per triginta novem stadia, Joseph. ibid. Τὸ μὲν ἐν τεῖχος ἑνὸς δέοντος τεσσαράκοντα σαδίων ἦν. Perfectum autem tantum opus fuit incredibili celeritate tridui spatio, τρισὶ δ' ᾠκοδομήθη τὸ πᾶν ἡμέραις. Diversus autem plane hic ligneus sive murus sive vallus fuit ab aggere, tum structura, tum usu. Et valli quidem structura jam supra exposita est ex Livio. Usum autem hunc præstabat, ut ejus circuitu oppidanis via ad fugam præcluderetur. Sed agger fiebat aggesta humo, quæ cratibus sive viminibus plexis coërceri solebat, ne terra cumulata dilaberetur; eique tormenta, quibus mœnia concuterentur, imponebantur. Cujusmodi aggeres Titus, postquam urbem jam circumvallarat, plures struxit, Joseph. lib. 6. cap. 14. Ut proinde simillima hæc fuerit oppugnatio illi, quam Thucydides describit lib. 2. pag. 52. Καὶ πρῶτον μὲν περιεσαύρωσεν αὐτοὺς τοῖς δενδρέσιν, (quod idem est ac χάραξιν, uti postea demonstrabitur,) ἃ ἔκοψαν, τοῦ μηδένα ἔτι ἐξιέναι. Ἔπειτα χῶμα ἔχουν πρὸς τὴν πόλιν, ἐλπίζοντες ταχίστην αἵρεσιν ἔσεσθαι αὐτῶν, στρατεύματος τοσούτου ἐργαζομένου. Ξύλα μὲν οὖν τέμνοντες ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, παρῳκοδόμουν ἑκατέρωθεν φορμηδὸν ἀντὶ τοίχων τιθέντες, ὅπως μὴ διαχέοιτο ἐπὶ πολὺ τὸ

χῶ-

χῶμα. ἐφόρουν δὲ ὕλην ἐς αὐτὸ, καὶ λίθους, καὶ γῆν, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀνύττειν μέλλοι ἐπιβαλλόμενον. *Ac primo quidem circumdederunt eos vallo arborum, quas ceciderant, ne quis amplius ex urbe exire posset. Deinde aggerem congerebant ad urbem, sperantes, celerrime eos capi posse, tanto exercitu opus faciente. Ligna ergo cadentes ex Citharone, ædificarunt utrinque ea inter se contexentes & instar muri collocantes, ut ne latius difflueret agger.* (i.e. ut L. Baro Hoheneccius exponit, duos ordines lignorum texuerunt, qui aggerem utrinque continerent.) *Huc ligna, lapidesque & terram, & si quid praterea ad excitandam molem faciebat, ingerebant.* Inferius deinde idem narrat, huic aggeri machinas fuisse impositas ad disturbandos muros. Pulcherrime igitur hæc explicatio verborum convenit cum rerum eventu. Sed hoc ipsum forsan quis negaverit, cum illa munitio a Josepho τεῖχος nominetur, & περιτείχισμα, pag. 951. lin. 5. a fine, & pag. 966. lin. ult. nunquam χάραξ. Ne igitur hic scrupulus relinquatur, (licet jam longior facta sit annotatio, quam initio putaram;) necessario mihi ostendendum est, quæ sit vera vocis τείχους notio. Neque enim tantum datur πλίνθινον τεῖχος, *lateritius murus*, ut apud Arrian. 1, 21, 8. & 5, 24, 6. aut γήϊνον *terreus*, apud eundem 4, 2, 4. sed etiam ξύλινον *ligneus* apud Dionem pag. 264. lin. 43. *Cupivit Claudius navale prælium in quodam lacu apparare:* ΤΕΙΧΟΣ τε ΞΥΛΙΝΟΝ περὶ αὐτὴν κατεσκεύασε, καὶ ἴκρια ἔπηξε. *Cujus murum de lignea materia ædificavit, & trabes defixit.* Et apud Thu-

Thucyd. lib. 2. οἱ δὲ Πλαταιῆς ὁρῶντες τὸ χῶμα αἰρόμενον, ΞΥΛΙΝΟΝ ΤΕΙΧΟΣ ξυνθέντες, καὶ ἐπιστήσαντες τῷ ἑαυτῶν τείχει ᾗ προσεχοῦτο, ἐσῳκοδόμουν ἐς αὐτὸ πλίνθους ἐκ τῶν ἐγγὺς οἰκιῶν καθαιροῦντες. ξύνδεσμος δ' ἦν αὐτοῖς τὰ ξύλα, τοῦ μὴ ὑψηλὸν γιγνόμενον, ἀσθενὲς εἶναι τὸ οἰκοδόμημα. *Plataenses cum viderent aggeris incrementum, ligneum murum exstruxerunt, & imposuerunt suo muro ea parte qua agger fiebat, ædificabant autem eum lateribus ex vicinis domibus desumptis, lignisque interjectis revinciebant, ne si altior fieret, infirmior esset structura.* Sed nihil iste murus ad hunc locum, ut arbitror. Maxime autem huc pertinet ille murus ligneus, de quo apud Xenophontem Hist. Græc. lib. I. pag 339. lin. 23. Ἀλκιβιάδης δὲ, ἐπεὶ ἧκεν ἐς τὸ στρατόπεδον, τήν τε λείαν ἔχων, καὶ πίστεις πεποιημένος, ἀπετείχιζε τὴν Χαλκηδόνα παντὶ τῷ στρατοπέδῳ ἀπὸ θαλάττης ἐς θάλατταν, καὶ τοῦ ποταμοῦ ὅσον οἷόν τ' ἦν, ΞΥΛΙΝῼ ΤΕΙΧΕΙ. *Posteaquam in castra reversus Alcibiades esset, jam spoliis auctus, & constituta cum Bithynis pace: Chalcedonem cum copiis universis ab una maris parte ad alteram ligneo muro cinxit, intercluso etiam flumine, quantum ejus fieri poterat.* En tibi ξύλινον τεῖχος, *ligneum murum*, quo Alcibiades hostilem urbem inclusit. Quidni igitur etiam Josephum de ligneo muro loqui statuamus? Nam lapidibus certe, aut coctili laterculo exstrui non potuit. Unde enim tanta eorum copia in re subita? unde tanta vis calcis aut bituminis? Nam artifices quidem & operæ fortasse non defuissent, a quibus intra triduum tan-

ta

tæ amplitudinis murus potuisset exædificari; Cum vel ex Cæs. de bell. Gal. 1, 8, 1. & Curtio 7, 26, 6. constet, milites, cum adhuc vigeret disciplina, his etiam operibus admovisse manus. Ne terreus quidem murus esse potuit. Hunc intelligo, non qui sit adgesta humo, is enim Latine agger est, Græce *χῶμα*, sed ex limo aut luto factum. Fac enim, satis luti ad manum fuisse; quando solidatum fuisset lutum madefactum, præsertim si tempestas incidisset pluviosa? Relinquitur ergo, ligneum fuisse murum, cujusmodi usitatos fuisse in circumcingendis urbibus, Alcibiadis exemplum declarat. A militibus autem hic murus excitabatur, qvibus hoc opus diviserat Titus. Unde & ingens inter eos certamen erat, ut suum quisque munus primus ostenderet, Joseph. lib. 6. cap. 13. pag. 936. sub finem. Sed qualis fieri potuerit tam brevi temporis spatio tanti ambitus murus, facile est ad conjiciendum. Certe non asciari tigna, non ad normam inter se conjungi, non ad perpendiculum statui potuerunt; sed subitaria opera ipsis fuit defungendum. Nulli autem munitionis ligneæ generi hæc tanta celeritas rectius convenit, qvam vallo jaciendo. Præterea τεῖχος & χάρακα inter se non semper differre, etiam inde fit probabile, quia ut Xenophon dicit: *ξυλίνῳ τείχει ἀποτειχίζειν*. Ita Arrianus: *χάρακι ἀποτειχίζειν*, locis jam allegatis 1, 7, 14. & 2, 1, 2. & 3, 9, 1. στρατόπεδον τάφρῳ τε καὶ ΧΑΡΑΚΙ ΕΤΕΙΧΙΣΕΝ, *castra fossa ac vallo munivit*. Accedit, quod uti

Jo-

Josephus ait pag. 937. ad illum murum castella, custodum muri receptacula, exstructa fuisse, ita quoque ad vallum eadem fuisse, scribat Arrian. 2, 1, 2. nec non Cæsar de bello Civ. 1, 18, 5. *Oppidum vallo castellisque circummunire instituit.* Neque mirum videri debet, murum dici vallum, cum & mœnia vocet Tacitus, quæ cratibus & vimentis exstructa erant, Ann. 12, 16, 4. *Mœnia non saxo, sed cratibus & vimentis, ac media humo adversum irrumpentes invalida erant.* LXX. interpretes in hoc verbo parum sibi constant. Modo enim *χάρακα* ponunt pro כָּרִים quod significat *arietes ferreos* Ezech. XXI, 27. modo pro סֹלְלָה quod est *aggesta moles terræ*, sive *agger*, Jes. XXXVII. 33. Jer. XXXIII. 4. modo pro מֻצָּב Jes. XXIX. 3. וְצַרְתִּי עָלַיִךְ מֻצָּב *καὶ βαλῶ περὶ σὲ χάρακα.* Ad quem locum etiam Christus, teste Cyrillo, Eusebio & Theodoreto allusit. Et videtur omnino מֻצָּב optime congruere *χάρακι*, cum a constituendo atque collocando istud ductum sit verbum. Præterea Chaldæus pro eo adhibuit כַּרְקוֹם, quod est ex Græco *χαράκωμα.* Neque minus eleganter מָצוֹר *rete*, a rad. צוּד *venari*, transfertur per *χάραξ*, Eccl. IX. 14. *κυκλώσῃ αὐτὴν, καὶ οἰκοδομήσῃ ἐπ' αὐτὴν* ΧΑΡΑΚΑΣ *μεγάλους.* Pro quibus Symmachus eo loco habet *ἀποτείχισμα.* Quæ translatio mire sane convenit. Non aliter enim urbes obsessæ vallis istis ligneis circumclauduntur, quam feræ plagis,

quæ

quæ licet cœptæ nondum sint, jam tamen fuit in venantium potestate. Item Deut. XX. 19. & 20. χάραξ & χαράκωσις usurpantur pro מָצוֹר quo loco istud munimenti genus ex arboribus factum constat. Josephus Hebræus lib. 6. cap. 35. pag. 707. videri posset vocem χάραξ per דוק exprimere, cum Chaldæus 2. Reg. XXV. 1. Ezech. IV. 2. & ceteris locis omnibus דוק transferat per כרקום sive χαράκωμα· nisi plurali usus esset דוקים & addidisset לחושיב אילי הברזל *ad constituendum arietes ferreos*, quod ab usu vallorum abest plurimum. Græcum χαράκωμα habet Xenophon de exp. Cyri lib. 5. pag. 273. lin. 14. pro quo paulo ante pag. 272. lin. 14. & 34. dicit σαύρωμα, & pag. 271. lin. 25. σκόλοπας, i. e. *sudes*, sive *palos*. Quæ omnia synonyma sunt τῷ χάρακ@. Unde Thucyd. lib. 2. καὶ πρῶτον μὲν περιεσταύρωσεν αὐτοὺς τοῖς δένδρεσιν, ἃ ἔκοψαν, τοῦ μηδένα ἔτι ἐξιέναι· ἔπειτα χῶμα ἔχουν πρὸς τὴν πόλιν. *Ac primo quidem circumdederunt eos vallo arborum, quas ciciderant, ne quis amplius ex urbe exire posset: deinde aggerem congerebant ad urbem.* Ubi vetus Scholiastes: τὰ ὀρθὰ ξύλα ἐκάλουν σταυρούς. *Erecta ligna vocabant* σταυροὺς sive *palos*. Quanquam ἀποσταυροῦν & περιχαρακοῦν etiam distinguuntur a Polybio pag. 1024. lin. 14. Lutherus interpretatur Wagenburg / *plaustrorum ambitum*. Et leguntur quidem Thraces plaustris pro vallo usi, apud Arrianum 1, 1, 9. ξυναγαγόντες δὲ ἁμάξας, καὶ προβαλλόμενοι πρὸ σφῶν, ἅμα μὲν ΧΑΡΑΚΙ ἐχρῶντο ΤΑΙΣ ΑΜΑΞΑΙΣ, εἰς τὸ ἀπομάχεσθαι

ἀπ·

ἀπ' αὐτῶν, εἰ βιάζοιντο. *Congregatis ergo plaustris & ante se dispositis, pro vallo ac propugnaculo iis utebantur, ut ex iis, si premerentur pugnarent.* Item 5, 22, 6. Diversa tamen hæc duo fuisse muniendi genera, cum ex verbis ipsis apparet, tum ex eo, quod Alexander & curribus & vallo urbem, quam obsidebat, contra hostium eruptiones incluserit, apud Arrian. 5, 24, 3. Τοῖς δὲ αἵ τε ΑΜΑΞΑΙ ἐμποδὼν ἦσαν, καὶ ὁ ΧΑΡΑΞ ἐν μέσῳ καταβεβλημένος. *At vero & currus & vallum loco inter stagnum medio ductum, magno barbaris impedimento erant.* *Grotium* miror ad demonstrandum vaticinii eventum, huc traxisse verba Josephi de Tito: ἐκέλευσε περιβάλλεσθαι στρατόπεδον, quod ipse vertit: *castris circumdare jussit.* Quæ verba exstant lib. 6. cap. 3. pag. 908. D. Sed περιβάλλεσθαι στρατόπεδον non est castris urbem circumdare, sed ipsa castra vallo aliave munitione contra hostium impetum cingere. Arrian. 3, 11, 1. *Darius vero exercitusque ejus, quemadmodum initio aciem instruxerat, ita totam noctem stetit.* ὅτι οὔτε ΣΡΑΤΟΠΕΔΟΝ αὐτοῖς ΠΕΡΙΕΒΕΒΛΗΤΟ ἀκριβὲς, καὶ ἅμα ἐφοβοῦντο μὴ σφίσι νύκτωρ ἐπιθοῖντο οἱ πολέμιοι. *Neque enim castra accurate munierat, simulque metuebat, ne hostes noctu impetum facerent.* Sic & Ind. 23, 4. Neque alio sensu ea dici a Josepho fatebitur, simulque ista huc plane non pertinere, si cui locum accuratius inspicere lubeat & vacet. Idem Grotius recte quidem annotavit, Ciceronem *castra* transtulisse, quod Polybius lib. 6. cap. 56. χάρακα dixerat:

(quem

quem locum habet in Thesauro Stephanus; & potest illo modo verti pluribus locis apud eundem Polybium, ut pag. 470. lin. 25. τὴν ἀποσκευὴν καταλιπὼν ἐν τῷ ΧΑΡΑΚΙ, *impedimentis in castris relictis.* & pag. seq. lin. 2. & pag. 590. lin. 2. pag. 19. lin. 11. a f. & paulo ante ibidem τὸν χάρακα καὶ τὰς σκηνὰς ἐμπρήσαντα φυγεῖν, *vallo tentoriisque incensis aufugisse.* Et pag. 276, lin. 10.) sed id eo fit, quia castra vallabantur, uti loquitur Tacitus Hist. 2, 19, 1. *Postquam nox appetebat, vallari castra placuit.* Unde & Latini vallum pro castris dicunt, partem nempe pro toto. Tacit. Ann. 13, 36, 4. *Milites tendere omnes extra vallum jussit,* i. e. extra castra. Non autem propterea vallum & castra idem sunt, non magis, quam mœnia & urbs, licet *extra mœnia* dici possit pro *extra urbem.* Potest vallum fieri, etiam ubi castra non sunt. Et distinguitur interdum χάραξ ab ipsis castris, tanquam pars a toto. Ut apud Polyb. pag. 113. lin. 24. ἦγον ἐκ τοῦ ΧΑΡΑΚΟΣ οἱ περὶ τὸν Σπένδιον. καὶ προαγαγόντες βραχὺ πρὸ τῆς ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΕΙΑΣ. *Eos extra vallum ducit Spendius. Cumque produxisset paullum ultra castra.* Et apud eundem χαρακοποιΐα est *castrorum munitio* pag. 489. lin. 18. Circumvallatum igitur iri Hierosolymam vallis sive palis ligneis Salvator præunciat. Quomodo autem fuerit quoque κυκλουμένη ὑπὸ στρατοπέδων, ceu est apud Lucam XXI. 20. explicare paulo post conabimur ad istum locum.

Cap. XX. 21. ὀρθῶς λέγεις) Polyb. pag.

1117. lin. 16. Τῦ δὲ Μανίυ φήσαντ© αὐτὸν ΟΡΘΩΣ ΛΕΓΕΙΝ, *approbante Manio qua ille dixerat.* Et pag. 1034. lin. ult. ὐκ ἔφησεν αὐτὸν ΟΡΘΩΣ ΛΕΓΕΙΝ, *eum dixit errare.*

Cap. XXI. 5. ἀναθήμασι κεκόσμηται) Polyb. lib. 4. cap. 62. pag. 454. lin. 16. *Porticus ad hac circa fanum incendit*; καὶ τὰ λοιπὰ διέφθειρε τῶν ΑΝΑΘΗΜΑΤΩΝ, ὅσα πρὸς κόσμον, ἢ χρείαν ὑπῆρχε, τοῖς εἰς τὰς πανηγύρεις συμπορευομένοις, *catera omnia donaria corrupit, qua vel ornatus causa eo loci posita erant, vel ad usus eorum, qui ad solennium celebrationem undique illuc soliti convenire.* Ex quo loco colligitur, donaria partim ad ornatum, partim ad usum fuisse destinata. It. pag. 498. lin. 3. a fine.

Ibid. v. 6. ταῦτα ἃ θεωρεῖτε) Nominativus ταῦτα absolute ponitur, & exponi potest *Quod attinet ad hac.* Sic Arrian. de exp. Alex. 1, 9, 9. Καὶ ἡ Μήλυ καὶ Σκιώνης ἅλωσις, νησιωτικά τε πολίσματα ἦν, καὶ τοῖς δράσασιν αἰσχύνην μᾶλλόν τι προσέβαλεν, ἢ ἐς τὸ ξύμπαν Ἑλληνικὸν μέγαν τὸν παράλογον παρέσχε. *Meli & Scionis expugnatio*, i. e. quod attinet ad illorum expugnationem, *insularia oppidula erant, & dedecus potius victoribus, quam universa Gracia admirationem attulere.* Conf. Annot. Xenoph.

Ibid. v. 9. ἀκαταστασίας) Apud Matthæum XXIV. 6. & Marcum XIII. 7. pro ἀκαταστασίας dici-

dicitur ἀκοὰς πολέμων, per metonymiam antecedentis pro consequente, vel caussæ pro caussato. Nam ex ἀκοαῖς πολέμων, oriuntur ἀκαταστασίαι, quæ fiunt, cum metus belli subito ingruit, aut jam hostis appropinquare dicitur. Tum enim pavidis & consternatis cunctis, summa fieri solet rerum omnium perturbatio. Hoc sensu utitur Polybius lib. 14. cap. 9 pag. 955. lin. 15. ἐν δὲ τῇ Καρχηδόνι μεγάλης καὶ πρότερον ὑπαρχούσης ΑΚ[illegible]ΣΤΑΣΙΑΣ, ἔτι μείζω τότε συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν ταραχὴν, ὡς ἂν ἐκ δευτέρου τηλικαύτῃ πληγῇ πεπτωκότων ἤδη καὶ ἀπεικότων τὰς ἐν αὑτοῖς ἐλπίδας. *Carthagini vero quum jam ante ingentis trepidationis essent plena omnia, major tamen tunc temporis rerum cunctarum perturbatio est coorta; ceu plane hoc iterato ictu spes universæ ipsorum, quas in se haberent repositas, concidissent, ac nulla amplius restaret.* Victi autem tum fuerant Carthaginienses a Scipione.

Ibid. v. 19. κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν.] Hebraismus & hic statuitur a plerisque; sed forsan potius Græcismus est, isque elegantissimus. Id adeo mihi fit ex eo verisimile, quod ἀνακτᾶσθαι τὰς ψυχὰς dicit Polybius de exercitu Hannibalis, qui tanta cum vexatione Alpes transierat, ut non corporibus tantum, sed animis quoque defecerint, lib. 3. cap. 60. pag. 294. lin. 13. a fine: Πολλὴν οὖν ποιούμενος πρόνοιαν Ἀννίβας τῆς ἐπιμελείας αὐτῶν, ΑΝΕΚΤΑΤΟ καὶ ΤΑΣ ΨΥΧΑΣ ἅμα καὶ τὰ σώματα τῶν ἀνδρῶν, ὁμοίως δὲ καὶ

τῶν ἵππων. Μετὰ δὲ ταῦτα προσανειληφύιας ἤδη τῆς δυνάμεως. *Itaque summo studio Hannibal id operam dabat, ut & ipsi animis corporibusque reficerentur; & equi etiam curarentur. Secundum hæc, recreato jam exercitu &c.* Pro quo paulo ante lin. 3. dicit: ἀνελάμβανε τὰς δυνάμεις, *reficiebat militem.* Et cap. 87. pag. 330. lin. 6. a fine: Διὸ γενόμενος ἐγκρατὴς χώρας εὐδαίμονος, ἐσωματοποίησε μὲν τοὺς ἵππους, ΑΝΕΚΤΗΣΑΤΟ δὲ τά τε σώματα καὶ ΤΑΣ ΨΥΧΑΣ τῶν ἀνδρῶν. *Quamobrem locum adeo rebus omnibus opportunum adeptus, corpora quidem equorum pariter & virorum refovebat: horum vero etiam animos instaurabat.* De Alexandro ex morbo convalescente Curtius ait 3, 6, 16. *Primo animus vigorem suum, deinde corpus quoque exspectatione maturius recuperavit.* Ita & Galenus Therap. 10. τὴν τε δύναμιν τοῦ σώματος ΑΝΑΚΤΩΜΕΝΟΣ. Idemque ad Glauconem usurpat etiam de iis, qui in deliquio animi recreantur: εἰ δὲ διὰ λύπην ἢ χαρὰν ἢ ἔκπληξιν ἐκλυθεῖεν, ὀσφρητικοῖς τε καὶ ταῖς τῶν ῥινῶν καταλήψεσιν ΑΝΑΚΤΗΣΑΣΘΑΙ. Arrian. Epict. p. 393. m. ἀναλαβεῖν καὶ ΑΝΑΚΤΗΣΑΣΘΑΙ ἑαυτὸν, *respirare & se colligere.* Est ergo ἀνακτᾶσθαι τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν *animi sui vigorem recuperare.* Quare si Lucas scripsisset: ἀνακτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν, fidenter interpretarer, *recipite animum, colligite vos ipsos.* Nam *colligere seipsum* est *dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere*, ut Cicero exponit 4. Tusc. c. 36: quod non male exprimit præpositionem ἀνά, quæ in compositione iterationem significat. Sed hoc convenit in eos, quibus ani-

animus jam concidit, ut eum necesse sit resumi. Cum vero hic ἀνὰ omittatur, videtur hoc præcipi, ut ne omnino de statu mentis depellamur, neve animum abjiciamus aut despondeamus, sed fortiter quævis adversa excipiamus. Interpreter ergo κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν *Capite*, sive *sumite animos, retinete animos vestros* in vestra possessione & potestate, (behaltet euren Muth/) ne vi malorum vobis eripiantur, aut dejiciantur. Quod si contingeret, recuperandi essent animi; quod foret ἀνακτᾶσθαι. Sed ne contingat, una præstat patientia. Unde additur: ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν. Hujus enim virtutis munus est, non tam lapsos erigere, quam stantes tueri, & ne labantur confirmare. Et sicut patientia retinetur animus, ita impatientia idem quasi alienatur & amittitur. Ut proinde idem hoc loco præcipiatur, quod Hebr. X. 35. 36. Μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην. Ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν.

Ibid. 20. κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων) *Grotius* existimat, propterea multitudinis numero dici στρατοπέδων, quod Josephus scribat τοὺς Ῥωμαίους στρατοπεδευομένους τριχῆ, *Romanos castra habuisse trifariam*. Narrat id Josephus lib. 6. cap. 3. pag. 908. F. sed nequaquam ista triplicia castra sufficiebant ad urbis κύκλωσιν, neque tum id agebat Titus, ut eam undique circumcingeret, qua de re demum cap. 13. deliberat. Et quæ fuisset illa κύκλωσις, cum decima quidem legio castra locarit ad orientem urbis stadiis sex, &

duæ aliæ ad ſeptentrionem ſtadiis ſeptem, poſt has duas autem tribus ſtadiis, atque adeo decimo ab urbe ſtadio, quinta legio caſtra munire juſſa fuerit: Τὸ δὲ πέμπτον, ὀπίσω τούτων τρισὶ σταδίοις. Κόπῳ γὰρ τῆς διὰ νυκτὸς πορείας τετριμμένους, ἐδόκει σκέπης ἀξίους εἶναι, ὡς ἂν ἀδεέστερον τειχίσαιντο. *Quintæ legioni vero retrorſum ſtadiis tribus caſtra munire præcipit. Labore namque nocturni itineris attritos milites protegi viſum eſt, ut ſine formidine caſtra munirent.* Præterea Titus ipſe fatetur lib. 6. cap. 13. ΚΥΚΛΩΣΑΣΘΑΙ τῇ στρατιᾷ τὴν πόλιν, διὰ μέγεθος καὶ δυσχωρίαν, οὐκ εὐμαρὲς εἶναι, *cingi exercitu urbem, propter magnitudinem & locorum difficultatem, non facile eſſe.* Quod ſi vero exercitu circumdari non potuit, ergo nec caſtris. Quorſum enim caſtra inania? Non igitur hic στρατόπεδα caſtra ſunt, ſed legiones. Quæ ſignificatio in Polybio, utpote rerum Romanarum Scriptore, eſt frequentiſſima. Ita lib. 1. cap 16. pag. 21. lin. 9. ἔστι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ πάντα τέτταρα ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΑ Ῥωμαϊκὰ, χωρὶς τῶν συμμάχων, ἃ κατ' ἐνιαυτὸν προχειρίζονται. Τούτων ἔχει ἕκαστον, ἀνὰ τετρακισχιλίους πεζοὺς, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους. *Sunt apud Romanos quatuor omnino legiones Romanæ, præter ſociorum auxilia, quarum delectus quotannis haberi ſolet. Continent autem ſingulæ quatuor millia peditum, equites trecentos.* Et lib. 2. cap. 24. 156. lin. 13. Ἅμα μὲν οὖν τοῖς ὑπάτοις ἐξεληλύθει τέτταρα ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΑ Ῥωμαϊκὰ, πεντάκις μὲν χιλίους καὶ διακοσίους πεζοὺς, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους ἔχον ἕκαστον. *Exiere cum conſulibus le-*

legiones Rom. peditum quinque millia & ducenti, equites trecenti. Pag. 269. lin. 11. a f. Τοῖς δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ προσπεσόντος, ὅτι τὸ τέταρτον ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΟΝ περιειλημμένον ὑπὸ τῶν Βοιῶν πολιορκεῖται κατὰ κράτος. *Postquam est Romam allatum, legionem quartam magna vi obsessam a Bojis teneri.* Pag. 306. lin. 17. συνάψαντος τοῦ Τιβερίου, καὶ τῶν μετ' ἐκείνου ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΩΝ. *Ut venit Tiberius, & una cum ipso legiones, quas habebat.* Pag. 357. med. Προύθεντο δὲ ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΟΙΣ ὀκτὼ διακινδυνεύειν, ὃ πρότερον οὐδέποτ' ἐγεγόνει παρὰ Ῥωμαίοις· ἑκάστου τῶν ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΩΝ ἔχοντος ἄνδρας εἰς πεντακισχιλίους χωρὶς τῶν συμμάχων. *Placuit octo legionibus rem gerere, quod nunquam antea populus Romanus fecerat: attributis cuique legioni quinis hominum millibus, praeter sociorum auxilia.* Pag. 649. med. Διὰ τὸ τέτταρα παρ' αὐτοῖς ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΑ τὴν ὁλοσχερῆ καὶ πρώτην διαίρεσιν τῶν δυνάμεων ποιεῖσθαι· καὶ τοὺς μὲν πρώτους καταςαθέντας τέτταρας, εἰς τὸ πρῶτον καλούμενον ςρατόπεδον ἔνειμαν. τοὺς δ' ἑξῆς τρεῖς εἰς τὸ δεύτερον. *Quia apud Romanos summa & prima divisio copiarum est in quatuor legiones. Et quatuor quidem illos Tribunos, qui primi creati fuerint, legioni quam vocant Primam, attribuunt; tres proximos, Secunda &c.* Non est igitur, quod de plurali numero laboremus, cum in exercitu Romano plura fuerint ςρατόπεδα, sive plures legiones, a quibus urbs fuit primo quidem ex parte castris, deinde tota operibus circumdata. Nam totam circumdare ne quidem multa castra potuissent, utpote locis sparsa; patuisset enim via per eorum intervalla: sed unis perpetuis castris

id fieri oportuiſſet: & tunc plurali numero opus non fuiſſet. In ſingulari enim στρατόπεδον caſtra notat. Qua vero ratione circumſepta fuerit, operæ pretium erit ex Joſepho repetere. Cinxerant Romani Hieroſolymam undique vallo, ſive, ut Joſephus loquitur, muro, ut intra mœnia urbis concluſi, ſublata ſpe effugiendi, fame vel conſumerentur vel ad deditionem cogerentur. Qua de re ſupra actum eſt ad Cap. XIX. 43. Ad hunc ſive vallum ſive murum exterius ſtruxerant tredecim caſtella, modicis inter ſe ſpatiis diſtantia, quibus milites impoſuerant, ut cuſtodes valli eſſent, & noctu per caſtellorum intervalla circumirent, ne quis ex urbe, tranſcenſo vallo, evaderet. Ita enim Joſeph. lib. 6. cap. 13. pag. 937. ἔξωθεν δὲ αὐτῷ προσῳκοδομήθη τρισκαίδεκα φρούρια. *Exterius autem ad hunc murum ædificata erant tredecim caſtella.* -- Περικλείσας δὲ τῷ τείχει τὴν πόλιν, καὶ δύναμιν τοῖς φρουρίοις ἐγκαταστήσας, τὴν μὲν πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς περιιὼν αὐτὸς ἀπεσκέπτετο. -- διεκληροῦντο δ' οἱ φύλακες τοὺς ὕπνους, καὶ δι' ὅλης νυκτὸς περιῄεσαν κατὰ διαστήματα τῶν φρουρίων. *Muro autem circumcluſa civitate, & per caſtella cuſtodibus collocatis, primam quidem vigiliam noctis ipſe circuiens explorabat. -- Somnos autem inter ſe vigiles ſortiebantur, totaque nocte per caſtellorum ſpatia circuibat.* Similiter fere Philippum Thebas obſediſſe memorat Polyb. pag. 610. ſub fin. *Caſtra Thebis admovit, diviſoque trifariam exercitu, adjacentia urbi loca occupat. Parte una circa Scopium conſedit: altera circa Heliotropium:*

ter-

tertiam in monte collocat, qui urbe imminet. Τὰ δὲ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων τάφρῳ καὶ διπλῷ χάρακι διαλαβὼν, ὠχυρώσατο. *Intervalla ipsa castrorum fossa duplicique vallo munit. Turribus insuper ligneis firmas, quas per singula plethra (sive passus centenos) exstruit, idoneum simul præsidium imponens.* Quæ vero a Josepho φρούρια dicuntur, ea στρατόπεδα appellat Arrianus 2, 1, 2. Τὴν πόλιν χάρακι διπλῷ ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν ἀπετείχισε, ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΑ δὲ πέντε ἐποικοδομησάμενος, τῆς γῆς ἐκράτει οὐ χαλεπῶς. *Urbem a mari ad mare duplici vallo interclusit, & quinque castellis exstructis, a terra facile urbem continebat.* Sed quo minus hic per στρατόπεδα possint illa castella intelligi, facit præpositio ὑπὸ, quæ hanc potius sententiam postulat, a legionibus cinctam fuisse, i. e. legionum opèra atque labore. Non enim ipsæ legiones totam circumsederunt urbem, nisi partem ejus tantum, neque enim id poterat fieri ob magnitudinem circuitus, ut ipse Titus ait, & fuisset eo sensu potius dicendum κυκλουμένην στρατοπέδοις. (Ut loquitur Arrianus de exped. Alex. 5, 23. 5. *Alexander eo ipso die peditum copiis, quatenus phalanx sufficiebat, oppidum obsedit.* Ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐπέχον τὸ τεῖχος ΤΩ ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΩ ΚΥΚΛΩΣΑΣΘΑΙ οὐ δυνατὸς ἐγένετο. *Murus enim in circuito amplior erat, quam ut ab exercitu totus in orbem cingi posset.*) Sed eam legiones munitionibus circumdederunt. Sic Livius de obsidione Capuæ: *Ita tria prætoria circa Capuam erecta, tres exercitus divisis opus partibus aggressi fossa valloque circumdare urbem pa-*

rant, & castella excitant modicis intervallis. Quodsi omnino *castris cinctam* interpretari velis, paulo laxiore significatu accipiendum erit verbum κυκλȣμένην, quod tredecim illa castella ita modicis intervallis posita fuerint, ut iis tota urbs inclusa dici potuerit. Sed præpositio ὑπὸ, uti paulo ante dictum est, hanc interpretationem non videtur admittere. Utitur autem Salvator præsenti tempore κυκλȣμένην, ut totum includendæ urbis tempus intelligatur. Cingi enim urbs cœpta est a legionibus Romanis, cum & ab oriente & a septentrione castra ponerent, maxime vero, cum eam vallo castellisque circummunirent.

Ibid. v. 21. οἱ ἐν ταῖς χώραις] οἱ ἐν τῷ ἀγρῷ Matth. XXIV. 18. *qui in agro sunt*, villis, prædiis. Nam ἡ χώρα opponitur τῇ πόλει. Polyb. pag. 791. lin. 14. ἐγένετο κύριος ΤΗΣ ΧΩΡΑΣ ἅμα καὶ τῆς πόλεως, *agro pariter & urbe potitus est.* Pag. 468. med. Ἔνιοι γὰρ αὐτῶν ȣ̔́τω ϛέργȣσι τὸν ΕΠΙ ΤΩΝ ΑΓΡΩΝ βίον, ὥϛε τινὰς ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς γενεὰς ἔχοντας ἱκανὰς ȣ̓σίας, μὴ παραβεβηκέναι τὰ παράπαν εἰς Ηλείαν. Τȣ̃το δὲ γίνεται διὰ τὸ μεγάλην ποιεῖσθαι σπȣδὴν καὶ πρόνοιαν τȣ̀ς πολιτευομένȣς ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΗΣ ΧΩΡΑΣ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΩΝ. *Adeo enim nonnulli eorum rusticam vitam adamant, ut reperiantur sic satis divites, qui per alteram aut tertiam generationem urbem Elidem omnino non adierint. Fit autem hoc ideo, quia principes civitatis magna cura & studio agricolas complectuntur.* Pag. 744. lin. 3. καὶ

καὶ σὺν αὐτῷ νομαδικὴν ἔχων διασκευὴν ἕτερος, ὡς εἰς τις ὢν ΤΩΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΧΩΡΑΣ. *Et cum eo alter habitu pastoritio adornatus, tanquam esset agrestium aliquis.*

Ibid. v. 28. *ἀνακύψατε)* Verbum hoc significare *vultu sublato animum spe plenum ostendere*, luculento exemplo jam ex Xenophonte demonstratum est. Eodem sensu & apud Polybium reperitur lib. 1. cap. 55. init. *Τούτου δὲ συμβάντος, τὰ μὲν τῶν Καρχηδονίων αὖθις* ΑΝΕΚΥΨΕ, *καὶ πάλιν ἐπιῤῥεπεστέρας εἶχε τὰς ἐλπίδας. Secundum ista caput iterum exerere Carthaginiensium Resp. atque in spe firmiore esse cœpit.* Duo alia exempla citat Budæus in Comment ex Appian. in quinto *τῶν ἐμφυλίων, καὶ τὰς ἀποικίας συνισαμένας ἔφασαν, οὐ μὴ δ' αὖθις* ΑΝΑΚΥΨΑΙ *τὴν δημοκρατίαν, ne unquam Resp. caput erigere posset, & restitutionis spem haberet.* Et Herod. in Terpsich. *Ἔπειτα ποιήσαντες ταῦτα, δήμῳ ἀχαρίστῳ παρεδώκαμεν τὴν πόλιν, ὃς ἐπείτε δι' ἡμέας ἐλευθερωθεὶς* ΑΝΕΚΥΨΕ, *ἡμέας μὲν καὶ τὸν βασιλῆα ἡμέων περιυβρίσας, ἐξέβαλε.* Ubi notandum, quod *ἐλευθερωθεὶς* addatur, uti hic *ἀπολύτρωσις*. Dicuntur etiam aves bibentes *ἀνακύπτειν* apud Aristot. de animal. lib. 9. verum non præcavendi studio, ne reti vel aliis modis capiantur, uti quidem *Gerbardus* in Harm. arbitratur; sed quia propter longius collum aliter bibere non possunt, ut idem Arist. ait de anim. l. 8. c. 6. *τὰ μὲν μακραύχενα πίνει διαλείποντα καὶ αἴροντα τὴν κεφαλήν.*

Aves

Aves quibus collum est longum, bibunt intermittentes, & caput resupinantes.

Ibid. ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν) Bene hoc convenit cum eo quod sequitur: διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν. Nulli enim justiorem habent caussam caput attollendi, aut, ut Epictetus loquitur, cervices erigendi, quam qui ex servitute in libertatem vindicantur. Ita Epictetus lib. 2. cap. 16. pag. 201. lin. 6. Ἀνάτεινόν ποτε τὸν τράχηλον ὡς ἀπηλλαγμένος δουλείας. Τόλμησον ἀναβλέψας πρὸς τὸν θεὸν εἰπεῖν, ὅτι χρῶ μοι λοιπὸν εἰς ὃ ἂν θέλῃς. *Erige tandem cervices tanquam liberatus a servitute. Aude sursum respiciens ad Deum dicere: Utere me posthac ad quamcunque rem voles.* Et cap. 17. pag. 208. lin. 13. Ἐμοὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα χαιρέτω, ἀρκεῖ δ' εἰ ἐξέσται ποτὲ ἀπαραποδίστῳ καὶ ἀλύπῳ διεξαγαγεῖν, καὶ ἀνατεῖναι τὸν τράχηλον πρὸς τὰ πράγματα ὡς ἐλεύθερον, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπειν ὡς φίλον τοῦ θεοῦ, μηδὲν φοβούμενον τῶν συμβῆναι δυναμένων. *Valeant cætera omnia, mihi sufficit, si licebit aliquando sine impedimento & sine mœrore vitam traducere, & erigere cervices ad negotia tanquam liberum, & in cœlum suspicere tanquam amicum Dei, nihil timentem eorum quæ accidere possunt.*

Ibid. v. 31. ἐξητήσατο ὑμᾶς) Ἐξαιτεῖν vel ἐξαιτεῖσθαι est *postulare ut sibi quis dedatur, deposcere aliquem ad pœnam.* Arrianus de exp. 1, 10, 7. *Alexander Demosthenem aliosque* ΕΞΗΤΕΙ *sibi dedi postulabat.*

labat, ut in eos tanquam cladis Chæronensis autores pro lubitu animadverteret. De iisdem mox additur v. 9. *Athenienses vero* τοὺς μὲν ἄνδρας οὐκ ἐξέδοσαν, *illos viros non dediderunt*, *sed alios rursum legatos ad eum mittunt*. ἀφεῖναι δεόμενοι τὴν ὀργὴν τοῖς ΕΞΑΙΤΗΘΕΙΣΙ, *iram adversus eos, quos ad supplicium deposcebat, ut remittat orantes*, Conf. *Pricæus*.

Ibid. v. 34. μερίμναις βιωτικαῖς) *Curis de victu & cultu sollicitis.* Polyb. pag. 468. lin. 13. a fine: τῶν πρὸς ΒΙΩΤΙΚΑΣ χρείας μηδὲν ἐλλείπῃ, *ut necessariorum ad vitam nihil quicquam desit*. It. pag. 1401. lin. 10. a f.

Cap. XXII. 41. ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν) Explicata jam est verbi ἀποσπᾶσθαι notio in Annotat. Xenophonteis. Confirmant eam, quam tum dixi sententiam complura exempla Polybii, pag. 334. lin. 9. Πολλοὺς τῶν πολεμίων ΑΠΟΣΠΩΜΕΝΟΥΣ ἀπὸ τ' ἰδίας παρεμβολῆς ἐπὶ τὰς προνομὰς διὰ τὸ καταφρονεῖν, ὑποχειρίους ἐλάμβανε, καὶ κατέφθειρε τῷ τοιούτῳ τρόπῳ. *Multos ex hostibus, qui præ contemptu Romanorum longius a castris suis pabulandi caussa effundebantur, intercipiebat, & eo pacto concidebat.* Item pag. 811. lin. 8. & pag. 853. lin. 9. a fine: *Thraces Macedoniæ finitimos, præcipue autem Mados consilium iniisse impressionem in Macedoniam faciendi*, ἐὰν βραχύ τι μόνον ὁ βασιλεὺς τ' οἰκείας ΑΠΟΣΠΑΣΘΗ, *si vel tantillum a regno suo Philippus foret avocatus*. Pag. 913. lin. 6.

διὰ

διὰ τὸ μακρὰν ἀποσπᾶσθαι τὰ κτήνη τῶν περιαγόντων, *quia procul abscedere solent pecora a pastoribus studio concitata inveniendi fructus.*

Ibid. v, 42. εἰ βούλει, παρενεγκεῖν) *si vis, transfer.* Nulli interpretum, quod sciam, hæc syntaxis infinitivi pro imperativo nota fuit, præterquam *Camerario*, qui, *si vera esset*, inquit, *hæc scriptura, vel verbum infinitivum accipiendum esset pro imperativo, vel finitum aliquod extrinsecus. Si vis, transfer seu aufer. Vel, si vis, potes auferre, sive auferre studeas.* Sed adeo dubitat, *an itidem hæc in petitionibus usitata sint in Græco sermone, quemadmodum in præceptis & edictionibus*: ut propterea aliam scripturam huic præferat. *Itaque verum esse puto*, inquit, *id quod in nostro vetere libro exstat*: εἰ βούλῃ παρένεγκαι. μέσως i. e. in media forma. Grotius εἰ exponit per *utinam*. Sed neque hac expositione, neque ista scripturæ mutatione opus est, cum infinitivus pro imperativo etiam in petitionibus sit usitatissimus, si minus in aliis auctoribus, certe in Arriano de exped. Alex. ex quo plura exempla annotabimus, ne cui parum certa hæc constructio videatur. Cum Alexander a Nyssæis postulasset, ut sibi centum ex iis, qui remp. regerent, delectos darent, Acuphis, præses illius provinciæ, respondit 5, 2, 5. Καὶ πῶς ἄν, ὦ βασιλεῦ, μία πόλις ἑκατὸν ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἐρημωθεῖσα, ἔτι καλῶς πολιτεύοιτο· ἀλλὰ σύ, ΕΙ ΣΟΙ ΜΕΛΕΙ Νυσαίων, τοὺς ἱππέας

μὲν

μὲν ΑΓΕΣΘΑΙ τοὺς τριακοσίους, καὶ ΕΙ ΒΟΥΛΕΙ ἔτι τούτων πλείονας· ἀντὶ δ' ἑκατὸν, οὕς τινας τοὺς ἀρίστους ἐπιλέξαι σὺ κελεύεις, διπλασίους τῶν ἄλλων τῶν κακῶν ΑΓΕΣΘΑΙ. *Quonam pacto, o rex, civitas centum bonis viris privata, recte deinceps gubernari queat. At tu, si Nissaeorum salus tibi cordi est, equites quidem CCC. & si velis plures accipe. Sed pro centum, quos ex optimis deligi tibi jubes, ducentos ex deterioribus dari patiare.* Et 4, 20, 6. ΕΙ δὴ ἐγὼ οὐκέτι σοι βασιλεὺς τῆς Ἀσίας, σὺ δὲ μηδενὶ ἄλλῳ ὅτι μὴ Ἀλεξάνδρῳ ΠΑΡΑΔΟΥΝΑΙ τὸ ἐμὸν κράτος. *Sin vero jam de me transactum est, ut rex Asiae esse desinam: in neminem alium, quam in Alexandrum, imperium meum transferto.* Et 5, 23, 12. & 13. σὺ δὲ ἐπειδὰν αἴσθῃ, ἔφη, βιαζομένους ταύτῃ, αὐτὸς μὲν ξὺν τῇ στρατιᾷ ΕΙΡΓΕΙΝ τοὺς βαρβάρους τοῦ πρόσω. τὸν δὲ σαλπιγκτὴν κέλευε σημαίνειν· ὑμεῖς δὲ, ἄνδρες ἡγεμόνες, ἐπειδὰν σημανθῇ, ξὺν τοῖς καθ' αὐτοὺς ἕκαστοι ξυντεταγμένοι ΙΕΝΑΙ ἐπὶ τὸν θόρυβον, ἵν' ἂν ὁ σάλπιγξ παρακαλῇ. *Tu vero simulac senseris, inquit, eruptionem illic tentantes, ipse quidem cum exercitu transitu probibe: tubicinem autem jube signum dare. Vos autem, duces, statim audito signo cum suis quisque copiis, quo tuba vocaverit, instructi advolate.* Et 5, 27, 12. & 14. Σὺ δὲ νῦν μὴ ΑΓΕΙΝ ἄκοντας· οὐδὲ γὰρ ὁμοίοις ἔτι χρήσῃ ἐς τοὺς κινδύνους, οἷς τὸ ἑκούσιον ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀπέσται. Ἐπανελθὼν δ' αὐτός τε, εἰ δοκεῖ, ἐς τὴν οἰκείαν, καὶ τὴν μητέρα τὴν σαυτοῦ ἰδὼν, καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων καταστησάμενος, καὶ τὰς νίκας ταύτας τὰς πολλὰς καὶ μεγάλας ἐς τὸν πατρῷον οἶκον κομίσας· οὕτω δὴ ἐξ ἀρ-

χῆς

χῆς ἄλλον στόλον ΣΤΕΛΛΕΣΘΑΙ; ΕΙ μὲν ΒΟΥΛΕΙ, ἐπ' αὐτὰ ταῦτα τὰ πρὸς τὴν ἕω ᾠκισμένα Ἰνδῶν γένη· ΕΙ δὲ ΒΟΥΛΕΙ, ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον· εἰ δὲ ἐπὶ Καρχηδόνα. *Tu vero ne invitos ducito. Neque enim eosdem illos in periculis es experturus, quum voluntas adeundi certamina in iis non sit futura. Quin potius tu quoque, si placet, domum reversus matrem invisas, Græcorum simul res compositurus, & tot tamque ingentes victorias in paternam domum reportaturus. Tum licebit tibi denuo novam expeditionem suscipere, sive adversus istas Indorum gentes quæ orientem versus sitæ sunt, sive malis in Pontum Euxinum, sive in Carthaginem.* Item 7, 16, 10. Σὺ δὲ, ὦ βασιλεῦ, ἔφασαν οἱ χαλδαῖοι, μὴ πρὸς δυσμὰς ἀφορῶν αὐτὸς, μηδὲ τὴν στρατιὰν ταύτη ἐπέχουσαν ἄξειν ΠΑΡΕΛΘΕΙΝ· ἀλλὰ ἐκπεριελθὼν πρὸς ἕω μᾶλλον. *Tum Chaldæi, Atqui, o rex, ne occidentem versus respicias, neque exercitum hac ducens ingrediare, sed potius circumactum agmen in orientem ducito.* Deniq; & 5, 11, 7. & 8. ἢν δὲ μέρος μέντοι τῆς στρατιᾶς ἀναλαβὼν Πῶρος ἐπ' ἐμὲ ἄγῃ, μέρος δέ τι ὑπολειφθῇ αὐτῷ ἐπὶ στρατοπέδου καὶ ἐλέφαντες, σὺ δὲ δικαίως ΜΕΝΕΙΝ κατὰ χώραν· εἰ δὲ τοὺς ἐλέφαντας ξύμπαντας ἅμα οἱ ἐπάγῃ Πῶρος ἐπ' ἐμὲ, τῆς δὲ ἄλλης στρατιᾶς ὑπολείποιτό τι ἐπὶ στρατοπέδου, σὺ δὲ ΔΙΑΒΑΙΝΕΙΝ σπουδῇ [οἱ γὰρ ἐλέφαντες μόνοι, ἔφη, ἄποροί εἰσιν πρὸς τοὺς ἐκβαίνοντας ἵππους] ἡ δὲ ἄλλη στρατιὰ μενέτω. *Si vero Porus parte exercitus sumta in me contendat, partemque aliam cum elephantis apud castra relinquat: tu quidem merito tuo loco te contine. At si omnes elephantos adversus me ducat,*

re-

reliquo exercitu apud castra relicto, tu celeriter amnem transmitte (soli enim, inquit, elephanti equis difficilem transitum efficiunt) reliquus autem exercitus ibi maneat. Ad quem locum ita in Notis scribit *Jac. Gronovius*: Non debet ulterius" differri tam pulcræ & quæsitæ enallages vindi-" catio, qua gaudent Græci non mediocriter." Pater elegantiæ hujus Homerus Iliad. α. 582." ἀλλὰ σὺ τὸν γ' ἐπέεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσι," ubi Eustath. καὶ ὅρα ὅτι τὸ καθάπτεσθαι, καὶ αὐτὶ" προστακτικοῦ τοῦ καθάπτου εἶπεν, ὅπερ ἐστὶ σχῆμα ἐλ-" λειπτικὸν ἰωνικὸν ἢ καὶ Ἀττικὸν ὡς προγέγραπται." Eadem figura apud Herodotum utitur Pythia" libro 1. cap. 55. καὶ τότε Λυδὲ ποδαβρὲ πολυψη-" φίδα παρ' Ἕρμον φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖ-" σθαι κακὸς εἶναι. Et lib. 3, 134. Ἐπὶ Σκύθας μὲν" τὴν πρώτην ἰέναι ἔασον, σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα" στρατεύεσθαι. Sed & apud eundem ex margine" in contextum repetenda est vera lectio libr. 4." cap 126. σὺ δὲ στάς τε καὶ παυσάμενος πλάνης" μάχεσθαι. Ut docent antiquissimi MSSti. IV." 163. etiam dicit Pythia: Σὺ μὲν τοι ἥσυχος εἶναι," κατελθὼν ἐς τὴν σεωυτοῦ. Itaque hinc quoque" id usurpandum judicavit jecur & sapientia He-" liodori V. 261. Ὦ πάτερ, ἔφη, σὺ δὲ εἰς τὸ ἑξῆς ἡμῖν εὔθυμος εἶναι. VII. 320. Σὺ δέ μοι σαυτὴν ἀναλαμβάνειν. Hæc *Gronovius*. In quibus locis plerisque manifesto insunt petitiones, in nonnullis tamen præcepta. Maxime vero omnium huc pertinent illa, quæ citavi, in quibus etiam εἰ βούλει additum est, εἰ βούλει ἅπτεσθαι; *si vis, accipe*; εἰ βούλει, στέλλεσθαι, *si vis, expeditionem suscipe*.

 Ibid.

Ibid. v. 45. εὗρεν αὐτοὺς κοιμωμένους] Polyb. pag. 669. lin. 15. ἐὰν δ' εὕρῃ κοιμώμενον, *Ac si aliquem invenerit dormientem.*

Cap. XXIII. 11. ἐσθῆτα λαμπρὰν] *vestem candidam*, uti Gerhardus in Harmon. pag. 1882. copiose docet, & ex Polybio quoque intelligitur pag. 805. sub fin. ἤξίου τὴν βενναν αὐτῷ ΛΑΜΠΡΑΝ εὐθέως ἑτοιμάσαι· οὗτο γὰρ ἔθ@ ἐστὶ τοῖς τὰς ἀρχὰς μεταπορευομένοις. Καὶ τῇ μὲν οὐδ' ἐν νῷ τὸ μηθὲν ἦν. ὁ δὲ λαβὼν πρῶτον ΛΑΜΠΡΑΝ ΕΣΘΗΤΑ, κοιμωμένης ἔτι τῆς μητρὸς, παρῆν εἰς τὴν ἀγοράν. *Ac statim parari illi togam candidam jubet. Solent enim Romani honores petere candidati, & ipsa quidem de eo nihil cogitabat amplius. At Scipio candida tum primum sumpta, priusquam surgeret mater, venit in forum.* Hinc non male colligunt Commentatores, illusum fuisse Christum ab Herode tanquam stolide affectati regni atque sacerdotii candidatum. Vide Gerhardum loc. cit. Interdum tamen λαμπρὸς quemvis colorem declarat. Conf. Annot. Xen. ad Jac. II. 2.

Ibid. v. 14. ἀνακρίνας] Arrian. Epict. lib. I. cap. I. pag. 6. sub fin. Ἀλλὰ καὶ ἔτι πρότερον, προσελθόντι Ἐπαφροδίτῳ τῷ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νέρων@, καὶ ΑΝΑΚΡΙΝΟΝΤΙ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ συγκεχθῆναι, ἄν τι θέλω, φησὶν, ἐρῶ σου τῷ κυρίῳ. *Quin etiam priusquam extremo afficeretur supplicio, a liberto Neronis Epaphrodito de conjuratione interrogatus, respondit: Si quid est quod volo, ipse dicam domino tuo.*

Et

Et de exped. Alex. I, 25, 7. ὁ δὲ Ἀσίσίνης ἁλοὺς πρὸς Παρμενίωνος, ταῦτ' εἶπεν ΑΝΑΚΡΙΝΟΜΕΝΟΣ ὧν ἕνεκα ἀπεςάλη. *Sed Asisines a Parmenione comprehensus, causam suae legationis examinatus explicavit.* Eodem sensu judiciali usurpatur Act. IV. 9. XXVIII. 18. & ἀνάκρισις ibid. XXV. 26.

Ibid. v. 15. πεπραγμένον αὐτῷ.) Dupliciter hæc video exponi. Ab aliis τὸ πεπραγμένον refertur ad Herodem, quasi is nihil gravius in Jesum consuluerit, quo declarasset, eum sibi videri mortem commeritum: ab aliis vero ad Jesum, quod is nihil morte dignum commiserit, idque ab Herode ipso fuisse judicatum; quorum sententiæ & ego accedo, propter innumera fere exempla Polybii, in quibus πεπραγμένον τινὶ est id *quod ab aliquo factum* est, non vero quod alicui ab altero accidit. Pag. 394. lin. 17. οὐ μὴν ἀλλ' ἅμα τῷ προελθόντα τὸν Ἄρατον, ἀναμνῆσαι μὲν τῶν προπεπολιτευμένων καὶ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΩΝ πρότερον ΑΥΤΩ. *Veruntamen simulatque progressus in mediam concionem Aratus de suis prioribus in Remp. meritis & rebus gestis disseruit.* Pag. 476. lin. 18. Καλὸν γὰρ δὴ τοῦτο Λεπρεάταις ἔργον πέπρακται. *Praeclarum enim vero Lepreatarum hoc facinus exstitit.* Pag. 498. lin. 5. a fine: Λαβόντες γὰρ ἔννοιαν τῶν ἐν Δίῳ καὶ Δωδώνῃ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΩΝ ΤΟΙΣ ΑΙΤΩΛΟΙΣ. *Nam ubi venit illis in mentem eorum quae Dii ac Dodona fecerant Ætoli.* Pag. 501. lin. 10. παρὰ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐπειράθη λαβεῖν δίκην ἀξίαν τῶν ΣΦΙΣΙ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΩΝ. *Ab hominibus*

ille quidem pares sceleribus ipsorum pœnas consatus est exigere. Pag. 508. lin. 14. Τοῦ δ' Ἀράτου κατηγορήσαντος ἀνέκαθεν τὰ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΑ ΤΟΙΣ περὶ τὸν Λεόντιον. *Omnium criminum, quæ inde a principio patraverant Leontius & qui cum eo sentiebant, Aratus illos accusavit.* Pag. 559. lin. 10. Ἑρμείας μὲν οὖν τούτῳ τῷ τρόπῳ μετήλλαξε τὸν βίον, οὐδεμίαν ὑποσχὼν τιμωρίαν ἀξίαν τῶν ΑΥΤΩ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΩΝ. *Hoc modo vitam finivit Hermias, supplicium perferens sceleribus suis nulla ex parte comparandum.* Pag. 592. lin. 15. a f. τῆς δὲ τῶν προγόνων δόξης, καὶ τῶν ΕΚΕΙΝΟΙΣ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΩΝ ἀναμιμνήσκοντες, *gloria & rebus gestis majorum commemorandis erigere phalangitarum animos & ad prælium accendere conabantur.* Pag. 790. lin. 15. a f. Τῶν δὲ ΦΙΛΙΠΠΩ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΩΝ εἰς ἀσέβειαν ὠνείδισαν τὴν τοῦ ναοῦ καταφθοράν. *Ut Philippum ex rebus quas gessit impietatis arguant, templi vastationem ei objiciunt.* Pag. 950. lin. 7. Εἰ καὶ πολλῶν τῶν καλῶν ΔΙΕΙΡΓΑΣΜΕΝΩΝ ΣΚΙΠΙΩΝΙ, κάλλιστον εἶναί μοι δοκεῖ τοῦτο τοὔργον, καὶ παραβολώτατον τῶν ΕΚΕΙΝΩ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΩΝ. *Ac licet multa præclara facta antea fuerint a Scipione edita: mihi tamen facinus istud ex omnibus præclarissimum, & insignis cujusdam præ cæteris audaciæ videtur fuisse.* Item pag. 1122. lin. 15. a fine, & pag. 1379. lin. 11. a f. pag. 1387. lin. 9. & lin. 14. a f. & pag. 1467. lin. 4. Neque contrarium ullum locum reperi, nisi quod pag. 151. lin. 16. a fine, videatur aliter accipi posse: Ἐκ δὲ τῶν προειρημένων ἀγώνων, δύο τὰ κάλλιστα συνεχώρησε Ῥωμαίοις. Τοῦ γὰρ καταπέπτε-

κόπτεσθαι συνήθειαν ἐσχηκότες ὑπὸ Γαλατῶν, ὐδὲν ἠδύναντο δεινότερον ἰδεῖν, ὐδὲ προσδοκῆσαι τῶν ΑΥΤΟΙΣ ΗΔΗ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΩΝ. *Romani vero e superioribus certaminibus duo consecuti sunt pulcherrima.* Quæ latinus interpres ita transtulit: *Quippe assiduis per Gallos cædibus affecti, nihil deinceps terribilius aut videre aut pati poterant iis quæ jam acciderant.* Ubi tamen, propter summum reliquorum locorum omnium consensum, puto τὰ αὐτοῖς ἤδη πεπραγμένα intelligenda de iis rebus, quas ipsi jam gesserant, hoc sensu: Romanos ex illis bellis hoc boni adeptos fuisse, ut nihil ipsis amplius accidere potuerit, quod gravius aut terribilius esset iis rebus, quibus ipsi jam interfuerant, quasque jam patraverant. Eodem sensu Josephus scribit in vita sua extrema pag. 1032. lin. 7. Ταῦτα μὲν τὰ πεπραγμένα μοι διὰ παντὸς τῦ βίυ ἐςίν. *Hæc sunt, quæ per omnem vitam a me gesta sunt.* Et Chrysost. ad Phil. IV. 5. pag. 130. B. ἤδη ἡ κρίσις ἐφέςηκεν· ὐκ εἰς μακρὰν δώσυσι λόγον τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς. *Jam imminet judicium. Non longe erit, cum factorum suorum rationem reddent.* Idem ad Ephes. IV. pag. 962. A. ἕκαςος ἡλικίαν ἔχει, καὶ τῶν αὐτῷ πεπραγμένων δώσει τὰς δίκας. *Quisque ætatem habet, & eorum quæ egit dabit pœnas.* Et Arrian. de exp. 4, 24, 11. πεπραγμένων σφίσι πάντων, *perfectis iis rebus omnibus quas Alexander impetrarat.* Demosth. pag. 6. B. lin. 7. Ait ergo Pilatus, Herodem in sententia de Jesu secum consentire, *nihil ab eo morte dignum esse perpetratum.* Acti-

va forma diceretur; οὐδὲν ἄξιον θανάτου πέπραχε, uti ter loquitur idem Lucas in Actis XXV. 11, 25. XXVI. 31. Qui aliter interpretantur, alium plane sensum tribuunt verbis ἄξιον θανάτου, quam in his locis habent, uti & Act. XXIII. 29. & Rom. I. 32. In eorum numero est Lud. de Dieu, qui ait, *ἄξιον θανάτου non hic significare, ut alias, quod mortem mereatur; sed quod ad mortem referatur, quod morti respondeat, veluti sententiam mortis ferre, & virgis cædere.* Sed nolim ego quidquam statuere contra tot loca, cum nulla contraria suppetant, & illa communis significatio, a qua nos hic abire nulla sane cogit necessitas, pulchre conveniat verbis πεπραγμένον αὐτῷ, ut ex Polybii aliisque ostendimus.

Ibid. v. 41. οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε.) Polyb. lib. 5. cap. 11. init. Τοῖς γὰρ Αἰτωλῶν ἀσεβήμασι συνεξαμαρτάνων διὰ τὸν θυμὸν, καὶ κακῷ κακὸν ἰώμενος, ΟΥΔΕΝ ᾤετο ΠΟΙΕΙΝ ΑΤΟΠΟΝ. *Immanibus namque Ætolorum sceleribus paria delinquens præ ira, & malum malo, quod ajunt, sanans, nihil peccari a se existimabat.*

Ibid. v. 42. ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.) Pro, εἰς τὴν βασιλείαν σου. Arrianus dicit εἰς τὴν βασιλείαν παρελθεῖν, *regnum adire, suscipere, regnare incipere* de exp. 3, 22, 4. & 5. ait ἐς τὴν ἀρχὴν παρελθεῖν, eodem sensu.

Cap. XXIV. 12. παρακύψας) Arrian. Epict.

pict. lib. I. cap. I. pag. 6. lin. 4. Διόπερ ὅτω ἂν ἄπλοια ᾖ, καθήμεθα ἀπορώμενοι, καὶ ΠΑΡΑΚΥΠΤΟΜΕΝ συνεχῶς, τίς ἄνεμος πνεῖ. *Quocirca cum quo minus navigemus tempestas nos impedit, sedemus solliciti, ac sine intermissione prospicimus, quinam ventus spiret.*

Ibid. v. 19. δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ] Sic de Mose quoque dicitur Act. VII. 22. Δυνατὸς ἐν λόγῳ est *disertus, qui eloquentia multum valet.* Polyb. lib. 12. cap. 15. pag. 931. lin. 19. *Theopompus ait: in bellicis quidem rebus ille præstat omnibus, qui præliis quamplurimis interfuit.* Τοῦτον δὲ ΔΥΝΑΤΩΤΑΤΟΝ ΕΝ ΛΟΓΩ, τὸν πλείστων μετεσχηκότα πολιτικῶν ἀγώνων. *Inter oratores vero ille excellit, qui plurimas ipse caussas egit.* Aliis verbis eandem rem eloqvitur, Epigenem vocans virum καὶ λέγειν καὶ πράττειν δυνάμενον, *dicendi simul agendique peritum*, pag. 538 lin. 12. a f. Itemque pag. 1404. lin. 16. ἀνὴρ καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἱκανὸς, *vir cum ad dicendum, tum ad agendum promptus.*

Ibid. v. 22. ἐξέστησαν ἡμᾶς] Polyb. lib. 11. cap. 25. extr. αὐτὸς δὲ προπορευθεὶς, ΕΞΕΣΤΗΣΕ ταῖς διανοίαις ΠΑΝΤΑΣ εὐθέως κατὰ τὴν πρώτην φαντασίαν. ἔτι γὰρ ὑπολαμβάνοντες αὐτὸν ἀσθενῶς ἔχειν οἱ πολλοὶ, κἄπειτα παρὰ τὴν προσδοκίαν αἰφνιδίως ἐῤῥωμένον θεασάμενοι, κατὰ τὴν ἐπίφασιν κατεπλάγησαν. *Ipse progressus in medium, ut primum apparuit, de statu mentis circumstantes dejecit. Vulgo enim plerique male ipsum habere quum putarent, ut præter opinionem bene valentem viderunt, species ipsa & color terrore intuentes defixit.*

IN JOHANNEM.

CAP. I. 22. *ἀπόκρισιν δῶμεν τοῖς*) Polyb. pag. 459. lin 8. τοὺς μὲν παρὰ τῶν Ἀχαιῶν πρέσβεις ἀπέστειλε, ΔΟΥΣ ΑΠΟΚΡΙΣΙΝ. *Legatos Achæorum cum hoc responso domum remisit.* Pag. 611. lin. ult. *Legati de pace iterum venerunt.* ὃς παραπλησίους ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ ΔΟΥΣ ταῖς πρότερον. *Philippus simili atque antea responso his dato.* Eodem modo de legatorum responso loquitur pag. 1135. lin. 24.

Cap. II. 1. *γάμος ἐγένετο*) Γάμος est celebritas, præcipue cœna nuptialis. Vid. Matth. XXII. 2. Sic Arrian. de exped. Alex. 7, 4, 10. ἐν τῷ αὐτῷ γὰρ πάντων ΕΓΙΓΝΟΝΤΟ ΟΙ ΓΑΜΟΙ. *Cunctorum enim nuptiæ simul agebantur.*

Ibid. v. 6. *κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν ἰουδαίων*) *ad purificationem Judæorum.* Κατὰ enim sæpe caussam, ut vocant, finalem declarat. Arrian. exp. Alex. 4, 21, 16. ἀνέβη ΚΑΤΑ θέαν τῆς πέτρας, *adscendit ad spectandum petram.* 1, 17, 14. ΚΑΤΑ ἁρπαγὴν χρημάτων ἀποκτείνειν *propter rapinam facultatum*, spe prædæ, *interficere.* 4, 5, 1. 6, 26, 3. ΚΑΤΑ ζήτησιν ὕδατος ἀποτραπέντας ἀπὸ τῆς στρατιᾶς, *milites ad quærendam aquam ab exercitu digressos.* Hist. Indic. 33, 4. *ab exercitu sejuncti sunt* ΚΑΤΑ ζήτησιν ἄλλος ἄλλου, *alius aliud quærentes.* Et 34, 6. & 9. & 11.

Ibid. *μετρητὰς*) Polyb. lib. 2. cap. 15. init. τοῦ δ' οἴνου τὸν ΜΕΤΡΗΤΗΝ ἰσόκριθον. *Vini metreta, cum pari mensura hordei permutatur.*

Cap. III. 30. *Ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν*] *illum oportet crescere*, i.e. illius auctoritatem atque famam in dies magis oportet augeri atque illustrari, meum contra nomen minui atque obscurari, & denique cum morte mea penitus exstingui, ut me sublato, ille unus pro Messia agnoscatur. Sic verbum *αὔξω* usurpat Polybius, quanquam activo sensu pag. 352. lin. 4. *Itaque Fabium omnes accusare, eique graviter succensere, ut qui parum audendo occasiones rei gerendæ prætermitteret.* Τὸν δὲ Μάρκον ἐπὶ τοσοῦτον ΗΥΞΟΝ διὰ τὸ συμβεβηκὸς, ὥστε τότε γενέσθαι τὸ μηδέποτε γεγονός. *Marci vero ob ea quæ fecerat, laudes adeo exaggerabant, ut novum exemplum nunquam antea visum in Remp. introducerent.*

Ibid. v. 33. *ἐσφράγισεν*) *obsignat*, i.e. confirmat, suo assensu comprobat. Ita ἐπισφραγίζεσθαι usurpat Polybius pag. 1466. lin. 7. a f. *Cum magna pecunia vi Romam est profectus*; βουλόμενος ΕΠΙΣΦΡΑΓΙΣΑΣΘΑΙ διὰ τῆς συγκλήτου τὴν αὐτοῦ παρανομίαν· *eo consilio, ut scelus suum senatus auctoritate confirmaret.*

Cap. IV. 6. *ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ.*) Quærit Chrysostomus, quid hic sibi velit particula *οὕτως*, & respondet, eam significare, quod

federit οὐκ ἐπὶ θρόνου, οὐκ ἐπὶ προσκεφαλαίου, ἀλλ᾽ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἐπ᾽ ἐδάφους, *non in sella, non in cervicali, sed simpliciter, & ut sors ferebat in solo.* Camerarius ἰδιωτισμὸν esse ait, i. e. genus dicendi ex vulgo petitum, & exponit: *ita tum forte assedit ad puteum.* Nos similiter: Er saß so beym Brunnen. Cujusmodi ἰδιωτισμὸς reperitur etiam apud Arrianum in Indic. 32, 3. *Exinde non ita directe ad occasum navigarunt,* ἀλλὰ τὸ μεταξὺ δύσιός τε ἡλίου καὶ τῆς ἄρκτου ΟΥΤΩ μᾶλλόν τι αἱ πρῶραι αὐτοῖσιν ἐπεῖχον, *sed magis inter occidentem & septentrionem cursum tenuerunt.* Nos in vulgari sermone plane eodem modo: so etwas mehr zwischen Westen und Norden.

Ibid. v. 23. ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν] Species quædam correctionis est, quasi dicat: veniet tempus, & quid dico venturum? jam adest. Qualis figura sermonis est & in Polybio pag. 430. lin. 10. ἔσται δὲ καὶ περὶ τὸν Πόντον παραπλήσιον· καὶ γίνεται νῦν. *Idem fiet etiam in Ponto: & jam quoque fit.*

Ibid. ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ] Ἀληθινὸν Græcis sæpe dicitur, quod tale est, quale esse debet. Ita Polybius τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας μάθησιν, *doctrinam quæ ex historia paratur,* dicit esse ΑΛΗΘΙΝΩΤΑΤΗΝ παιδείαν καὶ γυμνασίαν πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις, *verissimam sive perfectissimam institutionem esse ac præparationem ad capessendam Rempublicam.* Pag. 8. lin. 27. ἀθληταὶ γεγονότες ΑΛΗΘΙ-

NOI

NAI τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἔργων, ἐκ τῶν πρὸς τοὺς Σαυνίτας καὶ Κελτοὺς ἀγώνων. *Ex prioribus contra Samnites & Gallos certaminibus hoc consecuti, ut veri athleta bellicorum certaminum evaderent.* Pag. 51. lin. 20. ἐξ ὧν συνιδόντι, καλλίστην παιδείαν ἡγητέον πρὸς ΑΛΗΘΙΝΟΝ βίον, τὴν ἐκ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας περιγιγνομένην ἐμπειρίαν. μόνη γὰρ αὕτη χωρὶς βλάβης ἐπὶ παντὸς καιροῦ καὶ περιστάσεως, κριτὰς ΑΛΗΘΙΝΟΥΣ ἀποτελεῖ τοῦ βελτίονος. *Quod reputantem, sic apud se quemque statuere oportet: pulcherrimum disciplinæ genus esse ad veras vitæ rationes cognoscendas, peritiam ex historia collectam, quæ gestorum veram & exactam narrationem continet. Sola namque hæc in omni tempore ac quocunque rerum eventu, nullo tuo incommodo, dijudicandi id quod melius est facultatem tibi largitur.* Ita ἀληθινὸς σύμμαχος vocatur *verus socius*, cui fides haberi potest pag. 112. lin. 17. a f. & pag. 232. lin. 9. a fine. Conf. Annot. Xenoph. ad Joh. XV. 1.

Ibid. v. 46. βασιλικὸς] Chrysostomus: ἤτοι τοῦ γένους ὢν τοῦ βασιλικοῦ, ἢ ἀξίωμά τι ἀρχῆς ἕτερον οὕτω καλούμενον ἔχων. *Vel quod regio esset genere, vel quod alia principatus dignitate ita appellata fungeretur.* Latius enim hoc nomen patet, quam ut ex eo posfit intelligi, qualis hic fuerit. Cumque nec aliunde id conſtet, liceat cuique, quidquid libet, ſuſpicari. Quod de ambiguitate verbi dixi, Polybii quædam loca teſtantur. Pag. 471. lin. 20. *Theſſali namque etſi legibus ſuis videbantur uti, longeque alio jure eſſe quam Macedones:* ni-

nihil tamen ab illis differebant, erantque iisdem obnoxii quibus & Macedones, καὶ πᾶν ἐποίουν προστατ-τόμενον τοῖς ΒΑΣΙΛΙΚΟΙΣ, *& quidquid aulæ proceres imperarent, faciebant.* Pag. 850. lin. 15. a f. *Post pugnam omnibus eum Regem salutantibus, Publii animum ea res advertit. qui ad id ipsum convocata Hispanorum concione*, ΒΑΣΙΛΙΚΟΣ μὲν ἔφη βούλεσθαι καὶ λέγεσθαι παρὰ πᾶσι, καὶ ταῖς ἀληθείαις ὑπάρχειν· βασιλεύς γε μὴν οὔτε ἐθέλειν εἶναι οὔτε λέγεσθαι παρ' οὐδενί. *Regalis quidem animi virum ait se velle & dici ab omnibus, & esse quoque revera talem: at Regem neque velle esse, neque appellari a quoquam.* Quo sensu Alexander apud Arrianum 4, 11, 9. dicitur βασιλέων βασιλικώτατος *inter reges maximus*; & 7, 22, 9. Seleucus τὴν γνώμην βασιλικώτατος, *animo maxime regio præditus.* Pro iis qui regio genere sunt, usurpat Polyb. pag. 1463. lin. 10. Τῶν γὰρ ἐν Μακεδονίᾳ ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ μεγίστην ποιουμένην σπουδὴν περὶ τὰς κυνηγεσίας. *Nam cum Macedonum Reges venationi plurimum studerent,*

Ibid. v. 52. κομψότερον ἔσχε) *melius habuisset.* Theophylactus: βέλτιον καὶ εὐρωστότερον. Cicero hoc sensu dicit *spero tibi melius esse* ad fam. lib. 16. ep. 22. *cum tibi meliuscule erit* ep. 1. *si recte erit* ep. 6. *plane febri carere & belle habere* ep. 13. *Pompejo melius factum est* Tusc. 1. Est autem κομψὸν, ut Camerarius ait, variæ significationis in laude & vitio. Cum igitur hoc in N. T. sit ἅπαξ λεγόμενον, & neque apud Lexicographos neque apud interpretes exemplum hujus significa-

ficationis reperiam: placet locum aliquem Epicteti afferre, in quo κομψῶς ἔχειν de iis ipsis dicitur, qui ex febri melius habent, cujus synonymum est καλῶς ἔχειν, contrarium vero κακῶς ἔχειν. Dissert. lib. 3. cap. 10. pag. 306. ὅταν ὁ ἰατρὸς εἰσέρχηται, μὴ φοβεῖσθαι τί εἴπῃ· μηδ' ἂν εἴπῃ, ΚΟΜΨΩΣ ΕΧΕΙΣ, ὑπερχαίρειν· τί γάρ σοι ἀγαθὸν εἶπεν; ὅταν γὰρ ὑγίαινες, τί σοι ἦν ἀγαθόν; μηδ' ἂν εἴπῃ, ΚΑΚΩΣ ΕΧΕΙΣ, ἀθυμεῖν. --- τί οὖν κολακεύεις τὸν ἰατρόν; τί λέγεις, ἐὰν θέλῃς κύριε, ΚΑΛΩΣ ΕΞΩ. *Quando medicus ingreditur, non verendum quid dicturus sit; neque si dixerit, belle habes, supra modum latandum. Quid enim tibi boni dixit? Neque si dixerit, male habes, animus abjiciendus. --- Quid igitur adularis medico? Quid dicis, si velis domine, bene habebo.*

Cap. V. 15. ποιήσας αὐτὸν ὑγιῆ.) Similiter Polybius dicit νεκροὺς ποιεῖν pro *interficere* pag. 170. lin. 4. πολλοὺς μὲν ΝΕΚΡΟΥΣ ΕΠΟΙΗΣΑΝ, μέρος δέ τι καὶ φυγεῖν αὐτῶν ἠνάγκασαν. *Magnaque strage edita, partem exercitus in fugam verterunt.*

Ibid. v. 27. κρίσιν ποιεῖν) Polyb. pag. 522. lin. 19. μὴ χωρὶς αὐτῶν ΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ τὴν ὑπὲρ τῶν ἐγκαλουμένων ΚΡΙΣΙΝ. *Ne ipsis absentibus de accusatione illius vellet cognoscere.* Plura sunt jam ex Xenophonte allegata exempla.

Ibid. v. 39. Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς) Ἐρευνᾷν pro

pro *in libris aliquid scrutari atque diligenter inquirere*, reperitur quoque apud Polybium pag. 93. lin. 1. *Ubi namque hoc unum aliquis sibi prospexerit, ut in urbe habitet copia librorum instructa; vel certe ut aliquam prope se bibliothecam habeat: λοιπὸν κατακείμενον ΕΡΕΥΝΑΝ δεῖ τὸ ζητούμενον, καὶ συγκρίνειν τὰς τῶν προγεγονότων συγγραφέων ἀγνοίας, ἄνευ πάσης κακοπαθείας. De cetero jam nihil desideratur aliud, nisi ut vel in lectulo jacens, quodcunque scire voluerit, vestiget, & priorum scriptorum dicta (quod sine vexatione ulla potest fieri) inter se comparet & culpas observet.* Exstat de aliis investigationibus pag. 550. lin. 12. a f. pag. 590. lin. 14. & pag. 1062. lin. 11. a f. Cæterum non sane improbabilis videtur Cyrilli, & qui eum secuti sunt, recentiorum plurium sententia, ἐρευνᾶτε indicandi, non imperandi modo intelligendum, maxime ob versum sequentem. Exprobrat enim Christus hoc sermone Judæis inexpugnabilem pertinaciam, qui recipere ipsum pro filio Dei recusent, licet non modo Johannes v. 33. operaque divina & Pater v. 36. 37. sed ipsæ quoque de eo testentur S. Litteræ, quas cum sedulo scrutentur, extremæ malitiæ esse, quod fidem ipsi habere nolint. Similiterque orationem se habere puto, ut si quis increpans eos, qui Qvintilianum quidem studiose legant, Ciceronem vero negligant, diceret: Legitis diligenter Quintilianum, quia putatis ex eo veram dicendi artem vos discere posse; & ille est, qui testatur de Cicerone. Et non vultis venire ad Ciceronem, ut ex eo dicendi

di artem discatis. Quam indicativam orationem si in imperativam mutes, enervis erit, & nequaquam satis cohærebit. Eruditissimi quidem Collectores rerum veterum novarumque negant, initio orationis secundam pluralem indicativi in N. T. reperiri, nisi interrogative. Es muß das ἐρευνᾶτε, inquiunt, A. 1703. p. 583. ein Imperativus oder Befehls-Wort seyn: denn (1) ist der Griechischen Sprache / sonderlich im neuen Testament/ beständige Art/ daß die secunda pluralis indicativi, dergleichen ἐρευνᾶτε ihr forschet/ seyn soll/ niemahls/ es sey denn Frag-weise/ zum Anfang eines periodi stehet/ sondern allemahl etwas/ zum wenigsten eine particula, ordentlich aber ὑμεῖς zuvor gesetzt wird / wie zu sehen / Joh. VIII. 15, 41. XIII. 13. VIII. 45. wo aber ein dergleichen Wort gantz zuerst stehet/ so ist es allezeit ein Imperativus. Vide Joh. XIV. 11. XV. 20. Wissen Gegner ein ander Exempel im neuen Testament/ so werden sie sehr gebeten/ es hervor zu bringen. Quæ observatio si nullis exemplis contrariis refelleretur, rem omnem conficeret. Sed vel unus ille locus Jacobi IV. 2, 3. eam redarguit, in quo secunda pluralis indicativi quater omnino in fronte orationis posita est: ΕΠΙΘΥΜΕΙΤΕ, καὶ οὐκ ἔχετε· ΦΟΝΕΥΕΤΕ καὶ ζηλοῦτε, καὶ οὐ δύνασθε ἐπιτυχεῖν· ΜΑΧΕΣΘΕ καὶ πολεμεῖτε, οὐκ ἔχετε δὲ, διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς. ΑΙΤΕΙΤΕ, καὶ οὐ λαμβάνετε. Sic & Paulus 1. Thess. II. 9. ΜΝΗΜΟΝΕΥΕΤΕ γὰρ, ἀδελφοὶ, τὸν κόπον ἡμῶν. Et Arrian. in Epict. lib. 3. cap. 13. pag. 312. lin. 4. ΟΡΑΤΕ γὰρ, ὅτι εἰρήνην μεγάλην ὁ Καῖσαρ ἡμῖν δοκεῖ παρέχειν.

Cap. VI. 45. *ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ μαθὼν*) Plus esse *μανθάνειν* quam *ἀκούειν*, etiam ex Polybio intelligitur, qui universalem historiam tantum præstare ait particulari, quanto præstantius sit didicisse quam audisse tantum; propterea quod ex illa cognosci possint rerum gestarum caussæ, tum quæ eas sint secuta, aut easdem dum gererentur comitata, pag. 259. *Hæc inquam, omnia ex universali historia recte capias discasque:* [*δυνατὸν ἐπιγνῶναι καὶ* ΜΑΘΕΙΝ.] *ex iis vero qui singula bella separatim descripserunt, Macedonicum puta, cum Perseo aut Philippo, nequaquam. Nisi forte quis putet, ubi apud istos nudas pugnarum descriptiones legerit, totius belli administrationem rationemque penitus exploratam se habere.* *Ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι τούτων οὐδέν· ἀλλ᾽ ὅσῳ διαφέρει τὸ* ΜΑΘΕΙΝ *τοῦ μόνον* ΑΚΟΥΣΑΙ, *τοσούτῳ καὶ τὴν ἡμετέραν ἱστορίαν ὑπολαμβάνω διαφέρειν τῶν ἐπὶ μέρους συντάξεων.* *Quod cum nullo modo fieri possit; equidem historiam nostram tantum præstare rerum singularum narrationibus existimo, quanto præstantius est scire, quam duntaxat audisse.* Significat ergo *μαθεῖν* accurationem cognitionem simul & assensum. Quo sensu Chrysostomus quoque *ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν* conjungit, sermone 8. in illud, *Pater si possibile est*, Oper. Tom. V. pag. 119. lin. ult. *πολὺ δυσπαράδεκτος ἦν ὁ τῆς σαρκώσεως λόγος. ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ, καὶ τὸ μέγεθος τῆς συγκαταβάσεως τοῦτο φρίκης ἔγεμε, καὶ πολλῆς ἐδεῖτο κατασκευῆς, ὥστε παραδεχθῆναι· ἐννόησον γὰρ, ἡλίκον ἦν* ΑΚΟΥΣΑΙ ΚΑΙ ΜΑΘΕΙΝ, *ὅτι ὁ Θεὸς ὁ ἄρρητος*,

τ⊙, ὁ ἄφθαρτ⊙ κλ. κατεδέξατο γενέσθαι ἄνθρωπ⊙. *Difficulter admodum admittebatur sermo incarnationis. Siquidem excellens ejus illa clementia & condescensionis ejus magnitudo res erat admirationis & stuporis plena, multaque præparatione, ut reciperetur, indigebat. Cogita namq[illegible]ale illud fuerit audire ac discere, Deum ineffabil[illegible], incorruptibilem &c. hominem fieri dignatum esse.* Ubi apparet μαθεῖν idem esse quod παραδέχεσθαι, *accipere, pro vero admittere, approbare.* Epictetus Academicorum opinionem commemorans, loquentem ita facit Academicum apud Arrian. lib. 2. cap. 20. lin. 12. *μάθε παρ' ἐμοῦ ἄνθρωπε, ὅτι οὐδὲν ἐνδέχεται* ΜΑΘΕΙΝ. *Disce a me homo, quod nihil possit disci*, i. e. ut Cicero id solet eloqui, *quod nihil possit sciri & certo percipi.* Conf. Annot. Xenoph. ad 1. Cor. XIV. 31.

Ibid. v. 60. *Σκληρός ἐστιν οὗτ⊙ ὁ λόγ⊙· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;*) *Durus sermo* est molesta & odiosa oratio, qua audientis animus ita offenditur, ut eam audire nolit. Sic fere Cic. Philip. 8. p. 894. E. *In reip. corpore, ut totum salvum sit, quidquid est pestiferum, amputetur. Dura vox. Multo illa durior: Salvi sint improbi, scelerati, impii: deleantur innocentes.* Unde additur: *τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; quis possit, quis velit, quis sustineat eum audire?* Wer kan/ sive wer mag sie hören? Illa enim quisque audire posse dicitur, quæ libenter audit, apud Arrian. Epict. lib. 2. cap. 24 pag. 256. lin. 10. a f. Loquitur Epictetus cum

quodam, qui ad ipsum audiendi caussa accesserat, eumque rogabat, ut sibi quidpiam diceret. Ad hunc ergo inter alia sic ait: Περὶ τίνος οὖν λέγω πρός σε, δεῖξόν μοι. Περὶ τίνος ΑΚΟΥΣΑΙ ΔΥΝΑΣΑΙ; περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν τινος. ἆρά γε ἵππου; οὔ. ἀλλὰ [illegible] οὔ. τί οὖν; ἀνθρώπου; ναί. *De quo ergo dicere debeam ad te; ostende mihi. De quo audire potes?* i. e. cupis? *De re quapiam bona & mala. Num de equo? Non, an de bove? non. Quid ergo? de homine? Ita.* Ubi δύνασθαι omnino *velle* significat. Quo verbo Cicero utitur, quando hanc ipsam Socraticam differendi rationem exponit, quam hic Epictetus imitatur, de finib. bon. & mal. lib. I. pag. 166. D. *Ponere jubebam, de quo quis* audire vellet: *& id aut sedens, aut ambulans disputabam. -- Fiebat autem ita, ut, cum is, qui* audire vellet, *dixisset, quid sibi videretur &c.* Arrian. Epict. pag. 269. lin. 4. a fine: σὺ γὰρ τοιοῦτος, οἷος ἀκούειν τἀληθῆ, *Num tu is es, qui audire possis verum?* Cum paulo post θέλειν dicat pag. 273. med. *Hucusque non audeo tibi dicere, quod deformis sis.* δοκεῖς γάρ μοι πάντα θέλειν ἀκοῦσαι, ἢ τοῦτο. *Videris enim mihi omnia velle audire quam hoc.* Fert etiam vernaculi nostri sermonis consuetudo, ut de iis, quæ gravia sunt auribus nostris, dicamus: Non possum hujusmodi sermones audire, ich kan oder mag solche Reden nicht hören. Nec aliter intelligenda puto verbo Joh. VIII. 43. οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν. Ad quem locum diserte ait Chrysostomus: ἐνταῦθα τὸ μὴ δύνασθαι, τὸ μὴ βούλεσθαι

θαί ἐστιν. *Hoc loco non posse, est non velle.* Sunt, qui σκληρὸν λόγον interpretentur *difficilem, inexplicabilem.* Sed si perplexus tantum & dubius ipsis fuit visus, qui eo potuerunt multi discipulorum adeo offendi v. 61. ut propterea ab eo desciverint? Conf. Not. ad Marc. IV. 33. & Chrysost. Homil. I. in Act. Apost. pag. 3. præclare & copiose hac de re disserentem.

Cap. VII. 9. Ταῦτα δὲ εἰπών] Digrediendi formula Polybio non inusitata, ut finito alicujus sermone subjungat: Ταῦτα δὲ εἰπών. Cujusmodi licet minuta, tamen mihi non indigna videntur, quæ exemplis confirmentur, ne forte litterarum græcarum minus periti, hæc talia præter morem elegantiorum Scriptorum dicta existiment. Pag. 580. lin. 11. a fine: ΤΑΥΤΑ Δ' ΕΙΠΩΝ, παρήγγειλε, *Hac cum dixisset, præcepit* &c. Pag. 996. lin. 8. a f. καὶ ταῦτ' εἰποῦσα προσέταξε. Pag. 1057. lin. 2. οὗτος μὲν οὖν ταῦτ' εἰπὼν ἐκέλευε. Item pag. 982. lin. 10. & pag. 992. lin. 16. & pag. 1035. lin. 24. & pag. 1071. lin. 8. a f. Sic etiam infra IX. 6. & XI. 43.

Ibid. v. 23. ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος) *ne violetur lex.* Λύειν τὸν νόμον hic est *non servare legem.* Quo sensu λύειν τὸν ὅρκον dicit Polybius sub finem libri sexti: *Novem quidem legatos sponte sua ob jusjurandum revertentes, dimiserunt:* τὸν δὲ σοφισάμενον πρὸς τὸ ΛΥΣΑΙ τὸν ὅρκον, δήσαντες ἀπεκατέστησαν πρὸς τοὺς πολεμίους. *Illum vero qui ad sol-*

vendam religionem fraudem adhibuerat, vinctum ad hostem remiserunt. Demosth. Olynth. 3. pag. 10. C. *Legumlatores constituite: per eos autem nullam sancite legem, (sunt enim vobis satis multæ) sed eas quæ vos in præsentia lædunt*, ΛΥΣΑΤΕ, *abrogate.*

Ibid. v. 24. κατὰ ὄψιν] ὄψις inter alia significat *externam speciem atque faciem hominum.* Polybius de galeis loquens pag. 653. lin. 8. a f. *Quæ ubi cæteris armis ad summum verticem accesserunt, vir quidem duplo quam sit major apparet:* Η δ' ΟΨΙΣ καλὴ καὶ καταπληκτικὴ τοῖς ἐναντίοις, *species autem existit pulchra & hosti formidabilis.* Et pag. 590. lin. 2. ΚΑΤΑ μὲν ὖν ΤΗΝ ΟΨΙΝ, ἀγνωστος ἦν διὰ τὸ σκότος· κατὰ δὲ τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν ἄλλην περιβολὴν, ἀνεπισήμαντος. *Et a vultu quidem ille dignosci non poterat propter tenebras; a veste autem & cætero cultu notabilis non erat, cum etiam in illis castris varius ornatus reperiretur.* Arrian. de exp. Alex. 5, 1, 5. θαμβῆσαι ἰδόντας τὴν ὄψιν, *aspectu ejus perterrefactos.* Quo sensu exstat etiam infra XI. 44. & Apoc. I. 16. Sed ut alia multa nomina modo objective, ut loqui amant philosophi, modo subjective accipiuntur: ita & ὄψις in exemplis jam allatis de eo dicitur qui videtur, in iis vero quæ sequuntur, de eo qui videt. Pag. 547. lin. 6. Τῆς ἀντέρας παρεμβολῆς ὑπὸ τὴν ΟΨΙΝ ὄσης, *quia ob oculos alterius ripæ castra habebant.* Pag. 644. lin. 4. a f. δι' ὧν (θριάμβων) ὑπὸ τὴν ΟΨΙΝ ἄγεται τοῖς πολίταις ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἡ τῶν κατειργασμένων πραγμάτων

τωυ

των ἐνάργεια. *Quibus (triumphis) verum ab imperatoribus gestarum imago quædam evidenter expressa, civium oculis subjicitur.* Arrianus de exp. Alex. 3, 30, 6. ἐς ὄψιν ἄγειν Ἀλεξάνδρου *in conspectum Alexandri ducere.* & 6, 26, 4. ἐν ὄψει πάντων *in conspectu omnium.* Sic quod Plato dicit εἰς ὄψιν ἰέναι Cicero vertit *cerni.* Idem quod Epicurus Græce, αἱ διὰ μορφῆς ΚΑΤ' ΟΨΙΝ ἡδεῖαι κινήσεις, sic Latine, *Quæ ex formis percipiuntur oculis suaves motiones.* Vide Thes. Stephani. Hinc transfertur hoc loco a physica ὄψει ad moralem, (quo sensu num apud profanos scriptores reperiatur, ignoro, æque ac πρόσωπον,) nempe ad προσωποληψίαν, ad quam declarandam utraque significatio æque apta est. Dum enim ex personæ, non rei discrimine fit judicium, nihil interest, sive ὄψις intelligatur ejus qui judicat, sive ejus de quo judicatur. Illa enim nihil aliud est, quam opinio quædam de alicujus personæ præstantia; hæc vero est ipsa illa præstantia. Priori sensu Jesaias dicit XI. 3. *non ad adspectum oculorum suorum judicabit:* posteriorem magis sequitur Chrysostomus qui de hoc verbo ita quærit & respondet: Τί ἐστι, ΚΑΤ' ΟΨΙΝ; μὴ ἐπειδὴ Μωϋσῆς μείζονα παρ' ὑμῖν ἔχει δόξαν, ἀπὸ τοῦ τῶν προσώπων ἀξιώματος φέρετε τὴν ψῆφον ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ δικαίως κρῖναι. Διατί γὰρ οὐδεὶς ἐνεκάλεσε Μωϋσεῖ; διατί οὐδεὶς ἠπείθησε κελεύοντι τὸ σάββατον λύεσθαι ὑπὸ ἐντολῆς ἔξωθεν ἐπεισενεχθείσης τῷ νόμῳ. *Quid est, secundum faciem? Ne propterea quod Moses ma-*

jorem apud vos habet auctoritatem, ex personarum dignitate feratis sententiam, sed ex rerum natura: hoc enim est juste judicare. Quare enim nemo accusat Mosen? quare nemo non paret jubenti sabbatum solvi propter mandatum extrinsecus superadditum legi. De mandato circumcisionis loquitur a Patribus acceptum, non a Mose datum, ab eodem tamen approbatum atque contra legem suam admissum. Eandem sententiam & *Brentius* sibi arridere ait. *Excusabant*, inquit, *Judæi Mosen ob personæ auctoritatem, a sabbathi violatione, etiamsi ejus & Patrum instituto, in sabbatho infans circumcideretur, & sacrificia mactarentur. Accusabant autem Christum, propter personæ suæ contemtum & vilitatem, qui eodem Mosi exemplo, non membrum hominis circumciderat, sed totum hominem sanum fecerat in sabbatho.*

Cap. VIII. 4. *κατειλήφθη μοιχευομένη.*] Arrian. Epict. lib. 2. cap. 4. ὅς ΚΑΤΕΙΛΗΠΤΟ ποτε ΜΟΙΧΟΣ ἐν τῇ πόλει.

Ibid. v. 40. *τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα.*) Arrian. Epict. pag. 268. lin. 6. εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἀπόλλων τὰς ἀληθείας. *Dixit ei Apollo veritatem.* Pag. 430. lin. 15. λέγε τὰς ἀληθείας.

Ibid. v. 48. *καλῶς λέγομεν*) Polyb. pag. 1124. lin. 8. φανέντων δὲ ΚΑΛΩΣ ΛΕΓΕΙΝ τῶν περὶ τὸν Ἐχέδημον. *Cum Echedemus videretur recte dicere*, cum consilium ejus amplecterentur.

Ibid. v. 54. ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι Θεὸς ὑμῶν ἐςι.) Pro: Θεὸν ὑμῶν εἶναι. *Quem vos dicitis Deum vestrum esse*. Ita enim postularet syntaxis Latina. Sed multo sunt Græci, quam Latini, in varianda constructione liberiores. Cujus libertatis si quis alius, certe Arrianus est amantissimus; in quo miram sane varietatem deprehendas. Ita de exped. Alex. 7, 15, 7. Ἀρισ͡Ͽ δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης καὶ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΛΕΓΟΥΣΙΝ ΟΤΙ ΕΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝ. *Aristus autem & Asclepiades dicunt Romanos etiam legatos misisse*. Ubi tamen in eadem periodo statim redit ad infinitivam constructionem, quam cœperat voce Ῥωμαίους· καὶ ἐντυχόντα ταῖς πρεσβείαις Ἀλέξανδρον, ὑπὲρ Ῥωμαίων τι τῆς ἐσομένης ἐς τὸ ἔπειτα δυνάμεως μαντεύσασθαι· *& Alexandrum, audita eorum legatione, jam tum de futura Romanorum potentia aliquid auguratum esse*. E contrario 3, 2, 4. ab infinitivo transit ad indicativum, junctum particulæ ὅτι. Verum syntaxis hæc cum verbo λέγω, non adeo fortasse offendit aures Latinas, quod usitatum sit *quem dicitis*, pro *de quo dicitis*. Verum diversa hic omnino est structura, ut ex aliis verbis apparebit. Sic. 1, 26, 5. Ἔπειτα ἠγγέλθη αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν, ΤΟΥΣ ΑΣΠΕΝΔΙΟΥΣ, ΟΤΙ οὐδὲν τῶν συγκειμένων πρᾶξαι ἐθέλοιεν· οὔτε τοὺς ἵππους παραδοῦναι. *Adhac in itinere nunciatum est, Aspendios nihil eorum quæ pacta essent præstare, neque equos tradere*. Et 7, 13, 9. ὡς ΗΡΑΚΛΕΑ τε ἐπ' αὐτὰς λόγ͡Ͽ κατέχει ΟΤΙ ΕΣΤΑΛΗ. *Quandoquidem & Herculem in eas expeditionem suscepisse fama est*. Ind. 13, 8. ἀγγέλλουσι ΤΟΥΣ ΕΛΕΦΑΝΤΑΣ

ὅτι ἐν τῷ ἔρημῳ ἔχονται, *elephantos septo inclusos esse nunciant*. Quæ exempla collegit Gronovius ad 3. 1. 3. ubi etiam huc refert ex Act. Apost. XVI. 3. ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν. & Luc. XII. 24. Κατανοήσατε τοὺς κόρακας ὅτι οὐ σπείρουσι. Aitque male Bezam opinari, rectius illic fore οἳ οὐ σπείρουσι cum Syro, quam ὅτι. Eodem modo loquitur Johannes IX. 19. Uti vero hic accusativum sequitur ὅτι: ita contraria plane ratione eandem particulam excipit infinitus Act. XXVII. 10. θεωρῶ ὅτι - - μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν. Ad quem locum itidem dabimus exempla similia. Ut appareat, esse in Græco sermone nonnulla, quæ, si rationem consulas, reprehendantur; sin usum respicias, probentur.

Ibid. v. 56. ἴδῃ τὴν ἡμέραν) Familiaris hic loquendi modus utriusque linguæ scriptoribus de re vehementer desiderata omnibusque votis expetita. Polyb. pag. 805. lin. 11. a f. *Is igitur tunc matri suæ dixit, bis jam se idem somnium vidisse: Visum sibi se una cum fratre Ædilem esse creatum: & cum e foro demum redirent, processisse ipsam filiis obviam ad fores usque: ibi complexam utrumque esse osculatam. Quum illa muliebri cupiditate sermonem ejus excepisset, atque hæc etiam verba adjecisset:* εἰ γὰρ ἐμοὶ ταύτην ΙΔΕΙΝ γένοιτο ΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ· *Utinam quidem illucescat dies ille, quo id ego videam.* Pag. 1457. lin. 8. *Hæc adhuc cum diceret Polybius utraque manu dextram ejus apprehendens, atque ex*

intimo affectu comprimens Scipio, εἰ γὰρ ἐγὼ ταύτην φησὶν, ΙΔΟΙΜΙ ΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ, *Utinam, inquit, diem illum videam, quo tu ceteris omnibus posthabitis, mei curam geras, meoque in contubernio degere velis.* Cic. ad fam. lib. 14. ep. 1. med. *Sperat posse fieri, ut mecum in Italiam decedat, quem ego* diem *si* videro, *& si in vestrum complexum venero, ac si & vos & meipsum recuperaro: satis magnum mihi fructum videbor percepisse & vestræ pietatis & meæ.* Ad Attic. lib. 3. ep. 1. *Utinam illum* diem videam, *cum tibi agam gratias, quod me vivere coëgisti.* Citat & Polybius ex Euripide non eadem quidem verba, eandem tamen sententiam de pace exoptatissima pag. 929. lin. [illegible]ς χρονίζεις! Δέδοικα δὲ μὴ πρὶν ὑπερβάλῃ με γ[illegible], πρὶν ἂν χαρίεσσαν προσιδεῖν ὥραν. *O moram! obrepat metuo mihi ætas ne mala, te prius suavem o quam tuear diem.*

Ibid. v. 58. πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι) *antequam Abrahan nasceretur.* Arrian. Epict. pag. 204. lin. 2.] *Quis nostrum non dixit salubre esse aliquid aut morbosum,* ΠΡΙΝ Ἱπποκράτη ΓΕΝΕΣΘΑΙ; *priusquam Hippocrates nasceretur.* Conf. Annot. Xenoph.

Cap. XI. 1. ἐκ τῆς κώμης] Sic οἱ ἐκ τῆς πόλεως dicuntur *oppidani,* sive cives, etiam cum in urbe sunt Arriano de exp. Alex. 1, 20, 11. οἱ ἐκ τῶν νεῶν, *qui in navibus sunt,* 2, 22, 5. οἱ ἐκ τῶν ὀρῶν *montani,* 4, 24, 8. πόλεις αἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας *urbes in Italia,* Polyb. pag. 651. lin. 8.

Ibid. v. 17. Τέσσαρας ἡμέρας ἤδη ἔχοντα ἐν τῷ μνημείῳ.) Eodem modo loquitur Arrianus dissert. Epict. lib. 2. cap. 15. pag. 190. lin. 21. *Inedia mori decreverat.* Ἔγνων ἐγὼ, ΗΔΗ ΤΡΙΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ ΕΧΟΝΤΟΣ αὐτοῦ τῆς ἀποχῆς. *Cognovi ego, cum jam tertium diem abstinuisset cibo.* De exped. Alex. 6, 17, 9. ΗΔΗ δὲ ΤΡΙΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ αὐτῷ τοῦ πλοῦ ΕΧΟΝΤΙ ἐξαγγέλλεται. *Quumque jam triduo navigasset, nunciatum ei est.*

Ibid. v. 53. Ἀπ' ἐκείνης οὖν τῆς ἡμέρας] Polyb. pag. 982. lin. 24. ΑΠΟ δὲ ΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ ΕΚΕΙΝΗΣ ἀσινεῖς Καρχηδονίους ὑπάρχειν. *Ab eo die immunes ab omni damno hostili Carthaginienses essent.* Item pag. 989. lin. 11. a fine.

Cap. XII. 25. φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ] Φιλόψυχον vocat Arrianus *vitæ nimis cupidum* in Epicteto p. 330. lin. 4. Vitium ipsum Plato in Apolog. φιλοψυχίαν, *cupiditatem lucis*, ut ait Quintil. Habent & verbum φιλοψυχεῖν, *vitæ retinendæ nimium cupidum esse, ei turpiter & ignave parcere.* Sic apud Dionem pag. 440. lin. 42. οὐκέτ' ἐφιλοψύχησεν, ἀλλὰ διέφθειρεν ἑαυτὴν ἀποκαρτερήσασα. *Tum Julia, abjecto vitæ desiderio, inedia consumta moritur.*

Ibid. v. 35. σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ.] Arrian. de exped. Alex. 1, 5, 17. εἰ ΝΥΞ ΚΑΤΑΛΗΨΕΤΑΙ ΑΥΤΟΥΣ, *si nox eos occupet.* Ind. 37, 5. ΚΑΤΑΛΑΜΒΑΝΕΙ αὐτοὺς ἀνάπωτις, *recessus maris eos occupat.*

cupat. Polyb. pag. 774. lin. 6. *Cum id spatium tam celeriter perficere non potuisset, sed prius dies illucesceret*, ἀλλὰ τῆς ἡμέρας ΚΑΤΑΛΑΜΒΑΝΟΥΣΗΣ. & pag. 1131. lin. 12. a f. *Est ita moribus eorum receptum, ut quocunque in loco fuerint deprehensi Salii tempore ejus solennitatis*, ἐν ᾗ ἂν χώρᾳ ΚΑΤΑΛΗΦΘΩΣΙΝ, *ex eo ne discedant*, *Id quod Publio tunc accidit. Nam quum inibi copiae essent, ut in Hellespontum trajicerent*, ΚΑΤΕΛΑΒΕΝ ΑΥΤΟΝ ΟΥΤΟΣ Ο ΧΡΟΝΟΣ, ὥστε μὴ δύνασθαι μεταβαλεῖν τὴν χώραν, *incidit tempus illud*, deprehendit ipsum tempus illud, *ut excedere loco non posset.* Vide Lamb. Bos Diatr. ad Joh. I. 5.

Cap. XIII. 27. ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον.) Ἐπιτροπὴν sive *Concessionem* vocant figuram, qua invitos nos permittere ostendimus, quod nolumus fieri; idque cum summa indignatione & acerrima exprobratione inemendabilis malitiæ. Nam tum demum ad hanc sermonis formam devenimus, cum frustra tentatis omnibus, ruere sinimus, quem tenere non possumus, eumque tanquam desperatum relinquimus; ita tamen, ut vel hac ipsa tam acerba objurgatione, etiamnum, si fieri possit, eum a scelere & pernicie retractum velimus. Sic Chrysostomus: Τὸ δὲ, ποίησον τάχιον, οὐ προστάττοντός ἐστιν, οὐδὲ συμβουλεύοντος, ἀλλ' ὀνειδίζοντος καὶ δεικνύντος, ὅτι αὐτὸς μὲν ἐβούλετο διορθώσασθαι· ἐπειδὴ δὲ ἀδιορθώτως εἶχεν, ἀφίησιν αὐτόν. *Illud autem*, fac citius, *non imperantis est neque consulentis, sed expro-*

brantis & revocantis ad emendationem: sed cum esset inemendabilis, dimisit eum. Cujus generis exempla & Camerarius allegavit ex Virgil. I, *sequere Italiam.* Et *jamdudum sumite pœnas.* Et Adelphis: *effundite, emite, facite, quod vobis lubet.* Ezech. cap. III. ὁ ἀπειθῶν ἀπειθείτω. Et Grotius ex Seneca: *Fac si quid facis.* Plauto in Trinummo: *Age si quid agis:* & Persa: *Hoc si facturus face;* & Eurip. δρᾶ γ' εἴτι δράσεις. 2. Macc. VII. 30. Τίνα μένετε; & Joh. II. 19. Quibus & hoc addi potest ex Adelphis I, 2, 54. *Profundat, perdat, pereat; nihil ad me attinet. Jam si verbum unum posthac.* Maxime vero huc pertinet locus Epicteti lib. 4. cap. 9. extremo: *Intra te est interitus & salus. Deinde quaeris: Quid mihi conducit? Numquid majus illo quaeris? Ex inverecundo fies verecundus, ex immoderato moderatus, ex infido fidelis, ex incontinenti continens.* Εἰ τινα ἄλλα τούτων μείζονα ζητεῖς, ΠΟΙΕΙ Α ΠΟΙΕΙΣ· οὐδὲ θεῶν σέ τις σῶσαι δύναται. *Si qua alia his majora quaeris, fac quae facis. Ne deorum quidem quisquam servare te potest.* Stoici enim honestatem propter se expetendam statuebant, etiam nullo proposito praemio. Quare si quem pœniteat gratis esse probum, eum ita esse corruptum ait, ut ne divina quidem ope ad frugem possit corrigi. Sic etiam loquitur lib. 3. cap. 21. extr. pag. 337. Et lib. 3. cap. 23. initio: *Quinam velis esse, primum ipse tecum constituito.* εἶθ' οὕτω ΠΟΙΕΙ Α ΠΟΙΕΙΣ. quae interpres bene vertit, *deinde fac quae facere decrevisti.*

Cap.

Cap. XIV. 27. εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.) Sunt, qui εἰρήνην διδόναι interpretentur *valedicere*. Ita Grotius, *Abiturus*, inquit, *valedicit. Nam id Hebræi dicebant relinquere aut dare pacem, i. e. salutem: nam id valet* שלום. Sed vellem, vel unicum locum indicasset, in quo pacem dare hoc sensu dicatur. Equidem non modo integrum hoc loquendi genus nusquam apud Hebræos me legere memini; sed etiam vehementer dubito, num omnino pacis nomine usi sint abeuntes. Nam licet in quarundam epistolarum clausulis id reperiatur, ut 1. Petr. V. 14. & 3. Joh. v. 15. non tamen propterea necesse est, ut accipiatur pro *vale*, sed pro *salve*; quod & *Cicero* aliquoties in fine ponit, ut ad fam. lib. 16. ep. 4. *vale & salve*. Ibid. ep. 9. *vale, salve*. Quamobrem cum aliis interpretibus hanc locutionem ita intelligo, ut Græce sonat apud Polybium pag. 1099. ubi cum aliorum sententia esset, unicam esse belli cum Macedonibus finiendi viam, ut regno deturbaretur Philippus: Romani contra ita statuebant, lin. 4. a fine: *Si Philippus omnia facere sustineret, quæ prius imperata illi fuissent a sociis*, ΔΙΔΟΝΑΙ ΤΗΝ ΕΙΡΗΝΗΝ ΑΥΤΩ, *pacem illi concedendam*. Consistit autem pax Christi potissimum in reconciliatione cum Deo Rom. V. 1. quæ alia secum fert bona infinita, ut liberationem a morte, diabolo, inferno, tranquillitatem conscientiæ, sedationem pravarum animi perturbationum, tandemque beatam illam vitæ æternæ quietem. Hanc se ait nobis & dare & relinquere.

quere. Pro ἀφιέναι εἰρήνην ibidem Polybius dicit εἰρήνην ἀπολείπειν pag. 1098. lin. 25. *Tota rerum natura illum aberrare ait falliq;ue, si ita existimet, διαλύσεις ποιησάμενος πρὸς Φίλιππον, ἢ Ῥωμαίοις τὴν ΕΙΡΗΝΗΝ, ἢ τοῖς Ἕλλησι τὴν ἐλευθερίαν βέβαιον ΑΠΟΛΕΙΨΕΙΝ, pace cum Philippo facta, aut pacem Romanis, aut Græcis libertatem firmam se relicturum.* Quod vero Christus suam pacem differre dicit a pace mundi: similiter facit Epictetus, eam pacem, quam philosophia præstet, præferens paci Cæsaris, lib. 3. cap. 13. pag. 312. ὁρᾶτε γὰρ, ὅτι ΕΙΡΗΝΗΝ μεγάλην ὁ Καῖσαρ ἡμῖν δοκεῖ ΠΑΡΕΧΕΙΝ. ὅτι οὐκ εἰσὶν οὐκέτι πόλεμοι, οὐδὲ μάχαι, οὐδὲ λῃστήρια μεγάλα οὐδὲ πειρατικά· ἀλλ' ἔξεστι πάσῃ ὥρᾳ ὁδεύειν, πλεῖν ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμάς. Μήτι οὖν καὶ ἀπὸ πυρετοῦ δύναται ἡμῖν ΕΙΡΗΝΗΝ ΠΑΡΑΣΧΕΙΝ; μήτι καὶ ἀπὸ ναυαγίου; μήτι καὶ ἀπὸ ἐμπρησμοῦ, ἢ ἀπὸ σεισμοῦ, ἢ ἀπὸ κεραυνοῦ; ἄγε ἀπ' ἔρωτος; οὐ δύναται. ἀπὸ πένθους; οὐ δύναται. ἀπὸ φθόνου; οὐ δύναται. ἀπὸ οὐδενὸς ἁπλῶς τούτων. ὁ δὲ λόγος τῶν φιλοσόφων, ὑπισχνεῖται καὶ ἀπὸ τούτων ΕΙΡΗΝΗΝ ΠΑΡΕΧΕΙΝ. Καὶ τί λέγει; ἄν μοι προσέχητε ὦ ἄνθρωποι, ὅπου ἂν ἦτε, ὅ, τι ἂν ποιῆτε, οὐ λυπηθήσεσθε, οὐκ ὀργισθήσεσθε, οὐκ ἀναγκασθήσεσθε, οὐ κωλυθήσεσθε, ἀπαθεῖς δὲ καὶ ἐλεύθεροι διάξετε ἀπὸ πάντων. Ταύτην τὴν εἰρήνην τις ἔχων, οὐχὶ κεκηρυγμένην ὑπὸ τοῦ Καίσαρος (πόθεν γὰρ αὐτῷ ταύτην κηρῦξαι;) ἀλλ' ὑπὸ τοῦ θεοῦ κεκηρυγμένην διὰ τοῦ λόγου, οὐκ ἀρκεῖται; *Videtis enim, quod pacem magnam Cesar nobis videatur præstare, quia non sunt amplius bella, neque pugnæ,*

neque latrocinia magna, neque piratica: sed licet quovis tempore iter facere, & navigare ab ortu ad occasum. Num ergo etiam a febri potest nobis pacem praestare? num etiam a naufragio; num etiam ab incendio, aut a terrae motu, aut a fulmine? Age, num ab amore? non potest. a luctu? non potest. ab invidia? non potest, a nullo omnino horum. Doctrina autem philosophorum pollicetur etiam ab his pacem praestare. Et quid dicit? Si mihi auscultabitis, o homines, ubicunque sitis, quidquid agatis, non moerebitis, non irascemini, non cogemini, non impediemini, sine perturbationibus atque liberi ab omnibus vitam agetis.. Hanc pacem qui habet, non pronunciatam a Caesare, [unde enim iste hanc possit pronunciare?] sed a Deo pronunciatam per rationem, non contentus sit? Cum quibus verbis Epicteti si quis conferat ea, quae de hac pace divina scribit Lutherus in Postilla, ut vocant, Evangelii Pentecostalis pag. 224. & Domin. Quasimodogen. pag. 72. mirabitur profecto, philosophi hujus gentilis doctrinam tam prope abesse a Christiana veritate.

Ibid. v. 12. πολλὰ ἔχω λέγειν) Polyb. pag. 790. lin. 17. a f. ού μὴν ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν γεγονότων ΕΧΩΝ ΠΟΛΛΑ ΛΕΓΕΙΝ, ἀρκεῖν ἡγοῦμαι. *Verum de rebus olim gestis, quum possem plurima commemorare, haec satis erit dixisse.* Sic 2. Joh. v. 12. & 3. Joh. v. 13.

Cap. XVII. 11. Τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου)

σȣ) Polyb. pag. 877. lin. 18. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς ἐξοπλισίαις καὶ στρατείαις ΠΑΡΕΤΗΡΟΥΝ σφᾶς ΑΥΤΟΥΣ ΕΝ τοῖς προειρημένοις. *Sed multo magis tum in decursionibus tum in expeditionibus ea quæ modo diximus instituta servabant.*

Cap. XIX. 10. ἐξȣσίαν ἔχω) Arrian. Epict. lib. 1. cap. 9. pag. 42. *Hic sunt latrones, fures, tribunalia, & qui vocantur tyranni,* δοκȣ̃ντες ΕΧΕΙΝ τινὰ ἐφ' ἡμῶν ΕΞΟΥΣΙΑΝ, *qui se existimant habere in nos aliquam potestatem.*

Ibid. v. 13. Λιθόστρωτον) Epictetus pretiosiora pavimenta in ditiorum ædibus hoc nomine appellat, pag. 485. lin. 15. σοὶ μέλει, πῶς ἂν ἐν ΛΙΘΟΣΤΡΩΤΟΙΣ οἰκήσητε. *Tibi curæ est, ut in lithostrotis habitetis.* De quorum origine Plinius Hist. nat. lib. 36. cap. 25. *Lithostrota cœptavere jam sub Sylla parvulis certe crustis, extat hodieque, quod in Fortunæ delubro Præneste fecit.*

Ibid. v. 27. εἰς τὰ ἴδια) Sic supra I. 11. & XVI. 32. & Polyb. lib. 2. cap. 57. pag. 199. lin. 7. *Aratus occupata statim urbe mandatum suis dedit, Ne quis alienam rem ullam tangeret. Deinde Mantinenses in unum convocatos,* παρεκάλεσε θαῤῥεῖν καὶ μένειν ἐπὶ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ· ὑπάρξειν γὰρ αὐτοῖς τὴν ἀσφάλειαν, *bono esse animo jussit, & ut sua quisque domi curarent,* sive, ut in domibus & possessionibus suis maneret, neve sua relinquerent; *fore enim ipsos omni damno immunes.* Arrian. Indic.

25, 1.

25, 1. *incolas, & bonos agricolas & strenuos milites esse,* καὶ ΕΙΣ ΤΑ ΙΔΙΑ δὲ σφῶν ἐν κόσμῳ πολιτεύοντας, *privatim etiam composite vivere.* Idem significat τὰ αὐτῶν vel τὰ αὐτοῦ, Arrian. exp. Alex. 1, 17, 1. τούτους μὲν ἀπαλλάττεσθαι ἐπὶ τὰ αὐτῶν ἑκάστους ἐκέλευσε, *hos quidem reverti ad suas quosque domos jubet.* Et 3, 20, 3. ἐπὶ τὰ αὐτῶν ἕκαστος ἀπεχώρουν, *in suas quisque domos sese recipiebant.* Subaudiendum nomen οἰκήματα. Vide Lamb. Bos Ellipf. Gr. pag. 139.

Ibid. v. 31. κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη] Infra v. 36. dicitur συντριβήσεται, quomodo & apud Polybium pag. 113. lin. 8. a f. κολοβώσαντες δὲ καὶ ΣΥΝΤΡΙΨΑΝΤΕΣ τὰ ΣΚΕΛΗ, ἔτι ζῶντας ἔρριψαν εἴς τινα τάφρον. *Mutilatis crura suffringunt, & spirantes adhuc in fossam conjiciunt.*

Cap. XX. 10. Ἀπῆλθον πρὸς ἑαυτοὺς) *ad seipsos* i. e. domum. Polyb. lib. 5. cap. 93. init. διέλυσε τοὺς Μεγαλοπολίτας ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΥΣ, *Megalopolitanos domum dimisit.* Et Arrianus dicit πρὸς ὑμᾶς ἀπαλλάσσεσθε *domum discedіtis,* de exp. Alex. 7, 9, 1. Terent. Eun. 3, 5, 64. *Eamus ad me.* 4, 3, 21. *Nisi domum forte ad nos rediit.* Catullus Epithal. in Peli nuptias:

Ad se quisque vago passim pede discedebant.

Ibid. v. 15. εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτὸν) Habet verbum βαστάζειν significationem *asportandi* etiam apud Polybium pag. 1468. lin. 29. τὸ τοῦ

Ἀσκληπιοῦ ἄγαλμα ΒΑΣΤΑΣΑΣ, ἀπήνεγκεν ὡς αὐτὸν, *Æsculapii simulacrum, humeris suis impositum domum suam detulit.*

Ibid. v. 28. ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.] Videri quidem possit Arriani nostri oratio favere interpretamento illi Arriano Socinianorum, quasi hæc verba sint exclamantis & admirantis, non confitentis; sicut Germani dicunt: Mein HErr und GOtt / wie mag das zugehen! cum ita Epictetum loquentem faciat lib. 2. cap. 16. pag. 195. med. εἶτα λέγομεν, ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ πῶς μὴ ἀγωνιῶ, quæ *Jac. Schegkius* ita vertit: *Quare sic loquimur, Domine Deus quomodo non essem anxius?* Sed rectius sic reddas: *Deinde dicimus: Domine Deus, quomodo non ero anxius?* ut sit precatio, hoc sensu: Quæso, Domine Deus, adjuva me, ne sim anxius. Additur enim paulo post: εὔχου νῦν καθήμενος, *sede nunc & precare.* Nullum ergo hinc præsidium caussæ Socinianorum.

Cap. XXI. 22. μένειν) *manere* in hac vita. Sic 1. Cor. XV. 6. Phil. I. 24. 25. & Arrian. Epict. lib. 3. cap. 24. pag. 388. lin. 15. μέχρι νῦν διὰ σὲ ΕΜΕΝΟΝ. *Hucusque tua caussa permansi in vita.* Heinsius Syriasmum ait esse in hac voce, quem sane in Arriano nemo concesserit.

Ibid. Τί πρός σε;) Sic Arrian. Epict. pag. 339. lin. 4. μὴ προσέλθῃς, οὐδέν ἐστι ΠΡΟΣ ΣΕ. *Ne accesseris, nihil ad te pertinet.* Et pag. 340. lin. 9.

lin. 9. a f. pag. 389. lin. ult. ΤΙ ΠΡΟΣ ἐμέ; *quid istud ad me?*

Ibid. v. 25. Ἔϛι δὲ καὶ ἄλλα πολλά,) Arrian. exp. Alex. 6, 11, 5. ΠΟΛΛΑ ΔΕ ΚΑΙ ΑΛΛΑ ἀναγέγραπται τοῖς ξυγγραφεῦσιν ὑπὲρ τοῦ παθήματος. *Multa praeterea alia de hoc Alexandri casu ab historicis scripta sunt.*

IN ACTA APOSTOLORUM.

Πράξεις recte dixeris *actus, acta, actiones*, item *res gestas*, sive *gesta*. Nullum enim horum vocabulorum est, quod graeco non respondeat. Nolim enim hic subtilius disputare de discrimine gestorum & actorum, quasi illa sint rerum majorum & ad Remp. pertinentium, haec minorum tantum atque privatarum. Atque ne sic quidem verear πράξεις interpretari *res gestas*. Quid enim magis ad universorum salutem pertineat, quam res in hoc libro expositae? quo quidem tanquam imago Reip. Christianae exprimitur, quae vita, qui mores fuerint, per quos viros, quibusque miraculis passim & constitutae & auctae Ecclesiae sint, qua disciplina eas rexerint Apostoli, quibus institutis & legibus temperarint; quae bella iidem gesserint cum hostibus veritatis coelestis, pro qua tuenda atque propaganda contumelias, carceres, exilia, mor-

tem denique ipsam non recusarint; contrà, quas victorias reportaverint, quos profligarint errores, quot hominum obstinatissimorum expugnarint animos, Satanæque ereptos in potestatem Christi redegerint. Hæc ergo cum hoc libro narrentur ab Apostolis gesta, cur dubitem *res gestas Apostolorum* appellare, nomine Latinis usitatissimó, & Græcæ voci convenientissimo? Id quod ex multis Polybii locis patet. Ita initio operis universi: Εἰ μὲν τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀναγράψασι τὰς ΠΡΑΞΕΙΣ, παραλελεῖφθαι συνέβαινε τὸν ὑπὲρ αὐτῆς τῆς ἱστορίας ἔπαινον, ἴσως ἂν ἀναγκαῖον ἦν τὸ προτρέπεσθαι πάντας πρὸς τὴν αἵρεσιν καὶ παραδοχὴν τῶν τοιούτων ὑπομνημάτων· διὰ τὸ μηδεμίαν ἑτοιμοτέραν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις διόρθωσιν, τῆς τῶν προγεγενημένων ΠΡΑΞΕΩΝ ἐπιστήμης. *Si esset ab iis qui ante nos res gestas memoria mandarunt, historiæ ipsius prætermissa laudatio: necessarium fortasse jam foret, omnes hortari, ut hoc commentariorum genus potissimum eligant, suscipiantque: quum nulla sit mortalibus ad proficiendum via expeditior, rerum ante actarum scientia.* Et paulo inferius: αὐτὸ γὰρ τὸ παράδοξον τῶν ΠΡΑΞΕΩΝ, ὑπὲρ ὧν προῃρήμεθα γράφειν, ἱκανόν ἐστι προκαλέσασθαι καὶ παρορμῆσαι πάντα καὶ νέον καὶ πρεσβύτερον, πρὸς τὴν ἔντευξιν τῆς ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ. *Ipsa enim rerum de quibus dicturi sumus, inopinata novitas, vel per se facile quemvis alliciet incitabitque, sive juvenem sive senem, ad historiæ hujusce lectionem.* Et cap. 2. extremo: καὶ περὶ τοῦ, πόσα καὶ πηλίκα συμβάλλεσθαι πέφυκε τοῖς φιλομαθοῦσιν ὁ τῆς ΠΡΑΓΜΑΤΙΚΗΣ

ΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ τρόπ☉. Ἄρξει δὲ τῆς ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ ἡμῶν, τῶν μὲν χρόνων Ὀλυμπιὰς ἑκατοστὴ τε καὶ τετταρακοστή· τῶν δὲ ΠΡΑΞΕΩΝ, παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ὁ προσαγορευθεὶς Συμμαχικὸς πόλεμ☉. *Simul etiam constabit, quot quantasque utilitates historia possit afferre, quæ rerum gestarum veram & exactam narrationem profitetur. Initium porro scriptionis nobis erit, si tempora spectes, Olympias centesima quadragesima; si res gestas, bellum apud Græcos quidem Sociale dictum.* Ita etiam pag. 4. lin. 2. & 26. & pag. 173. lin. 5. & pag. 177. lin. 3. af. Quid differant πράξεις & περιπέτειαι, docet idem Polybius, lib. 9. cap. 11. pag. 767. lin. 14. Τὰ μὲν ἂν ἀπροθέτως ἐν τοῖς πολεμικοῖς συμβαίνοντα, ΠΡΑΞΕΙΣ μὲν ἐδαμῶς ἁρμόζει λέγειν, περιπετείας δὲ καὶ συγκυρήσεις μᾶλλον. *Enimvero quæcunque in rebus bellicis sine certo proposito accidunt, ea non res gestas appellare convenit, sed casus potius & fortuitos eventus.* Cujusmodi περιπέτειαι & συγκυρήσεις a nullo non Historicorum rebus gestis immiscentur. Unde Polybius de Historiæ utilitate ait pag. 1. ἐναργεστάτην καὶ μόνην διδάσκαλον τοῦ δύνασθαι τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς γενναίως ὑποφέρειν, τὴν τῶν ἀλλοτρίων περιπετειῶν ὑπόμνησιν. *Magistram unicam, eamque præsentissimam, ut possit aliquis fortunæ mutationes generose sufferre, esse alienorum casuum recordationem.* Cumque etiam Polybius multa talia in historia sua narret: tamen eam πραγματείαν & πραγματικὴν ἱστορίαν appellat, & passim ait πράξεις a se scribi. Quare licet Actis quoque Apostolorum non meræ πράξεις,

sed multæ etiam περιπέτειαι & συγκυρήσεις, nec non miracula contineantur: recte tamen appellantur πράξεις, a potiori parte, ut fit plerumque, facta denominatione. Copiosissime atque elegantissime de hac inscriptione agit Chrysostomus toto fere Sermone XII. opuscul. Tom. V. pag. 155. ubi inter alia sic: *Cur non dixit, Miracula Apostolorum? Cur non inscripsit, Signa Apostolorum, virtutes ac prodigia Apostolorum, sed Acta Apostolorum? Non enim idem sunt Acta & miracula: non idem sunt, Acta & prodigia & virtutes: sed multum inter utraque discrimen est. Est enim actum opus propria cujusque diligentia, miraculum vero divini muneris est beneficium. - - Actum ex utroque contexitur, ex nostra diligentia & ex gratia divina: miraculum solam exhibet cælestem gratiam, neque sudoribus nostris indiget. Actum est probis moribus esse, castum, modestum, iræ imperare, cupiditates subigere, largiri eleemosynas, benignitatem exhibere, omnem virtutem exercere. Hoc est actio & labor & sudor noster. Miraculum est dæmones abigere, excæcatos oculos aperire &c.* Et pag. 158. ita concludit: *Quando igitur non miracula, sed Acta Apostolorum nobis æmulanda proponuntur, propterea librum sic inscripsit.* Conferantur quæ Casaubonus habet de appellatione πραγματικῆς ἱστορίας, Comment. in Polybium pag. 102.

Cap. I. 1. λόγον ἐποιησάμην) Λόγον ποιεῖσθαι significat *narrationem contexere*, & hoc quidem loco integrum *librum*, cum πρῶτον λόγον dicat Evangelicam historiam; cujus rei exem-

pla

pla Xenophon nobis suppeditavit; quamvis tunc nonnisi λογοποιοὺς repererim pro *Historicis* positos, quod & fit ab Arriano de exped. Alex. 2,16,6. 3,30,14. 5,6,7. Nunc vero & ipsum hoc loquendi genus animadverti apud Polybium lib. 3. sub finem, pag. 373. lin. antep. *Ubi vero enarratis rebus Græcanicis quæ in eandem Olympiadem incidunt, ad hæc tempora narrationem perduxerimus;* τότ᾽ ἤδη προθέμενοι, ψιλῶς τὸν ὑπὲρ αὐτῆς τ̃ τῶν Ῥωμαίων πολιτείας ΠΟΙΗΣΟΜΕΘΑ ΛΟΓΟΝ· *tunc ad Reip. Romanæ formam per se explicandam ex professo stilum convertemus.* Et pag. 423. lin. 4. ὑπὲρ ὧν τὸν ἄρτι ΛΟΓΟΝ ΕΠΟΙΗΣΑΜΗΝ. Et pag. 814. lin. 25. & pag. 1388. lin. 21. Ἐπεὶ δὲ πρότερον ἐν τρισὶ βιβλίοις ἐκτὸς ταύτης τ̃ συντάξεως τὸν ὑπὲρ αὐτ̃ ΠΕΠΟΙΗΜΕΘΑ ΛΟΓΟΝ, τὴν τε παιδικὴν ἀγωγὴν διασαφοῦντες, καὶ τὰς ἐπιφανεστάτας πράξεις. *Sed quoniam tribus jam libris extra hoc historiæ corpus, de puerili ejus institutione, ac celeberrimis factis abunde disserui.* Reperitur & cum præpositione περὶ pag. 1303. lin. 16. εὐφήμους λόγους ποιεῖσθαι περί τινος, *multa benigna de aliquo referre*, quanquam verbis, non litteris. Habet etiam alium sensum, sed ab hoc loco alienum, cum præpositione ὑπὲρ apud Arrian. de exped. Alex. 5,27,3. οὐχ ὑπὲρ ἡμῶν τῶνδε ποιήσομαι ἐγὼ τοὺς λόγους - - ἀλλ᾽ ὑπὲρ τ̃ στρατιᾶς πολλῆς. *Non pro nobis copiarum ducibus verba faciam, sed pro universo exercitu.* Cœterum λόγος pro *libro* & quidem *historico* frequentissime dicitur. Ita Ælian. Var. Hist. lib. 7. cap. 14. ΛΟΓΟΙ Ξενοφῶντος περὶ Κύρου est

ejus *historia de Cyro.* Euseb. Hist. Eccl. lib. 1. cap. 1. καὶ ἄρξεταί γέ μοι ὁ ΛΟΓΟΣ, ὡς ἔφην, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα χριστὸν οἰκονομίας. Per λόγον intelligit historiam suam. Idem lib. 3. cap. 9. Josephus scripsit ἱστορίαν τοῦ κατ' αὐτὸν Ἰουδαϊκοῦ πολέμου, ἐν ἑπτὰ ΛΟΓΟΙΣ.

Ibid. v. 5. οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας.] Xenoph. Hist. Gr. lib. 1. init. Μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον. *Non multis post hæc diebus interjectis.* Polyb. pag. 620. lin. ὃ καὶ τέλος ἐποίησαν, οὐ μετὰ πολὺν χρόνον. *Quod & ad extremum fecerunt; idque haud ita multo post.*

Ibid. v. 6. ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ;] Polyb. lib. 9. cap. 30. pag. 791. lin. 21. *Ille enim vero tantum abfuit ut gravius quicquam in vos consuleret,* ὡς πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐκβαλὼν τὸν τύραννον, καὶ τοὺς νόμους, καὶ τὸ πάτριον ὑμῖν ΑΠΟΚΑΤΕΣΤΗΣΕ πολίτευμα, *ut etiam ejecto tyranno (nam alia prætermitto) leges & patriam Reip. formam vobis restituerit.* Pag. 1035. lin. 22. *Similiter etiam Ptolemæo* τὰς πόλεις ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΗΣΑΙ πάσας *omnes ut restituat urbes, quas post Ptolemæi Philopatoris obitum illi ademisset.* Ita sæpius de rerum ablatarum restitutione usurpatur pag. 380. lin. 5. pag. 383. lin. 8. pag. 982. lin. 8. a f. pag. 1036. lin. 10.

Ibid. v. 7. χρόνους ἢ καιρούς,] Duo hæc eodem modo conjunxit Demosthenes Olynth. 3.

pag.

pag. II. B. Τίνα γὰρ ΧΡΟΝΟΝ, Η τίνα ΚΑΙΡΟΝ, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τοῦ παρόντος βελτίω ζητεῖτε; *Quod enim tempus, quamve occasionem, Athenienses, meliorem hac queritis?* Non male Lutherus καιρὸν interpretatus est *horam*; ipse enim articulus temporis significatur. Unde & Casaubonus ita vertit apud Polybium pag. 992. med. Νῦν δὲ καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὸν ΚΑΙΡΟΝ ὥρικεν, ἐν ᾗ μέλλει τὸ διάδημα ἀναλαμβάνειν. *Nunc vero & diem & horam designavit, qua sit diadema assumpturus.*

Ibid. v. 15. ὄχλος ὀνομάτων) Sic ὄνομα pro *persona* Apoc. III. 4. & XI. 13. & Polyb. pag. 1426. lin. 5. a f. *De pluribus civibus Romanis id asseverare haudquaquam verear, eos hac in parte fidem atque integritatem praestare posse.* Μαρτυρίας δὲ χάριν ὁμολογούμενα δύω ΟΝΟΜΑΤΑ, τοῦ μὴ δοκεῖν ἀδύνατα λέγειν. *Ne cui autem forte falsa commentus esse videar, duorum virorum exempla apud omnes sine controversia recepta hic adducam.* Chrysostomus procem. in Epist. ad Rom. sub fin. pag. 5. E. patresfamilias objurgans, quod domesticos suos non erudiant: Τίνα οὖν ἕξομεν ἀπολογίαν ἡμεῖς, οὐδὲ εἴκοσιν ἀρκοῦντες ΟΝΟΜΑΣΙΝ; *Quam ergo nos habebimus defensionem, qui ne viginti quidem hominibus sufficimus?* erudiendis scilicet.

Ibid. v. 17. κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης) *munus ministerii hujus.* Sic paulo post v. 25. Neque enim κλῆρος sortem tantum significat,

sed transfertur etiam ad ea, quæ cui quocunque modo obtingunt & attribuuntur. Unde hoc nomine Polybius, item ut Lucas hoc loco, utitur in demandando labore, & δίδοσθαί τινι κλῆρον dicit pro *injungi alicui laborem*, lib. 10. cap. 27. pag. 837. lin. 6. *Ubi locum ipsorum occupavissent*, ἐδίδοτο τοῖς λειτεργοῖς ΚΛΗΡΟΣ εἰς τὸ πᾶν τὸ πρὸ ποδῶν ἀνακαθαίρειν καὶ λεαίνειν μετ' ἀσφαλείας, *operarum tunc partes erant, purgare quidquid erat ante pedes, & omnia complanare, quoad ejus tuto fieri poterat.* Cæterum διδόναι κλῆρον absque dativo, infra v. 26. alio & proprio magis sensu exstat.

Ibid. v. 21. εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς) *Ingredi* & *egredi* est *publico munere fungi*, Deut. XXXI. 2. Paral. I. 10. idque ex Hebræi sermonis idiomate, concedente ipso *Eruismo Schmidio*, acerrimo alias Græcismorum N. T. vindice. Nihil ergo huc Græci Scriptores, quod ad verborum quidem sententiam, quod ad constructionem vero attinet, multum confert Polybius. Est enim συλληπτικὴ locutio, ut ait *Camerarius*, εἰσῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς & ἐξῆλθεν ἀφ' ἡμῶν. Cujus ellipseos simillimum exemplum est pag. 1386. lin. 4. a f. adeo ut fere eundem quoque sensum videatur referre; certe quamproxime ad illum accedit: ἁρπαγὴ χρημάτων καὶ φόνοι καὶ βίαιοι προφάσεις ἐγίγνοντο, διά τε τῶν ΕΞΙΟΝΤΩΝ καὶ διὰ τῶν ΕΙΣΙΟΝΤΩΝ στρατιωτῶν ΕΙΣ τὰς πόλεις. *Direptiones bonorum & cædes & violentæ calumniæ ab*

ab egredientibus & ingredientibus in urbes militibus exercebantur.

Ibid. & v. 22. τῶν συνελθόντων - - - ἐνα τῶν.) Dantur & apud profanos Scriptores hujusmodi hyperbata, etiam duriora; quale est illud apud Polybium pag. 1289. lin. 2. & 7. ἡ σύγκλητ☉ ΑΠΑΣΙ τοῖς παραγεγονόσι κατὰ πρεσβείαν (ἐ γδ ἦν ὔτε πόλις, ὔτε δυνάςης, ὔτε βασιλεὺς ὃς ὐκ ἐπεςάλκει πρεσβείαν κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τὴν συγχαρησομένην ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν) ΟΙΣ ΑΠΑΣΙΝ οἰκείως ἀπήντησε. *Senatus omnibus legationibus (nulla namque fuit civitas, nullus dynasta, nullus Rex, qui tempore illo legatos ad gratulandum populo Rom. non misisset:) quibus omnibus benevole respondit.*

Ibid. v. 25. ἀποςολῆς) Vox hæc generatim significat *missionem.* Polyb. pag. 1223. lin. 16. μετὰ τὴν ΑΠΟΣΤΟΛΗΝ τῶν ὑπάτων Τιβερίου καὶ Κλαυδίου τὴν πρὸς Ἴςρους. *Postquam missi Consules fuissent Tiberius & Claudius in expeditionem contra Istros.* Item *remissionem*, lib. 14. cap. 2. pag. 94. lin. antep. τὴν δὲ ΑΠΟΣΤΟΛΗΝ ταύτην ὁ Σκιπίων ἐποιήσατο, *hos autem remiserat Scipio.* HIC peculiariter significat munus eorum, quos Christus sibi tanquam legatos & nuncios delegerat Apostolosque vocarat Luc. VI. 13.

Cap. II. 1. ἐπιτοαυτό.) vel disjunctim ἐπὶ τὸ αὐτό. Significat autem plerumque *in eundem locum*

locum, vel *eadem loci*; & ita apud Polybium quidem ubique. Ut pag. 115. lin. 10. a f. οἱ στρατηγοὶ συνελθόντες ΕΠΙ ΤΟ ΑΥΤΟ, διεστασίασαν πρὸς σφᾶς ἐπὶ τούτων. *Duces postquam fuerunt una, eo discordiarum venerunt.* Pag. 323. lin. antep. πᾶσιν ΕΠΙ ΤΟ ΑΥΤΟ τοῖς στρατοπέδοις ὁμοῦ ποιήσασθαι τὸν κίνδυνον. *Non nisi omnibus junctis copiis simul dimicandum.* Pag. 569. lin. 17. a f. συνεγύμναζον μὲν ΕΠΙ ΤΟ ΑΥΤΟ τὴν φάλαγγα καὶ τοὺς μισθοφόρους Ἕλληνας. *Eodem in campo phalangem & Græcos mercenarios exercebant.* Pag. 730. lin. antep. ἧκε νυκτὸς ἐπὶ τὸν συντεθέντα τόπον. Γενόμενοι δὲ μίαν ἡμέραν ΕΠΙ Τ' ΑΥΤΟ, καὶ συνταξάμενοι περὶ τοῦ πῶς χειρισθήσεται τὰ κατὰ μέρος. *Noctu ad condictum locum venit. Ubi quum diem integrum una fuissent, & qua ratione singula administraturi essent, de communi sententia statuissent.* Et sic sæpius in Novo Test. Matth. XXII. 34. Luc. XVII. 35. Act. I. 15. II. 44. IV. 26. 1. Cor. XI. 20. XIV. 23. & in Vet. Test. Jos. IX. 2. Jud. VI. 33. & XIX. 6. Ps. II. 2. CII. 23. Neque dubito, quin hic quoque sit interpretandum: *in eodem loco.* Nam quod quidam hoc intelligunt de *eodem fine* atque *scopo*, quasi non tantum uno loco fuerint omnes, sed ad unam quoque eandemque rem animos habuerint intentos: id quidem satis jam exprimitur verbo ὁμοθυμαδόν. Unde & in Codice Cantabrigiensi ὁμοθυμαδὸν omissum; quod Millius propterea factum putat, quod superfluum videretur ob illud ἐπιτοαυτό. Quamvis si alterutrum omittendum esset, potius ἐπιτοαυτὸ

ταυτὸ omitti oportere putem. Non enim, qui in idem sunt intenti, continuo etiam concorditer in illud sunt intenti. Præstat ergo sequi communiorem sententiam. Licet non ignorem, illius alterius quoque exemplum in Lexicis proferri ex Thucydide: *ἐπιτοαυτὸ αἱ γνῶμαι ἔφερον*, pro *Sententiæ in idem convenere*; sed non addito libri numero, ut inquiri possit. Et Chrysostomus, quique eum ubique sequitur Theophylactus, etiam locum Act. II. 44. de animorum concordia interpretantur. Præterea vero notat quoque *simul*, sive *eodem tempore* 2. Sam. II. 13. & Act III. 1. si modo ἐπιτοαυτὸ ad initium hujus capitis pertinet, & non ad finem proximi superioris; qua de re Millius ad h. l. & in Proleg. n. 1451. Denique ponitur etiam apud LXX. pro *pariter* sive *omnibus*, Ps. XIX. 9. *τὰ κρίματα κυρίου ἀληθινὰ, δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό.* Item Jes. LXVI. 17. Jer. VI. 12. Ps. XXXIV. 3. XLIX. 2. Quas significationes omnes complectitur particula Germanica zusammen / eaque omnibus his locutionibus convenit. 1. Sie kamen sive waren zusammen / 2. sie stimmten zusammen / 3. sie gingen zusammen / 4. sie sind zusammen gerechnet.

Ibid. v. 2. *πνοῆς βιαίας*) Πνοὴ & πνεῦμα synonyma sunt Arriano de exped. Alex. 7, 22, 4. ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΜΕΓΑΛΟΥ *ἐμπεσόντος αὐτῷ ἐς τὴν καυσίαν, καὶ τὸ διάδημα αὐτῇ συνεχόμενον, τὴν μὲν δὴ βαρυτέραν πεσεῖν εἰς τὸ ὕδωρ, τὸ διάδημα*

δὲ

δὲ ἀπενεχθὲν πρὸς τ̀ ΠΝΟΗΣ, σχεθῆναι ἐν καλάμῳ. *Obortum ingentem ventum, regium capitis ornamentum & diadema ei alligatum abripuisse, atque illud quidem utpote gravius, in aquam procidisse: istud vero vento abreptum, arundini cuidam hæsisse.* Conjungitur βίαιος cum vento apud eundem 2, 6, 2. τ̀ νυκτὸς χειμὼν ἐπιγίγνεται σκληρὸς, καὶ ὕδωρ τε ἐξ ὠρανῶ καὶ ΠΝΕΥΜΑ ΒΙΑΙΟΝ. *Ea nocte ingens orta tempestas, magnaque imbrium ac ventorum vis cœlo effusa.*

Ibid. v. 8. τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ) *Beza* ad h. l. & *Grotius* ad Act. I. 19. videntur fere credidisse, διάλεκτον a Græcis tantum vocari peculiarem aliquam ejusdem linguæ diversitatem, non vero diversam plane linguam, uti quidem hic a Luca. Sed non Lucam solum ita hac voce uti, apparet ex Polybio lib. 1. cap. 67. de mercenariis Carthaginiensium militibus scribente, quorum alii erant Hispani, alii Galli, quidam Ligures & Baleares, nec pauci Græci, pars maxima Afri, pag. 95. med. τὸν μὲν γδ̀ ςρατηγὸν εἰδέναι τὰς ἑκάςων ΔΙΑΛΕΚΤΟΥΣ ἀδύνατον. *Nam ut omnium cujusque populi linguarum dux sit peritus, hoc vero fieri nequit.* Item pag. 113. lin. 3. & 14. & pag. 1442. lin. 6. a f. Sic & Plutarchus in Apophth. Περσικὴν διάλεκτον dicit.

Ibid. ἐπιδημοῦντες) Ἐπιδημεῖν significat *aliquo in populo præsentem*, sicut contra ἀποδημεῖν *absentem esse.* Exempla congessit *Camerarius*, quibus

hæc addamus ex Polybio pag. 642. lin. 24. ἐξ ὧν πάλιν ὁπότε τις ΕΠΙΔΗΜΗΣΑΙ μὴ παρόντος ὑπάτου, τελείως ἀριστοκρατικὴ φαίνεται ἡ πολιτεία. *Itaque si quis Romam veniat, quando neuter in urbe est Consul, plane optimatium principatus is esse videtur.* Et pag. 1288. lin. 12. ὡς γὰρ καθόλου δυσαρεστούμενοι ταῖς τῶν βασιλέων ΕΠΙΔΗΜΙΑΙΣ, δόγμα τι τούτων ἐξέβαλον μηδένα βασιλέα παραγίνεσθαι πρὸς αὐτούς. *Nam quasi in universum ipsis displiceret Romam adventus Regum; Senatus consultum est ab iis editum, quo vetebant Reges ullos ad se venire.* Sunt ergo οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι *Romani qui tum forte erant Hierosolymis.*

Ibid. v. 13. χλευάζοντες) Verbi hujus notionem exempla optime declarabunt. Polyb. pag. 1038. lin. 13. *Hæc dicentem adhuc Philippum asperius interpellat Phaneas, oculis debilis, & delirare dicit Philippum: aut bello enim vincendum esse, aut melioribus parendum. Philippus, etsi malo tunc loco res ejus erant, consuetudine tamen sibi propria non abstinuit; sed conversus, Apparet id quidem, inquit, etiam cæco.* ἦν γὰρ εὔθικτος, καὶ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος εὖ πεφυκὼς πρὸς τὸ ΔΙΑΧΛΕΥΑΖΕΙΝ ἀνθρώπους. *Erat enim dicax, & ad ludendum jocose in quosvis naturam cumprimis aptam habebat.* Quod compositam verbum habetur in multis codicibus, teste Millio. Idem Philippus ita χλευάζει pag. 1040. lin. 5. *Nicephorium & Veneris templum, quæ sunt vastata, quum nequeam alias in integrum restituere, plantas & hortulanos mittam, quibus locorum cultura* fit

sit futura curæ, & cæsarum arborum incrementum. Πάλιν δὲ ꙋ Τίτꙋ γελάσαντ☉ ἐπὶ τῷ ΧΛΕΥΑΣΜΩ. *Quum illudentis urbanitas Tito risum denuo expressisset.* Et lin. penult. Ὁ δὲ Τίτ☉ ἐκ ἀηδῶς μὲν ἤκεσε ꙋ Φιλίππꙋ ΧΛΕΥΑΖΟΝΤΟΣ· μὴ βελόμεν☉ δὲ τοῖς ἄλλοις μηδὲν εἰπεῖν δοκεῖν, ΑΝΤΕΠΕΣΚΩΨΕ τὸν Φίλιππον. *Non erat Tito ingratum acroama, Philippum audire facete ludentem: qui tamen ne videretur nihil dixisse, Philippum vicissim ipse quoque cavillans; Et merito quidem Philippe, ait, solus nunc es; amicos enim omnes qui optima tibi suggesturi erant consilia, sustulisti. Macedo ubi Sardonium quendam risum edidisset, conticuit.* Herodian. lib. 4. pag. 550. lin. 3. *Quare cum multa in eum dixissent,* (σκωψάντων) - - *irriderentque ipsum* (ἐκεῖνον δὲ ΧΛΕΥΑΖΟΝΤΩΝ,) *quod tantulæ homo staturæ, Alexandrum atque Achillem, maximos ac fortissimos heroas, æmularetur.* Apparet hinc χλευάζειν esse hoc loco *verbis illudere,* (quæ ipsa hic adduntur: γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσί.) neque necessario gestum contumeliosum simul complecti, cum hujusmodi irrisio etiam per litteras fieri possit. Plutarch. in Oth. πολλὰ βλάσφημα ΧΛΕΥΑΖΟΝΤΕΣ ἀλλήλοις ἔγραφον, *multa convicia & maledicta irrisionibus & cavillis mixta alter ad alterum mittebat.* Neque tamen nego, quendam etiam interdum illudentis gestum hoc verbo significari posse, cum χλευασίαν quoque dici videam, quando alterius vitia corporis imitando expressa proponuntur in scena cum irrisione spectantium, apud Dionem de Tiberio, qui quod calvus esset, spectaculum per calvos homi-

nes

nes Sejanus præbuerat ἐπὶ τῇ τοῦ Τιβερίου χλευασίᾳ, *in contumeliam Tiberii.* Alia igitur χλευασία fit solis verbis, alia gestibus tantum, denique alia utrisque simul.

Ibid. v. 23. ἔκδοτον λαβόντες,] Divino consilio ait Jesum deditum fuisse Judæis. Nisi enim Deus eum permisisset ipsorum arbitrio, & ex sua in illorum potestatem tradidisset, imo nisi Jesus ipse sese sponte eis obtulisset, Joh. XVIII. 4. nihil adversum ipsum valuisset vis hostium, Joh. XIX. 11. & X. 18. Chrysostomus in h. l. ἅμα δὲ αὐτοῖς δείκνυσιν, ὅτι οὐ τῆς αὐτῶν ἰσχύος ἦν, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς συνεχώρησε, καὶ ἐξέδωκεν ὁ Θεὸς αὐτόν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ΕΚΔΟΤΟΝ· *Simul autem illis ostendit, quod non ipsorum potentia fuerit, nisi & ipse concessisset, & Deus ipsum dedidisset. Hoc enim significat verbum* ἔκδοτον. Dicuntur enim ἔκδοτοι, *qui vel ab aliis deduntur hostibus, vel ipsi sese dedunt.* Polyb. pag. 1218. lin. 5. a f. *non solum agrum omnem ecrum inique vastasse, sed & civium clarissimos quosque,* οὓς μὲν φυγαδεῦσαι, τινὰς δ' αὐτῶν ΕΚΔΟΤΟΥΣ ΛΑΒΟΝΤΑΣ, αἰκισαμένους πᾶσαν αἰκίαν, ἀποκτεῖναι· *partim in exilium expulisse, partim deditione acceptos, omni genere cruciatus vexatos occidisse.* Joseph. antiq. lib. 6. pag. 202. lin. 7. a f. Saulus agnita Davidis voce, καὶ μαθὼν ὅτι ΛΑΒΩΝ αὐτὸν ΕΚΔΟΤΟΝ ὑπὸ τοῦ ὕπνου καὶ τῆς τῶν φυλασσόντων ἀμελείας οὐκ ἀπέκτεινεν, *& cognito, quod adeptus eum a somno & custodum negligentia proditum, non tamen interfecisset.* Bene græca ergo sunt hæc ἔκδοτον λαβόντες. Quare nolim cum Millio τὸ λαβόντες suspicari

irreptitium, in Proleg. 747. licet in multis codicibus sit omissum, ab iis fortasse, quibus phrasis hæc non erat familiaris. Nam eam vulgo non satis notam fuisse Chrysostomi ætate, ex ipsius interpretatione haud obscure colligitur. Ea enim fere tantum explanare solitus est, quæ populo videri poterant obscuriora. Utitur ea voce Polybius aliquoties, ut pag. 685. lin. 13. προῦδωκαν ΕΚΔΟΤΟΥΣ τὰς Ἑλληνίδας πόλεις, *urbes Græcorum a se proditas tradiderunt.* Pag. 874. lin. 4. συνθήκας δὲ πεποίησθε τοιαύτας, δι' ὧν ἅπαντας τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ΕΚΔΟΤΟΥΣ δεδώκατε τοῖς Βαρβάροις εἰς τὰς αἰσχίστας ὕβρεις καὶ παρανομίας. *Ejusmodi pacem probastis, per cujus conditiones cæteri omnes Græci ad omne injuriæ & fœdissimæ contumeliæ genus a vobis deduntur.* Et pag. 1243. lin. 19. δοθεὶς ΕΚΔΟΤΟΣ Ῥωμαίοις. *Cum deditione traditus Romanis fuisset.* Item pag. 685. lin. 13. & pag. 1116. lin. 22. pag. 1451. lin. 9. Et Herodian. lib. 5. pag. 566. lin. 5. παραδοῦναι δὲ αὐτοὺς ΕΚΔΟΤΟΥΣ καὶ ὥσπερ αἰχμαλώτους ἤδοῦντο, *permittere autem se hostium potestati, quasi dedititios captivosque, verebantur.* Et Zosimus lib. 5. pag. 794. lin. ult. ΕΚΔΟΤΟΥΣ ἐπὶ θανάτῳ dicit *ad mortem deditos.* Usurpatur etiam verbum ἐκδιδόναι, (quo tanquam notiore Chrysostomus τὸ ἔκδοτον exponit,) pro *tradere reum ad pœnam*, ab Arriano de exped. Alex. 1, 10, 9. ubi cum Alexander Demosthenem sibi tradi ab Atheniensibus postulasset cæterosque, quos autores cladis Chæronensis esse censebat, Ἀθηναῖοι τοὺς μὲν ἄνδρας

οὐκ

οὐκ ἐξέδοσαν, Athenienses eos non dediderunt. Et 7, 11, 7. *autores tumultus, quique clamandi initium fecerunt* ΕΚΔΙΔΟΝΑΙ ἐθέλειν *se tradere velle.*

Ibid. v. 41. ἀσμένως ἀποδεξάμενοι) Millius τὸ ἀσμένως insertum existimat, cum fuisset marginale scholion, Proleg. 628. Et posset quidem sine detrimento sensus abesse, cum solum ἀποδέχεσθαι hanc habeat emphasin, ut supra jam Luc. VIII. 40. ostensum fuit exemplis quibusdam. Sed cum in iis construatur cum accusativo personæ, hic alia afferenda sunt, in quibus sit accusativus rei. Polyb. lib. 3. cap. 63. pag. 299. lin. 17. a f. *τῶν δὲ πολλῶν* ΑΠΟΔΕΧΟΜΕΝΩΝ *τό, τε παράδειγμα καὶ* ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ, *καὶ λαμβανόντων ὁρμὴν καὶ παράστασιν οἵαν ὁ παρακαλῶν ἐσπούδαζε· τότε μὲν ἐπαινέσας αὐτοὺς διαφῆκε. Quum & exemplum & orationem hanc amplecteretur,* probaret, laudaret *multitudo, & jam eum impetum conciperet, eamque indueret mentem, quam is qui eos adhortabatur, optabat; laudatos dimisit.* Pag. 877. lin. 10. *Πάντες δ' οἱ παρόντες οὕτως* ΑΠΕΔΕΞΑΝΤΟ ΤΑ ΡΗΘΕΝΤΑ, *καὶ τὸν νοῦν παρακλήσεως ἐθαύμασαν. Hæc dicenti omnes qui aderant sic assensi sunt, ac præclare monentis prudentiam admirati.* Quod Polybius legatione LXIII. dixerat, ΑΠΟΔΕΞΑΜΕΝΟΙ *τοὺς Θηβαίους οἱ περὶ τὸν Μάρκιον*, Livius ita expressit: *Thebanos Marcius & Atilius læti audierunt.* Cum igitur *ἀποδέχεσθαι τὸν λόγον* per se sine *ἀσμένως* significare possit *libenter accipere sermonem*: hinc factum ar-

bitror, ut omissum fuerit, non consulto, sed casu, quia forte librario plures versus simul inter describendum memoria complexo, illud exciderat non advertenti, propterea quod eadem nihilomnius maneret sententia. Inseri certe vix potuit, nisi ab imperito Græcæ linguæ. Habet autem illud jam Chrysostomus, quamvis cum simplici δεξάμενοι, ut Act. XXI. 17. quod simplex verbum item sine adverbio interdum cum emphasi accipitur, ut Polyb. pag. 64. l. ult. ἐπαινέσας καὶ δεξάμενος τὴν προθυμίαν ἀφῆκε, *tunc quidem illos laudatos, quum gratam sibi hanc ipsorum alacritatem dixisset, dimittit.* Quare equidem illud pro genuino agnosco. Neque enim inusitatum est, isti verbo aliquid addi, quo speciatim animi affectio exprimatur. Ita idem Polyb. pag. 878. lin. 12. τά τε ΡΗΘΕΝΤΑ ὑπὲρ τὸν ἄνδρα ΔΙΑΦΕΡΟΝΤΩΣ ΑΠΟΔΕΔΕΓΜΕΝΟΙ, καὶ νομίζοντες οὐδ' ἂν παθεῖν οὐδὲν δεινὸν ἐκείνου προεστῶτος. *Cohortationem hanc & illius auctoritatem summopere comprobantes, persuasi etiam, eo Remp. gubernante, nihil adversi esse sibi metuendum.* Et pag. 412. lin. 3. ΤΑ ΛΕΧΘΕΝΤΑ ΜΕΤ' ΕΥΝΟΙΑΣ ΑΠΕΔΕΞΑΝΤΟ. *Benevole ejus orationem exceperunt.*

Ibid. προσετέθησαν) scil. τῇ ἐκκλησίᾳ, uti constat ex v. 47. Aliquoties eo utitur Polybius pro *sese adjungere alicui, & ejus partes sequi.* Pag. 21. lin. 15. ὧν παραγενομένων, ἀπό τε τῶν Καρχηδονίων αἱ πλείους ἀφιστάμεναι πόλεις ΠΡΟΣΕΤΙΘΕΝΤΟ τοῖς Ῥωμαίοις, ἀπό τε τῶν Συρακουσίων. *Ad ha-*

Horum adventum pleraque tam Carthaginiensium quam Syracusanorum oppida ad Romanos defecerunt. Pag. 28. lin. 1. *Postquam esset ab iis captum Agrigentum, mediterranea urbes multa* ΠΡΟΣΕΤΙΘΕΝΤΟ τοῖς Ῥωμαίοις, *Romanis se adjunxerant, parum sibi fidentes ob terrestres eorum copias.* Pag. 577. lin. 16. a f. Τοιαύτης δὲ γενομένης τῆς εὐροίας, οἱ τὴν παρακειμένην Ἀραβίαν κατοικοῦντες, παρακαλέσαντες σφᾶς αὐτοὺς ὁμοθυμαδὸν αὐτῷ ΠΡΟΣΕΘΕΝΤΟ πάντες. *Hic adeo felix rerum successus, adjacentis Arabiæ populos movit, ut cohortationibus mutuis incitati, communibus suffragiis se illi omnes adjungerent.*

Ibid. v. 43. Ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος) hoc est πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις. Nam vocem ψυχὴ ita alii quoque Græci auctores usurpant. Polybius lib. XVI. τὸ γὰρ φάσκειν ἔνια τῶν σωμάτων ἐν φωτὶ τιθέμενα μὴ ποιεῖν σκιὰν, ἀπηλγηκυίας ἐστὶ ΨΥΧΗΣ. Hoc est *hominis deplorati.* Hæc *Casaubonus* in Notis ad N. T. Locus autem Polybii exstat lib. cit. cap. 11. pag. 1019. init. Loquitur eodem modo Polybius etiam pag. 684. lin. 6. ἑκατέρων δὲ τούτων ὁμοῦ συνδραμόντων εἰς μίαν ΨΥΧΗΝ ἢ πόλιν, ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης. *Quodsi in eundem animum aut civitatem eandem hæc simul concurrerint, fortitudo inquam & temperantia.* Item pag. 716. lin. 8. & pag. 1382. lin. 2. *omnium quæ Romanis ac Carthaginiensibus eo tempore eveniebant*, εἷς ἦν ἀνὴρ αἴτιος καὶ μία ΨΥΧΗ, λέγω δὲ τὴν Ἀννίβου, *unum caput atque una mens in causa erat, Hannibal scilicet.* Ita Chrysost. in Epist. ad Philem. pag.

677. med. τὶς ἐ θελήσει φίλ☉ εἶναι καὶ ΔΥΣΤΥΧΗΣ ὄντως ἀγαθῆς; De homine ad condonandum facili hæc dicit. Nihilomnius ψυχὴν pro *homine* sapere Hebraismum, rationibus non contemnendis ostendit Vorst. de Hebr. cap. 4. pag. 95.

Cap. III. 13. κατὰ πρόσωπον) *Hammondus* exponit *contra voluntatem* ejus, ut est in Poli synopsi; sed sine caussa. Κατὰ πρόσωπον apud Polybium est notissimæ significationis pro *in conspectu, coram*. Ita pag. 1190. lin. 11. καλεῖν δ' ἐκέλευε ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ εἴ τις αὐτȣ̃ κατηγορεῖ. *Si quis accusare vellet, eum jubebat vocari, ut in suum conspectum veniret*. Pag. 1093. lin. 3. a f. & pag. 1211. lin. penult. *Orant Romanos, ut conventum agerent, cui interesset Pharnaces*: ἵνα ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ λεγομένων τῶν λόγων &c. *ut dum in præsentia negotium tractaretur, magis ac magis perfidiam hominis animadverterent*. Conf. Annot. ad Gal. II. 11.

Ibid. v. 15. ἀρχηγὸν τ̃ ζωῆς) Polyb. lib. 5. cap. 10. init. Καὶ μὴν ὁ πρῶτ☉ αὐτῶν αὐξήσας τὴν βασιλείαν, καὶ γενόμεν☉ ΑΡΧΗΓΟΣ ȣ̃ προσχήματ☉ τ̃ οἰκίας, Φίλιππ☉. *Sed & ille, qui primus regni hujus opes auxit, quique domum hanc in istud fastigium princeps evexit Philippus*. Pag. 842. lin. 12. a f. ΑΡΧΗΓΟΣ εἶναι ἐβȣλήθη τῆς τοιαύτης ὁρμῆς. *Ejus inclinationis animorum auctor esse viderique voluit*, dum primus ad Romanos defecit. Cum quibus locis pulchre congruit interpretatio Chrysostomi

Sostomi: pag. 86. οὐκ ἄρα παρ' ἑτέρου ἔσχε τὸ ζῆν. ὥσπερ ἀρχηγὸς τῆς κακίας, αὐτὸς ἂν εἴη ὁ τὴν κακίαν τεκὼν· καὶ ἀρχηγὸς φόνου, ὁ τὸν φόνον πρῶτος εἰσαγαγών· οὕτω καὶ ἀρχηγὸς ζωῆς, ὁ παρ' ἑαυτοῦ τὴν ζωὴν ἔχων. *Non igitur ab alio habuit vitam. Quemadmodum princeps malitiæ is est qui malitiam peperit, & princeps homicidii, qui primus homicidium induxit: ita & princeps vitæ, qui a seipso vitam habet.* *Jamblichus*, citatus ad h. l. a *Jo. Gregorio* Pythagoram vocat τὸν ἀρχηγὸν τῆς θείας φιλοσοφίας.

Ibid. v. 17. κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε,] Ita etiam rerum gestarum Scriptores venia dignos ait Polybius, si quando per ignorantiam a vero aberrent. Cui opponit κατὰ προαίρεσιν & κατὰ πρόθεσιν. Pag. 916. sub fin. Δύο μὲν τρόπους φαμὲν εἶναι ψευδοῦς· ἕνα μὲν τὸν ΚΑΤ' ΑΓΝΟΙΑΝ, ἕτερον δὲ τὸν ΚΑΤΑ ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΝ. Καὶ τούτων δεῖν τοῖς μὲν ΚΑΤ' ΑΓΝΟΙΑΝ παραπαίουσι τῆς ἀληθείας, διδόναι συγγνώμην· τοῖς δὲ ΚΑΤΑ ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΝ, ἀκαταλλάκτως ἔχειν. *Sed nos duplex esse mendacii genus dicimus: unum quod ab ignoratione veri proficiscitur, alterum quod a certo animi proposito mentiendi. Qui igitur per ignorationem a veritate aberrent, his veniam esse dandam; qui voluntate & certo proposito, ab iis capitali odio esse dissidendum.* Pag. 1415. lin. 15. a f. ἐὰν μὲν ΚΑΤΑ ΠΡΟΘΕΣΙΝ εὑρισκώμεθά που κατὰ πραγματείαν διαψευδόμενοι, καὶ παρορῶντες τὴν ἀλήθειαν, ἀπαραιτήτως ἐπιτιμᾶν· ἐὰν δὲ ΚΑΤ' ΑΓΝΟΙΑΝ, συγγνώμην ἔχειν. *Sicubi forte in hoc opere de industria mentitus, aut veritatem sciens dissimu-*

mulasse compertus fuero, acerbe citra veniæ spem increpare ne dubitent: sin vero ignoratione lapsus, veniam indulgeant. Pag. 1408. lin. 16. a f. ἱκανὰ γὰρ τὰ ΚΑΤ' ΑΓΝΟΙΑΝ γινόμενα τοῖς γράφουσιν, ἃ διαφυγεῖν ἄνθρωπον δυσχερές. ἐὰν δὲ ΚΑΤΑ ΠΡΟΑΙΡΕΣΙΝ ψευδογραφῶμεν &c. *Etenim supersunt alia peccata plurima, in quæ ex veri ignoratione scriptores incurrunt; quæ quidem cum homines nati simus, vitare difficile est. Quodsi de industria falsum scientes scribamus &c.* Pag. 1411. lin. 14. a f. *Enimvero cuncta hujusmodi mihi quidem peccata esse videntur, sed quæ excusationem ac veniam admittant.* τὰ μὲν γὰρ ΔΙ ΑΓΝΟΙΑΝ γέγονε· τὸ δὲ περὶ τὴν ναυμαχίαν διὰ τὴν πρὸς τὴν πατρίδα φιλοστοργίαν. *Hæc enim ex ignoratione veri profecta sunt. Illud vero in descriptione pugnæ navalis ex innato erga patriam amore fluxit.* Et pag. 538. lin. 21. Casaubonus ἄγνοιαν eleganter convertit *levia delicta*: φύσει δὲ ὠμὸς ὤν, τῶν μὲν ΤΑΣ ΑΓΝΟΙΑΣ ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐνδεχόμενος ἐκόλαζε. *Homo natura sævus, in alios propter levia delicta, quæ interpretatione sua graviora faciebat, animadvertebat.*

Ibid. v. 21. ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων,] Optime *Er. Schmidius*, qui locum huic parallelum statuit 1. Cor. XV. 25. Neque enim aliunde rectius vera horum verborum sententia intelligetur, quam si uterque locus ἐκ παραλλήλου ponatur. Nam quod Petrus paulo obscurius dicit: ὃν δεῖ οὐρανὸν δέξασθαι, Paulus quasi interpretans ait: δεῖ αὐτὸν βασιλεύειν· itemque ista

Pe-

Petri: ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, Paulus planissime eloquitur dicto clarissimo Psalmi CX. 1. ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ad quam sententiam exprimendam haud scio an nullum aptius vocabulum reperiri potuerit, quam ἀποκατάστασις. Ita enim Græcis dicitur *quietis & tranquillitatis publicæ post bella aut turbas restitutio.* Polyb. lib. 4. cap. 23. pag. 407. lin. 17. *Ephori, rerum Spartæ tunc potientes, ad Macedonem protinus miserant, qui occisos criminarentur: orarent etiam, ut adventum in urbem tantisper differret,* ἕως ἂν ἐκ τοῦ γεγονότος κινήματος εἰς τὴν ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΑΣΙΝ ἔλθῃ τὰ κατὰ τὴν πόλιν. *Donec res civitatis sidente motu præsentium turbarum ad priorem statum rediissent: pro certo interim haberet, propositum ipsis esse, fidem in omnibus atque amicitiam Macedonibus præstare.* Et lib. 5. cap. 86. p. 596. lin. 12. a f. *Ptolemæus & Raphiam & reliquas urbes, ut ad quamque accesserat, a civibus sibi traditas recepit:* πάντων τῶν πολιτευμάτων ἁμιλλωμένων ὑπὲρ τοῦ φθάσαι τοὺς πέλας περὶ τὴν ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΑΣΙΝ καὶ μετάθεσιν τὴν πρὸς αὐτόν. *quum omnes civitates in dominatu ipsius instaurando & deficiendo ad illum, de celeritate inter se certarent.* Et pag. 1206. sub fin. Ὅτι οἱ Μεσσήνιοι διὰ τὴν αὐτῶν ἄγνοιαν, εἰς τὴν ἐσχάτην παραγενόμενοι διάθεσιν, ΑΠΟΚΑΤΕΣΤΗΣΑΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΞ ΑΡΧΗΣ ΚΑΤΑΣΤΑΣΙΝ τῆς συμπολιτείας, διὰ τὴν Λυκόρτα καὶ τῶν Ἀχαιῶν μεγαλοψυχίαν. *Quum Messenii culpa sua in statum omnium miserrimum devenissent, magnanimitate Lycortæ & Achæorum in pristinum locum*

sunt restituti, ut essent concilii Achaeorum. Qui Achaei postea Senatum Romanum certiorem fecerunt περὶ τῆς Μεσσηνίων ΑΠΟΚΑΣΤΑΣΕΩΣ *de restituta in priorem statum Messenia*, pag. 1209. lin. 12. a f. Quorum locorum attenta consideratio pulchre ostendit veram hujus vocis significationem, &, nisi fallor, verbis Petri accommodatissimam. Dominatur enim jam nunc quidem Dominus noster, sed in medio inimicorum suorum Ps. CX. 2. qui undique regnum ipsius attentant, neque unquam a bellis conquiescere sinunt, tumultuantes & conspiratione facta, imperii ejus jugum excutere conantes Ps. II. 1. 2. 3. Neque prius hae turbae conticescent, quam Pater omnia subjecerit Filio suo. Tum demum fiet illa ἀποκατάστασις, quando deletis hostibus, rebusque compositis, & in eum, in quem oportebat statum restitutis, Deo Patri regnum, nefaria defectione turbatum, tandem pacatum Christus reddet, 1. Cor. XV. 24. *Oecumenius* interpretatur *impletionem, consummationem*: ἀποκατασῆναι δεῖ, φησί· καὶ εἰς πέρας ἐλθεῖν ἅπαντα, καὶ τότε ἐλεύσεται. *Oportet, inquit, consummari & ad finem venire omnia, & tunc veniet.* Quam interpretationem Syrus interpres sequi videtur, uti & Matth. XVII. 11. & ego certe sequerer, ob ea, quae adduntur, ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, si ullo idoneo testimonio comprobaretur. Nam Oecumenius quidem recentior est, quam ut eam habeat auctoritatem. Quanquam & Hesychius in eam sententiam citatur a Stephano in Thes. Gr. Linguae.

gvæ. Sed ne eo quidem satis moveat. Utinam vetustiorum nobis Scriptorum loca, quæ significationem hanc confirmarent, possent ostendi; nulli libentius accederem.

Cap. IV. 3. ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας) Polyb. pag. 507. lin. antep. τίς ἐτόλμησεν ΕΠΙΒΑΛΕΙΝ ΤΑΣ ΧΕΙΡΑΣ ΤΩ Μεγαλέᾳ, καὶ τίς εἰς τὴν φυλακὴν ἀπαγαγεῖν; *Quisnam Megalea manus injicere, atque in carcerem compingere ausus esset?* Et pag. 1403. lin. 8. τοῖς ξένοις ἐπέβαλον τὰς χεῖρας. In cæteris N. T. locis construitur cum ἐπί.

Ibid. v. 9. *εἰ*) pro *ἐπεὶ quandoquidem*, ut recte interpretantur Græca scholia. Quomodo & Polybius loquitur pag. 926. lin. 10. *Erat igitur profecto longe satius, divisas copias ducere in duo vel etiam quatuor agmina partitas, quæ se aliud post aliud sequerentur;* ΕΙ καὶ τόπον πρὸς πορείαν εὑρεῖν οὐκ ἀδύνατον, καὶ τὸ παρατάξαι ταχέως ῥᾴδιόν γε, δυνάμενον διὰ τῶν προδρόμων ἐκ πολλοῦ γινώσκειν τὴν τῶν πολεμίων παρουσίαν. *quando & via ad ita faciendum iter aptæ poterant inveniri, & legitimam repente instruere aciem facile erat futurum; quum præsertim per præcursores sciri multo ante hostis adventus posset.* Sic Act. XI. 17.

Ibid. v. 13. *ἦσαν*] Multa Græci efferunt per imperfectum, quæ Latini potius per plusquamperfectum. Arrian. de exped. Alex. 1, 17, 1. Καταστήσας δὲ Κάλαν σατραπεύειν ἧς Ἀρσίτης ΗΡΧΕ, καὶ

καὶ τοὺς φόρους τοὺς αὐτοὺς ἀποφέρειν τάξας, ὥσπερ Δαρείῳ ΕΦΕΡΟΝ. *Post hac Cala ejus provinciae, cui Arsites praefuerat, satrapa constituto, iisdemque tributis, quae Dario pendere soliti erant, imperatis.* Et 2, 2, 2. & 1, 18, 6. πρόσθεν γράμματα παρ' Ἀλέξανδρον ΕΠΕΜΠΕΝ, ἐνδιδοὺς τὴν Μίλητον· τότε δὲ κλ. *litteras antea ad Alexandrum de Mileti deditione miserat: sed tum, quod Persarum exercitum non procul abesse sciret, recepto animo, urbem Persis conservare statuerat.* Et Ind. 18, 1. εἵποντο *secuti fuerant.* Ipsum quoque ἦν pro *fuerat* exstat 6, 27, 2. uti & Matth. XXIII. 30. εἰ ἦμεν *si fuissemus.*

Ibid. v. 19. εἰ δικαιόν ἐστιν] Similem Socratis sententiam narrat Epictetus lib. 1. cap. 9. pag. 44. *Qualem in his se praestitit Socrates? num alium, quam eum convenit, cui persuasum est, se esse Deorum cognatum?* Ἄν μοι λέγητέ, φησι, νῦν, ὅτι ἀφίεμέν σε ἐπὶ τούτοις, ὅπως μηκέτι διαλέξῃ τούτους τοὺς λόγους, οὓς μέχρι νῦν διαλέγου, μηδὲ παρενοχλήσῃς ἡμῶν τοῖς νέοις, μηδὲ τοῖς γέρουσιν· ἀποκρινοῦμαι, ὅτι γελοῖοί ἐστε, οἵτινες ἀξιοῦτε, εἰ μὲν με ὁ στρατηγὸς ὁ ὑμέτερος ἔταξεν εἴς τινα τάξιν, ὅτι ἔδει με τηρεῖν αὐτὴν καὶ φυλάττειν, καὶ μυριάκις πρότερον αἱρεῖσθαι ἀποθνήσκειν, ἢ ἐγκαταλιπεῖν αὐτήν· εἰ δ' ὁ Θεὸς ἔν τινι χώρᾳ καὶ ἀναστροφῇ κατατέταχε, ταύτην δ' ἐγκαταλιπεῖν δεῖ ἡμᾶς. *Si mihi, inquit, nunc dicatis: dimittimus te hac conditione, ne posthac disseras hosce sermones, quos adhuc disseruisti, neque obturbes nostros juvenes atque senes: respondebo, ridi-*

culi

culi estis, qui postuletis, si me imperator vester præficiat alicui muneri, me debere illud servare & tueri, ac millies prius mallè mori, quam illud relinquere: sin Deus mihi quendam locum & officium attribuerit, illud nos relinquere oportere.

Ibid. v. 32. ἴδιον) Polyb. pag. 822. lin. 7. a f. *Etiamsi vel Rex aliquis, vel dux exercitus, prædam omnem in commune afferri serio jusserit,* ὅμως τὰ δυνατὰ κρύπτεσθαι πάντες ΙΔΙΑ νομίζουσι, *omnes tamen quæ possunt occuli, ea sibi ducunt esse propria.*

Cap. V. 2. ἐνοσφίσατο] Polyb. pag. 822. lin. 7. Περὶ δὲ τοῦ μηδένα ΝΟΣΦΙΖΕΣΘΑΙ μηδὲν τῶν ἐκ τῆς διαρπαγῆς, *Quod autem nihil quicquam a præda sint aversuri, sed fidem servaturi, prout jurejurando sint obstricti; id vero cuncti jurant, quando primum in expeditionem profecturi, conveniunt in castra.* Eodem sensu exstat in V. T. Jos. VII. 1. Conf. Annot. Xenoph.

Ibid. v. 6. ἐξενέγκαντες ἔθαψαν.) Ἐκφέρειν verbum est funebre, ut Latinorum *efferre.* Donatus: *Efferri proprie cadavera mortuorum dicuntur.* Polyb. pag. 113. med. ἅμα κατέλευσαν τοὺς προσπορευθέντας· καὶ τούτους μὲν ὥσπερ ὑπὸ θηρίων διαφθαρμένους, ΕΞΕΦΕΡΟΝ οἱ προσήκοντες. *Cunctos qui accesserant, lapidibus simul obruerant. Et istos quidem, tanquam a bestiis interemptos propinqui extulerunt.* Et pag. 689. lin. 12. συντελουμένης τῆς ἐκφορᾶς, *cum funus effertur.*

Ibid.

Ibid. v. 17. αἵρεσις) Polyb. pag. 604. lin. 5. ἦν δὲ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἐκ τοῦ περιπάτου, καὶ τῆς ΑΙΡΕΣΕΩΣ. *Virum illustrem, inter Peripateticos educatum, & qui sectam illam sequebatur.* It. pag. 176. lin. 12. Nec non pag. 18. lin. 12. στοχαζόμενος ἐκ τοῦ βίου καὶ τῆς ΑΙΡΕΣΕΩΣ αὐτῶν. Ad quem locum Casaubonus ita commentatur pag. 154. Omne studium quod semel amplexi firmiter deinceps tenemus, Græci αἵρεσιν, Latini Sectam vocant. Heic Polybius αἵρεσιν appellat, ut ex sequentibus verbis apparet, amorem erga patriam, & inclinationem ad omnia illius facta approbanda.

Ibid. v. 21. συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον) Polybius de Imperatore Rom. dicit συγκαλέσας τὸ συνέδριον pag. 954. lin. 11. a f.

Ibid. v. 24. διηπόρουν περὶ αὐτῶν) Bene Syrus Interpres hoc loco emphasin τοῦ διηπόρουν duobus verbis expressit *hæsitabant de illis & cogitabant.* Notat enim interdum διαπορῶ *dubitans quæro & investigo.* Ut apud Polybium pag. 472. lin. 7. a f. διὸ καὶ ΠΕΡΙ μὲν ΤΟΥΤΩΝ σκέπτεσθαι καὶ ΔΙΑΠΟΡΕΙΝ ἄλλος ἁρμόσει καιρὸς, μᾶλλον τοῦ νῦν ἐνεστῶτος. *Itaque ista considerandi & investigandi causa erit aliud convenientior, quam hic nunc sit, locus.* Ita Stephanus in Thesauro citat: διαποροῦμεν περὶ αὐτῆς, *de ea quærimus, in quæstionem venit.* Sic etiam infra accipitur Act. X. 17. Alibi additur ζητεῖν pag. 4. lin. 30. ἵνα μηδεὶς ἐπιστὰς ἐπ' αὐτὴν

τὴν

τὴν τῶν πραγμάτων ἐξήγησιν, τότε ΔΙΑΠΟΡΗ καὶ ζητῇ, ποίοις διαβουλίοις κλ. *Ne quis forte, ubi ad rerum ipsarum narrationem venerit, hæreat & quærere incipiat, quibus tandem consiliis, quibus viribus opibusque instructi Romani ad ejusmodi incepta animum adjecerint.*

Ibid. v. 26. ἤγαγεν αὐτοὺς οὐ μετὰ βίας) Polyb. pag. 1074. lin. 23. ΑΓΕΙΝ αὐτὸν ἐκέλευον, ἐὰν μὲν ἑκὼν βούληται πειθαρχεῖν· εἰ δὲ μὴ, ΜΕΤΑ ΒΙΑΣ. *Ut eum adducant imperat; si sponte sua obtemperaret, volentem; sin minus, per vim.* Pag. 782. lin. 5. ὧν οἱ μὲν ἐκ τῶν ἱερῶν ΑΓΟΜΕΝΟΙ ΜΕΤΑ ΒΙΑΣ, οἱ δ' ἀπὸ τῶν βωμῶν ἀποσπώμενοι. *Horum alii ab ædibus sacris vi abducti, alii ab ipsis Deum aris abstracti.*

Ibid. v. 36. ἐγένοντο εἰς οὐδέν.] *redacti sunt ad nihilum*, i. e. vana eorum consilia, & conatus irriti facti sunt. Polyb. lib. 4. cap. 34. pag. 420. lin. 19. *Adeo sua stultitia & improbitas omnem illis consilii copiam adimebat.* καί μοι δοκεῖ τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι, διότι πολλάκις τὸ τολμᾶν πέραιτον εἰς ἄνοιαν, καὶ ΕΙΣ ΤΟ ΜΗΔΕΝ καταντᾶν εἴωθεν. *Ut recte mihi videatur dictum, persæpe nimiam audaciam in exitu amentiam esse ac vanitatem.*

Cap. VII. v. 34. ἰδὼν εἶδον] Simili ratione Polybius repetit idem verbum pag. 1443. lin. 23. εὐχόμενος ηὔξατο τοῖς θεοῖς, *precatus fuerat Deos.*

Ar-

Arrian. Hist. Indic. 4, 15. ὧν τοὺς μὲν αὐτὸς ΙΔΩΝ ΟΙΔΑ, *quorum nonnullos ipse vidi.*

Ibid. v. 38. λόγια) *oracula.* Polyb. pag. 365. lin. 8. Πάντα δ' ἦν τὰ παρ' αὐτοῖς ΛΟΓΙΑ· πᾶσι τότε διὰ στόματος. *Erant in ore omnibus omnia fatidicis ipsorum libris comprehensa oracula.* Pag. 742. lin. 7. κατά τι ΛΟΓΙΟΝ ἀρχαῖον· φασὶ γὰρ χρῆσαι τὸν θεὸν τοῖς Ταραντίνοις. *Secundum quoddam vetus oraculum. Fertur enim hac olim Tarentinis a Deo sors fuisse edita.* Arrian. de exped. Alex. 2, 3, 14. ὡς τοῦ ΛΟΓΙΟΥ τοῦ ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ δεσμοῦ ξυμβεβηκότος, *perinde ac si vaticinium de solutione nexus impletum esset.* Item 7, 16, 9. ΛΟΓΙΟΝ σφίσιν γεγονέναι ἐκ τοῦ Θεοῦ, *oraculo sese Dei monitos.*

Ibid. v. 43. τύπους] Deorum simulacra τύποι dicuntur. Polyb. pag. 499. lin. 8. *Statuas fregerunt*, πλὴν ὅσοι θεῶν ἐπιγραφὰς ἢ ΤΥΠΟΥΣ εἶχον, *quæ quidem inscriptæ diis non essent, aut formas deum non haberent. Nam ab ejusmodi sane manus abstinuerunt.*

Ibid. v. 51. τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε] Polyb. pag. 1440. lin. 11. ὁπότε τούτων ΑΝΤΙΠΙΠΤΟΙ τις προδήλως τοῖς ὑπὸ Ρωμαίων γραφομένοις. *Si qua lex mandatis populi Romani aperte repugnabit.* Pag. 1447. lin. 8. μετέρριψαν πρὸς Περσέα τὸ τῶν Μολοσσῶν ἔθνος Αντίνους, καὶ Θεόδοτος, καὶ Κέφαλος μετ' αὐτῶν τῶν ΑΝΤΙΠΕΣΟΝΤΩΝ ταῖς ἐπιβολαῖς αὐτῶν ὁλοσχερῶς. *Gentem Molossorum*

rum cum ipsis contrariæ factionis hominibus ad Persei Regis partes transtulerunt Antinous & Theodotus ac Cephalus. Quomodo autem semper contrarii fuerint Spiritui Sancto, eleganter exponit Chrysostomus pag. 162. D. ὅτε οὐκ ἐβούλετο θυσίας εἶναι, ὑμεῖς ἐθύετε· ὅτε οὐκ ἤθελε δοῦναι ὑμῖν προστάγματα, ἐπεσπάσασθε· ὅτε ἐλάβετε, ἠμελήσατε. Πάλιν ὅτε εἱστήκει ὁ ναὸς, εἴδωλα ἐθεραπεύετε· ὅτε βούλεται χωρὶς ναοῦ θεραπεύεσθαι, ΤΟ ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΠΟΙΕΙΤΕ. *Quando nolebat esse sacrificia, vos sacrificabatis: quando nolebat vobis dare præcepta, requirebatis: quando acceperatis, neglexistis. Rursus quando stabat templum, idola colebatis: quando vult absque templo coli, contrarium facitis.*

Cap. VIII. 1. διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας) Polyb. pag. 242. lin. 5. de exercitu fugam capessente: *Pars in urbem fugit*, οἱ δὲ πλείους ἀνοδίαις ΚΑΤΑ τὴν νῆσον ΔΙΕΣΠΑΡΗΣΑΝ, *plures aviis itineribus per insulam dissipati sunt.*

Ibid. v. 3. ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν) Camerarius *Atticis*, inquit, *usitatius est cum hoc verbo dativum conjungere.* Atqui Polybius Atticorum non postremus, semper conjungit Accusativum, ut pag. 1277. lin. 22. πρὸς τὸ μὴ κατακολουθῆσαι τὸν Ἄτταλον τοῖς βουλομένοις ΛΥΜΗΝΑΣΘΑΙ τὴν βασιλείαν αὐτῶν. *Ne Attalus eorum sequeretur consilia, qui ipsorum regnum perditum cupiebant.* Item p. 1301. lin. 9. ΛΥΜΗΝΑΣΘΑΙ τὴν βασίλειον δύναμιν, *opes regias imminuere.* Item pag. 1276. lin.

sequenti versu προσέχειν personis adjungitur, uti v. 6. rebus & verbis; significat autem *obtemperare, deditum esse sive adhærere alicui, sequi alicujus partes, ejus sectatorem esse, ei studere, favere, eum magni facere, ac propterea ei auscultare atque parere.* Qua notione sæpius reperitur apud Polybium. Ut pag. 15. lin. 8. ἐδενὸς δὲ ΠΡΟΣΕΧΟΝΤΟΣ αὐτῷ, *cum nemo ei obtemperaret.* Et pag. 228. lin. 21. *Asdrubalem ex Africa excesſisse, atque Hispaniam ex illo pro libidine sua administraſse,* ἐ ΠΡΟΣΕΧΟΝΤΑ τῷ συνεδρίῳ τῶν Καρχηδονίων, *nulla posthac Senatus Carthaginiensis habita ratione.* Pag. 231. lin. 4. a f. οἱ δὲ πρέσβεις ὁρῶντες τὸν Ἀντίοχον ΠΡΟΣΕΧΟΝΤΑ τοῖς Αἰτωλοῖς, καὶ πρόθυμον ὄντα πολεμεῖν Ῥωμαίοις. *Legati Romani Regem cum Ætolis sentire conspicati, ac bellum adversus populum Romanum meditari.* Pag. 480. lin. 4. ὁρῶν δὲ τῇ τοιαύτῃ προθέσει τὰς περὶ τὸν Ἄρατον ἐμποδὼν ἱσαμένες, καὶ τὸν Φίλιππον αὐτοῖς ΠΡΟΣΕΧΟΝΤΑ, καὶ μᾶλλον τῷ πρεσβυτέρῳ κλ. *Ac quoniam inceptum suum ab Arato utroque videbat impediri: magni enim Philippus eos faciebat, majorem natu præsertim Aratum: tum propter notitiam quæ illi cum Antigono intercesserat; tum quod auctoritate in Achæorum gente plurimum valebat; maxime vero propter singularem hominis dexteritatem & prudentiam.* Et paulo post pro eodem ponitur πείθεσθαι· ἐὰν μὲν Ἀράτῳ ΠΡΟΣΕΧΗ, *si Arato adhæreret* &c. ἐὰν δὲ αὐτῷ ΠΕΙΘΗΤΑΙ, *sin autem sibi morem gereret.* Pag. 536. lin. 16. a f. *Ad libertatem populus vocatur.* ἐδενὸς δὲ ΠΡΟΣΕΧΟΝΤΟΣ αὐτοῖς, ἐδὲ συνεξανισαμένε

μενε. *Quam nemo sequeretur, neque rebellii socium se adderet.* Pag. 1432. lin. 9. ἐξ ὧν ἐδιδάχθη τὰ πλήθη τούτοις ΠΡΟΣΕΧΕΙΝ, καὶ τούτοις πειποιεῖν τὰς ἀρχάς. *Quo factum est, ut plebs eis plurimum favere, & Magistratus cunctos mandare suis suffragiis cœperit.* Ita & Arrian. de exped. 2, 1, 1. & 2, 25. 8. *Eunuchus vero quidam, nomine Batis, qui Gazæ urbi præerat,* ὀ ΠΡΟΣΕΙΧΕΝ Ἀλεξάνδρῳ, *solus Alexandro restitit.* Et 3, 18, 18. ὅτι ὀυχ ὡσαύτως ΠΡΟΣΕΞΟΥΣΙΝ αὐτῷ οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἄνθρωποι, *quod Asiaticos minus benevolos esset habiturus*, si Regiam Persarum incendisset. Et apud Dion. in Claudio sub fin. pag. 266. lin. 21. *Homo illis quidem temporibus omnium potentissimus: possidebat enim quater millies sestertium, eoque amplius* καὶ ΠΡΟΣΕΙΧΟΝ αὐτῷ καὶ πόλεις καὶ βασιλεῖς, *applicabantque se ad eum civitates regesque.* Interdum additur τὸν νοῦν. Polyb. pag 785. lin. 15. οἷς πρότερον ἐξ ἀκεραίου βουλευόμενοι δικαίως ὀ προσέχεσθε τὸν νοῦν. *Quibus ante, cum integris rebus deliberabatis, jure noluistis adhærere.* Arrian. 6, 22, 5. *His imperat, ut Oritarum res componant,* ὅπως μᾶλλόν τι προσέχοιεν τῷ σατράπῃ τὸν νοῦν, *quo Satrapæ magis dicto audientes sint.*

Ibid. v. 22. ἐπίνοια] *cogitatio, consilium, inceptum, propositum*, & hoc quidem loco malum, alibi vero bonum; id quod ex tota oratione judicandum est; nam vocabulum quidem ipsum μέσον est. Polyb. lib. 1. οὐδὲ ΕΠΙΝΟΙΑΝ ποιησάμενοι τῆς θαλάττης, *cum antea ne cogitassent quidem*

de mari. Item pag. 4. lin. ult. & pag. 533. lin. 19. πρὸς δὲ τὴν ΕΠΙΝΟΙΑΝ ταύτην, ἐχρήσατο συνεργήματι τοιούτῳ τινί. *Atque hoc moliens, occasione usus est hujusmodi.* Pag. 553. lin. 24. ταύτης τ͂ ΕΠΙΝΟΙΑΣ ἀπέστη, *ab hoc incepto destitit.* Item pag. 730. lin. 16.

Ibid. v. 38. στῆναι τὸ ἅρμα) Arrian. Exped. Alex. 3, 30, 7. ἐπιστήσας τὸ ἅρμα, *sistens currum.* Polyb. pag. 1000. lin. 1. ἐπιστήσαντες τὸν ἵππον, *equum sistunt.*

Cap. IX. 15. σκεῦ⊚) Elegans metaphora, quam continuat verbo βαστάσαι· Vasis enim ad portandas res utimur. Eadem metaphora Polybius quoque *vas* dicit *hominem rebus agendis idoneum* in excerptis de virt. & vit. pag. 1402. lin. 19. ὅτι Δαμοκλῆς, ὁ μετὰ Πυθίων⊚ πεμφθεὶς κατάσκοπος πρὸς Ρωμαίους, ὑπηρετικὸν ἦν ΣΚΕΥΟΣ, εὐφυὲς καὶ πολλὰς ἔχον ἀφορμὰς εἰς πραγμάτων οἰκονομίαν. *Erat Damocles, qui tum una cum Pythione ad speculanda Romanorum consilia missus fuerat, industrius minister, & ad res tractandas apprime utilis.* Quem locum etiam Grotius annotavit. Sed accipitur quoque in malam partem, (uti & a Paulo Rom. IX. 21. discrimen quoddam vasorum ostenditur,) pag. 1404. lin 4. a f. ὅτι Σωσίβι⊚ ὁ ψευδεπίτροπ⊚ Πτολεμαίου ἐδόκει γεγονέναι ΣΚΕΥΟΣ ἀγχίνουν καὶ πολυχρόνιον, ἔτι δὲ κακοποιὸν ἐν βασιλείᾳ. *Hic Sosibius subditicius Ptolemai tutor, callidus ac recoctus & maleficus in aula minister videtur*

tur fuisse. Epictetus hominem, qui ad nullam rem sit utilis, quasi σκεῦος ἄχρηστον & σαπρὸν esse ait pag. 141. lin. 24. εἶτα ΣΚΕΥΑΡΙΟΝ μὲν εἰ ἦς οὕτω σαπρὸν, ὥστε σοι πρὸς μηδὲν δύνασθαι χρῆσθαι, ἔξω ἂν ἐπὶ τὰς κοπρίας ἐρρίπτου, καὶ οὐδ' ἐκεῖθεν ἄν τίς σε ἀνῃρεῖτο. *Quodsi vastulum tam sis inutile, ut ad rem nullam quis te uti possit, extra projiciare in fimeta, ac ne inde quidem tollere te quis cupiat.* Et pag. seq. lin. 1. οὐ θέλεις οὖν ῥιφῆναί που καὶ αὐτὸς ἐπὶ κοπρίαν ὡς ΣΚΕΥΟΣ ἄχρηστον, ὡς κόπριον; *Non ergo vis aliquo abjici in fimetum, tanquam vas inutile, tanquam stercus?* Eodem modo loquitur pag. 375. lin. 22.

Ibid. v. 36. πλήρης ἀγαθῶν ἔργων) Sic infra XIII. 10. πλήρης παντὸς δόλου, & apud Polybium pag. 236. lin. 14. a fine πλήρης πολεμικῆς ὁρμῆς, *plenus militaris ferociæ.* Pag. 237. lin. 5. Καθόλου δ' ἦν πλήρης ἀλογίας καὶ θυμοῦ βιαίου. *Hannibal vero in omnibus rebus ira præcipiti, non ratione ulla utebatur.*

Cap. X. 1. ἐκ σπείρης τῆς καλουμένης Ἰταλικῆς.] *ex legione quæ dicitur Italica.* Cujus legionis etiam Arrianus meminit in Tactic. in descriptione aciei contra Alanos p. 73. lin. 5. Προτετάχθων δὲ αὐτῶν, οἱ ΤΗΣ ΣΠΕΙΡΗΣ ΙΤΑΛΙΚΗΣ πεζοί. Πάντων δὲ ἡγείσθω Πούλχερ, ὅστις καὶ ΤΗΣ ΣΠΕΙΡΗΣ ΤΗΣ ΙΤΑΛΙΚΗΣ ἄρχει. *Adjunctos autem sibi habebant pedites ex cohorte Italica, quibus omnibus præerat Pulcher, qui & cohortis Italicæ dux erat.* Rectius autem puto exponi legionem, quia sæpe mentio

sit legionis Italicæ, maxime apud Tacitum, ut Hist. I, 59, 4. I, 64, 6. 2, 41, 2. 2, 100, 2. 3, 14, 3.

Ibid. v. 28. ἀλλοφύλῳ) Contrarium ejus est ὁμόφυλος apud Polyb. lib. 11, cap. 17, pag. 888. lin. 19. Καίπερ οὐχ οἷον ὁμοεθνέσιν, ἀλλ' οὐδ' ὁμοφύλοις χρησάμενος στρατοπέδοις. *Qui tamen imperaret exercitibus non unius gentis, ut ne linguæ quidem ejusdem essent neque in eadem terra geniti. Habuit namque Afros, Hispanos, Gallos, Pœnos, Italos, Græcos; quibus non lex, non mos, non lingua, nullum denique aliud natura jus commune, quod ipsos jungeret.* Quem locum citans Casaubonus Commentario in Polybium pag. 138. hæc annotat: In Polybio & aliis historicis τὸ ὁμόφυλον & τὸ ἀλλόφυλον sæpe opponuntur, ut apud Latinos alienigena & in eadem terra genitus; vel ejusdem linguæ homines & barbari. Livium alterutro semper modo vocem ὁμόφυλος vertere observavimus. Quod autem gentis communio non significetur appellatione ὁμοφύλου, ostendit locus Polybii e libro XI. ubi ὁμόφυλος & ὁμοεθνὴς tanquam res diversissimæ separantur. Atque hæc *Casaubonus*. Ipsum ἀλλόφυλος apud eundem exstat pag. 295. lin. 4. a f. δυνάμεσιν ἀλλοφύλοις, *cum exercitu diversarum gentium*. Item pag. 663. lin. 1. & pag. 793. lin. 10. πόλεμος πρὸς ἀλλοφύλους ἀνθρώπους *bellum adversus hostem alienigenam*. Et pag. 795. lin. 6. & pag. 1438. lin. 7.

Ibid. v. 29. τίνι λόγῳ) *quam ob caussam*. Polybius eodem sensu dicit πρὸς τίνα λόγον, pag. 1482.

1482. lin. 19. *θαυμάζειν γὰρ ἔφη, πρὸς τίνα λόγον ποιοῦνται τοιαύτην παραίτησιν. Mirari enim se dixit, quam ob caussam is ejusmodi veniam flagitaret.*

Ibid. v. 31. Καί φησι) Licet eadem hæc supra jam Cap. X. 4. sint exposita, bene tamen nunc, narrationis serie postulante, neque sine magna evidentia atque energia repetuntur iisdem fere verbis. Quod a Latinis forsan Historicis non facile factum reperiatur. Apud Polybium tamen, quibus verbis mandata Antiochus legatis suis dederat, pag. 1130. sub fin. iisdem fere deinde legati ea exposuisse narrantur pag. 1132. init. Cujus generis exempla plura sunt in V. T. nonnulla quoque in illo & doctrinæ & elegantiæ omnis profanæ parente, Homero.

Cap. XI. 17. ἐγὼ δὲ] *ego vero quis eram?* Ita Cicero ait: *Quod me rogas, ut in bonam partem id accipiam*, ego vero *in optimam.* Et lib. 7. famil. ep. 33. *Quas si, ut volumus, exceperimus*, ego vero *multam salutem & foro dicam & curiæ.* Idem ad Atticum: *Quod laudas, quia oblivisci me scripsi ante facta & dicta nostri amici*, ego vero *ita facio.* In quibus omnibus particula *vero* vim habet confirmandi cum singulari emphasi & elegantia. Ita & Terent. Eun. 3, 5, 43. *Ego homuncio hoc non facerem?* ego vero *illud feci, ac lubens.* Et Curt. 3, 8, 5. *At Darius, ut erat sanctus & mitis*, se vero *tantum facinus negat esse facturum.* Sic plane hoc loco *Petrus se vero negat eum esse, qui Deum potuerit prohibere.* Male ergo hunc locum

tractavit *Beza*; qui ex eo expunxit elegantissimam particulam, fretus, ut ipse ait, veteris interpretis Latini, & vetustissimi codicis sui auctoritate. Et quamvis eam ab aliis quoque omissam animadverterit *Millius*: tamen adduci non possum, ut temere eam irrepsisse existimem; cum facilius sit inter describendum aliquid omitti, quam addi. Frequentissime autem apud Græcos altera pars periodi per hanc particulam annectitur priori, etiamsi in priori membro ea jam exstet. Arrian. de exped. 7, 14. 2. *ἐπεὶ δὲ ἐξηγγέλλετο Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι κακῶς ἔχει Ἡφαιστίων, ὁ ΔΕ παρ' αὐτὸν ἐλθὼν σπουδῇ, οὐκέτι ζῶντα κατέλαβεν. Postquam vero nunciatum esset Alexandro, Hephæstionem male habere, tum ipse celeriter ad eum cum se contulisset, mortuum reperit.* Et 7, 17, 5. *Ἐπεὶ δὲ ἀποστάντος αὐτοῦ μαλθακῶς ἀνθήψατο τοῦ ἔργου, οἷς ταῦτα ἐπετέτραπτο, ὁ ΔΕ τῇ στρατιᾷ πάσῃ ἐπενόει το ἔργον ἐργάσασθαι. Quumque ipso absente segnius quam vellet operi instarent, ipse cum universo exercitu opus aggredi cogitabat.* Quæ duo exempla hoc magis huc pertinent, quia ab *ἐπεὶ* incipiunt, cum eodem sensu hunc versum ab *εἰ* ordiatur Lucas. Vide Not. ad Act. IV. 9. Interdum fere ornatus aut perspicuitatis tantum caussa adhiberi videtur. Id quod maxime apparet ex brevioribus periodis. Ut apud eundem in Indic. 30, 9. *τὰ δὲ ἐν τῇσι σιαγόσι, ταῦτα ΔΕ εἶναι τὰ θύρετρα, quæ in maxillis sunt ossa, ad januas accipiunt.* Ibidem 3, 8. & 25, 5. Conf. Devar. de particulis Gr. Lingv.

pag.

pag. 97. Aliud exemplum occurrit apud Arrianum in differt. Epict. pag. 269. lin. 20. οὐδὲ γὰρ λέοντι τὸ τυχὸν βοΐδιον τολμᾷ ἀντιστῆναι αὐτῷ· ἂν δ' ὁ ταῦρος προσελθὼν ἀνθίστηται, λέγε αὐτῷ, ἄν σοι δόξῃ, ΣΥ ΔΕ ΤΙΣ ΕΙ; *Neque enim leoni quilibet bos audet resistere. Si vero taurus accedens resistat, dic ipsi, si tibi videtur, tu vero quis es?* Apparet ex hoc loco, quanta cum emphasi in hac loquendi formula particula δὲ exprimat contemtum ejus, qui, cum impar sit viribus, tamen cum potentiore congredi audeat. Vid. Act. XIX. 15.

Ibid. v. 26. χρηματίσαι] *nominarentur.* Sic Rom. VII. 3. & Polyb. pag. 559. lin. 12. a f. ἐγκαλῶν καὶ διαμαρτυρόμενος, πρῶτον μὲν ἐπὶ τῷ τετολμηκέναι διάδημα περιθέσθαι, καὶ βασιλέα ΧΡΗΜΑΤΙΖΕΙΝ. *Fidem illius primo accusans, ac testans, quod diadema capiti ausus esset imponere, & Rex salutari.* Item pag. 560. lin. 7. & pag. 1277. lin. 8. a fine.

Ibid. v. 29. ηὐπορεῖτό τις) Polyb. lib. 5. cap. 43. extremo: ὁ δὲ Μόλων κύριος γενόμενος τῆς Ἀπολλωνιάτιδος χώρας, ΕΥΠΟΡΕΙΤΟ ταῖς χορηγίαις ὑπερβαλόντως. *Molo Apolloniatico potitus agro, commeatibus omnis generis supra modum abundabat.*

Cap. XII. 4. τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν) *quatuor quaternionibus militum.* Sedecim ergo militibus traditus fuit Petrus, ut quaterni eum per

per vices servarent. Cujusmodi τετράδιον generali vocabulo Polybius appellat φυλάκειον, pag. 665. lin. 17. a fine: διδόασι δὲ καὶ φυλάκεια δύο. τὸ δὲ φυλάκειόν ἐστιν ἐκ τεττάρων ἀνδρῶν. *Præstant & binas excubias. Harum singulas quaterni viri obeunt.* Item pag. 668. lin. 11. & pag. 669. lin. 11. a fine.

Ibid. v. 6. προάγειν) scil. εἰς τὸν δῆμον, ex v. 4. *producere* ad populum, ut eum damnarent, & morte mulctarent. Ita Arrian. de exped. 4, 14, 3. Ἤδη δέ τινες καὶ τάδε ἀνέγραψαν· τὸν Ἑρμόλαον ΠΡΟΑΧΘΕΝΤΑ ΕΣ ΤΟΥΣ Μακεδόνας ὁμολογεῖν τε ἐπιβουλεῦσαι. v. 5. Τοῦτον μὲν δὴ αὐτόν τε καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ ξυλληφθέντας καταλευσθῆναι πρὸς τῶν παρόντων. *Nonnulli etiam tradunt, Hermolaum ad Macedonas productum, insidias abs se structas confessum.* v. 5. *Tum Hermolaum & cæteros comprehensos, a circumstantibus lapidibus obrutos esse.* Polyb. lib. 1. cap. 7. sub fin. ὧν ἀναπεμφθέντων εἰς τὴν Ῥώμην, οἱ στρατηγοὶ ΠΡΟΑΓΑΓΟΝΤΕΣ εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ μαστιγώσαντες ἅπαντας κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ἐπελέκισαν. *Quibus Romam missis, Prætores productos universos in forum, flagrisque cæsos, pro more populi Romani, securi percusserunt.*

Ibid. ἐτήρουν τὴν φυλακήν.) Possunt hæc omnino eum sensum habere, quo vulgo accipiuntur, *servabant* sive *custodiebant carcerem.* Ita Polybius dicit pag. 772. lin. 4. a f. τηρεῖν τὴν πύλην *custodire portam*; φυλακὴ autem pro *carcere* non

in-

indiget exemplis. Attamen notat etiam τηρεῖν τὴν φυλακὴν *vigilias* sive *excubias agere*, Wache halten / apud eundem Polybium lib. 6. cap. 33. pag. 668. lin. 12. τῶν δ' εἰς τὰς ΦΥΛΑΚΑΣ ἀποταχθέντων ἀφ' ἑκάστου φυλακείου, τὸν ΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ μέλλοντα ΤΗΡΕΙΝ εἰς ἐξ ἑκάστης σημαίας οὐραγὸς ἄγει πρὸς τὸν χιλίαρχον ἑσπέρας. *E singulis autem quaternionibus eorum qui ad custodias sunt destinati, ille qui primus in statione est futurus, ad Tribunum vespere deducitur ab agminis coactore cujusque signi.* Pro quo dicitur φυλάττειν τὴν πρώτην pag. 669. lin. 13. κἂν μὲν εὕρῃ τοὺς φυλάττοντας τὴν πρώτην ἐγρηγορότας. *Si primæ vigiliæ custodes offenderit vigilantes.* Reperitur etiam ποιεῖσθαι τὴν φυλακὴν p. 665. lin. 14. a fine: ὧν οἱ μὲν πρὸ τῆς σκηνῆς, οἱ δὲ κατόπιν παρὰ τοὺς ἵππους ΠΟΙΟΥΝΤΑΙ ΤΗΝ ΦΥΛΑΚΗΝ. *Quorum pars ante tabernacula, pars a tergo juxta equos ponitur in custodia.* Apud Arrianum de exped. 4, 16, 7. τὴν φυλακὴν ἔχοντες dicuntur *milites præsidiarii.* Conf. Luc. II. 8. Nihil autem impedit, quo minus etiam hic ἐτήρουν τὴν φυλακὴν verti possit: *agebant vigilias.* Tempus sane convenit. Noctu enim hæc facta sunt. Neque obstat, quod φυλακὴ v. 4. & 5. significat carcerem: nam apud Arrianum loco citato in eadem periodo hæ duæ notiones occurrunt: καὶ τῷ τε φρουράρχῳ οὐδὲν πολέμιον προσδεχομένῳ ἐπιπεσόντες, καὶ τοῖς ξὺν τούτῳ τὴν φυλακὴν ἔχουσιν, τοὺς μὲν στρατιώτας διέφθειραν, τὸν φρούραρχον δὲ ἑλόντες εἰς φυλακὴν εἶχον. *Et præfectum præsidii nihil hostile expectantem adorti, militibus qui*

in

in præsidio erant interfectis, præfectum in custodia tenuit.

Ibid. v. 10. τὴν πύλην τὴν φέρουσαν) Polyb. pag. 815. lin. 17. a f. ἐπέστησε κατὰ ΤΗΝ ΠΥΛΗΝ ΤΗΝ ΦΕΡΟΥΣΑΝ ἐπὶ τὸν ἰσθμόν. *Collocat ad eam portam, quæ ad dictum jugum ducebat.* Pag. 937. lin. 8. Κύριος γενόμενος τῶν κλειδῶν ΤΗΣ ΠΥΛΗΣ ΤΗΣ ἐπὶ τὸ μεσόγαιον ΦΕΡΟΥΣΗΣ. *Claves ejus portæ, qua itur in mediterranea, in potestate tunc habebat.* It. pag. 563. lin. 27. Ita & Arrian. de exp. Alex. 1, 7, 13. κατὰ ΤΑΣ ΠΥΛΑΣ ΤΑΣ ΦΕΡΟΥΣΑΣ ἐπ' Ἐλευθέρας τε καὶ τὴν Ἀττικὴν, *ad portas quæ Eleutheras atque Atticam petunt.* Item 1, 20, 7.

Ibid. v. 11. γενόμενος ἐν ἑαυτῷ) Hoc loquendi genus jam ex Xenophonte de exped. Cyri lib. 1. pag. 203. lin. 43. citavimus. Exstat idem quoque in Polybio lib. 1. cap. 49. pag. 71. lin. 12. a f. *Simul illuxit, primis navibus quæ Drepano jam propinquabant, apparere incipientibus: iis conspectis stupere primo Adherbal ad inopinatæ rei spectaculum:* ταχὺ δ' ΕΝ ΑΥΤΩ ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ, *sed quum ad se illico rediisset, nec jam dubitaret hostem imminere: quidvis sibi statuit experiundum.*

Ibid. v. 12. ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν) Polyb. pag. 524. lin. penult. *Falso crimine delatus ad Ephoros Lycurgus fuerat, quasi res novas moliretur: qui propterea noctu congregati,* ΗΛΘΟΝ ΕΠΙ ΤΗΝ ΟΙΚΙΑΝ, *ad domum illius adierant.* Item pag. 919. lin. antep. ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν.

Ibid.

Ibid. v. 19. ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι) *jussit duci*, scil. τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ad supplicium, uti Arrianus loquitur de exped. Alex. 7, 8, 7. Τούτους μὲν δὴ ΑΠΑΓΕΙΝ ΚΕΛΕΥΕΙ τὴν ἐπὶ θανάτῳ. *Quos quidem statim ad supplicium duci jubet.* Sic & Plinius lib. 10. ep. 96. *Confitentes, iterum ac tertio interrogavi, supplicium minatus: perseverantes duci jussi.* Ad quem locum Buchnerus in Notis hoc verbum ex Seneca quoque & Suetonio illustrat. Notat etiam in vincula ducere apud Polyb pag. 522. lin. 11. ΑΠΑΓΑΓΕΙΝ ΕΚΕΛΕΥΣΕ τὸν Λεόντιον, *Leontium ad luendam pecuniam pro qua spoponderat, in vincula duci jubet.*

Ibid. v. 20. θυμομαχῶν] Hanc quoque vocem, inquit *Grotius*, de Polybio sumpsit Lucas: utitur & Diodorus Siculus, & alii; significatque, *pugnaturire.* Hæc Grotius apud Polum. Sed cum verbum hoc fere de consilio belli inferendi exponi soleat, sciendum est, & a Polybio & ab aliis Scriptoribus id usurpari de iis, qui licet viribus destituantur, *animo* tamen *bellare* non desistunt, ut de Hannibale Corn. Nepos cap. 1. loquitur, vel, ut Budæus in Comment. pag. 1179. lin. 17. exponit, qui *animose & ad internecionem usque dimicant*; sive qui etiam exigua proposita vincendi spe, tamen pugnant, & ultima experiuntur. Id quod patet ex omnibus exemplis, cujusmodi ex Polybio citat Suidas, οἱ δὲ τὰ μὲν ἀπαλγοῦντες ταῖς ἐλπίσι, τὰ δὲ ΘΥΜΟΜΑΧΟΥΝΤΕΣ, ἐπί τινα παράστασιν κατήντησαν. Quod ex li-

libris nunc deperditis citatum puto; certe in meis collectaneis annotatum non reperio; aliud autem reperio ex pag. 1236. lin. 8. ἐὰν γε μὴ δέξωνται ΘΥΜΟΜΑΧΟΥΝΤΕΣ ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, ἐκείνοις μὲν δικαίως νεμεσήσειν τὸ δαιμόνιον. *Quod si animis magis quam viribus post cladem acceptam pertenderent, & oblatas conditiones respuerent: eorum quidem superbiam jure merito numen fore ulturum* Quem locum si quis totum legat apud Polybium, rectissime verbum hoc intelliget. Perseus namque rex Macedonum licet prælio devicisset Romanos, tamen legatos ad Consulem Romanum mittebat, qui pacem peterent; a quo autem asperrimum responsum tulerunt. *Est enim hoc perpetui moris Romanorum*, ut ait idem Polybius l. c. *quem a majoribus acceperunt; acceptis detrimentis maxime pervicaces, & hostibus infestos se ostendere: victoria vero parta, maxime moderatos.* Unde apparet, θυμομαχεῖν significare *animo obstinato ad bellum esse*, etiam post acceptam cladem; vel etiamsi quis nihil magnæ rei bello gerat; ut apud Plutarch. in Dem. ἐδὲν ἄξιον λόγε πράττων ὁ Δημήτριος, ὅμως ΕΘΥΜΟΜΑΧΕΙ πρὸς αὐτές. *Licet nihil memoratu dignum præstaret Demetrius, tamen non desistebat bellare cum illis.* Herodes ergo bellum gerebat cum Tyriis & Sidoniis; qui licet facile urbes suas ab ipso tutarentur, tamen cum is animo pervicaci bellare cum ipsis perseveraret (id enim est θυμομαχεῖν) ad eum venerunt pacem petentes, non bello subacti, quo forsan superiores erant, sed quia illius regione carere non poterant ob frumenti

menti subvectionem. Chrysostomus dicit hoc eos ideo fecisse, quod fames esset. Quare non est θυμομαχεῖν animo bellum meditari, uti crediderunt interpretes plurimi, & in iis quoque *Erasmus Roterodamus*, qui ad h. l. ita scribit: *Laurentius vertendum putat, irate sive acerbe pugnans. Quanquam hic homini non assentior. nam dictio Græca composita est ex θυμὸς animus, & μάχεσθαι pugnare. Quod nondum indixisset bellum, sed jam animo bellum agitaret, ni placassent iratum.* Sed Laurentius etsi non plane vere hoc loco, verius tamen quam Erasmus, uti exemplis demonstratum est. Etymologia sine exemplis partim, contra exempla nihil valet. Confirmat hanc, quam dixi, explicationem *pacis* mentio. Quorsum enim opus erat pacem petere, si bellum non indictum fuisset? Quod cum videret *Heinsius*, pacis nomine veniam voluit intelligi, quo sensu Latini dicant *deorum pacem exposcere.* Sed non indigemus isto interpretamento, cum propria & vere Græca significatio retineri non modo possit, verum etiam debeat, propterea quod Herodes esset θυμομαχῶν i. e. pertinaciter urgens bellum; neque ullum ejus finem facere vellet. Interdum vero verbum hoc de ipso pugnandi ardore dicitur, & de animi obstinatione vel ad vincendum, vel ad moriendum, ut Laur. Valla interpretatus est. Ita Diod. in Hist. Alexandri, καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς ΘΥΜΟΜΑΧΟΥΝΤΕΣ, τὸ ζῆν πρότερον ἢ τὴν ἀρετὴν ἐξέλιπον. *Cum iratis animis ad extremum usque spiritum de-*

depugnarent, vita eos prius quam virtus defecit. Ejusdem significationis verbum est ψυχομαχῶ, quo aliquoties Polybius utitur. Ut pag. 83. med. Roma & Carthago *erant similes gallis gallinaceis* τοῖς ψυχομαχοῦσι, *qui majoribus animis decertant quam viribus. Nam & hi persæpe propter virium imbecillitatem alis mulctati,* αὐτῇ τῇ ψυχῇ μένοντες, ἐμβάλλουσι τὰς πληγὰς, *solis animis resistentes, plagas inferunt.* Et ead. pag. lin. 8. a f. & pag. 688. lin. 13. a f. *Adde quod Romani patriam ac liberos propugnantes, ira modum nesciunt imponere,* ἀλλὰ μένουσι ψυχομαχοῦντες ἕως ἂν περιγένωνται τῶν ἐχθρῶν, *sed pervicacibus animis in proposito pugnandi manent, donec hostem devicerint.* Pag. 849. lin. 10. a f. *Asdrubal, sicut ab initio statuerat apud se, inclinatam suorum aciem & retro aversam ut videt,* τὸ μὲν ψυχομαχεῖν μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐλπίδος ἀπεδοκίμαζε, *ad extremum usque vitæ spiritum obstinate decertare, & spem ultimam experiri nequaquam tum voluit.* Ψυχομαχία exstat pag. 84. lin. 20. Contrarium est εἴκειν ταῖς ψυχαῖς pag. 151. lin. 12.

Ibid. τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος) Quidam, uti notat Millius, legerunt, ἐπὶ τὸν κοιτῶνα. Sed sine dubio rectius cum gignendi casu. Ita enim Arrianus Epict. lib. 3. cap. 22. pag. 340. lin. 1. ΟΙ ΕΠΙ ΤΟΥ ΚΟΙΤΩΝΟΣ, *cubicularii.* Et lib. 4. cap. 7. init. pag. 476. *Quid facit tyrannum terribilem? Stipatores, inquit, & gladii eorum,* καὶ ΟΙ ΕΠΙ ΤΟΥ ΚΟΙΤΩΝΟΣ, καὶ οἱ ἀποκλείοντες τοὺς εἰσιόντας, *&*

qui

qui præfecti sunt cubiculo, & qui ingressuros arcent. Et cum aliis nominibus sæpissime, ut pag. 46. lin. 5. ἐπὶ τοῦ σίτου ὄντα ἐν Ῥώμῃ, *annonæ præfectum Romæ.* Pag. 81. lin. 16. ὅταν Καῖσαρ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ λασάνου ποιήσῃ, *quem Cæsar præfecerit currui, quo stercora evehuntur.* De exped. Alex. 6, 13, 2. ἐπὶ τῆς στρατιᾶς ἦν, *exercitui præerat.* 3, 19, 14. ἐπὶ τῶν χρημάτων κατέλιπε *super thesauros positum reliquit.* 3, 5, 6. ναύαρχος ἐπὶ τῶν νεῶν *præfectus classis.* Polyb. pag. 49. lin. 2. τοῖς ἐπὶ τῶν θηρίων, *iis qui elephantos regebant.* pag. 449. lin. 3. τοὺς ἐπὶ τοῦ πυλῶνος, *custodes portæ.* pag. 485. lin. 19. Λεόντιος ἐπὶ τῶν πελταστῶν, Μεγαλέας δ' ἐπὶ τοῦ γραμματείου, Ταυρίων δ' ἐπὶ τῶν κατὰ Πελοπόννησον, Ἀλέξανδρος δ' ἐπὶ τῆς θεραπείας.

Cap. XIII. 1. Ἡρώδου τοῦ τετράρχου σύντροφος,) Solebant apud veteres, qui ditiores erant, liberis suis non solum magistros & pædagogos dare, sed etiam collusores, qui una cum ipsis educabantur. Testis est imprimis Plutarchus pædag. cap. 6. οὐ τοίνυν οὐδὲ τοῦτο παραλιπεῖν ἄξιόν ἐστιν, ὅτι καὶ τὰ παιδία τὰ μέλλοντα τοῖς τροφίμοις ὑπηρετεῖν, καὶ τούτοις ΣΥΝΤΡΟΦΑ γίνεσθαι, ζητητέον πρώτιστα μὲν σπουδαῖα τοὺς τρόπους, ἔτι μέντοι ἑλληνικὰ καὶ περίτρανα λαλεῖν, ἵνα μὴ συναναχρωννύμενοι βαρβάροις, καὶ τὸ ἦθος μοχθηροῖς ἀποφέρωνταί τι τῆς ἐκείνων φαυλότητος. *Cæterum ne id quidem prætermittendum est, debere pueros, qui alumnis inserviunt, unaque alantur, quæri primum qui bonis sint moribus, deinde Græco utantur, eoque*

plano sermone: ne cum barbaris & pravos habentibus mores si consuescant, inde aliquid vitii ducant. Maxime autem regum filii hujusmodi habebant collusores, quorum aliquoties apud Polybium fit mentio. Ut pag. 499. lin. 13. *Samus* δὲ ἦν ὑὸς μὲν Χρυσογόνου, ΣΥΝΤΡΟΦΟΣ δὲ τοῦ βασιλέως, *qui erat Chrysogoni filius, & una cum Rege fuerat educatus.* Et pag. 591. lin. 20. a f. *Antiochus bestias LX, quibus erat præpositus Philippus* ὁ σύντροφος αὐτοῦ *ejus collactaneus, ante cornu dextrum collocavit.* Item pag. 1310. lin. 17. Apollonius dicitur σύντροφος una educatus cum Demetrio Seleuci F. Et pag. 1434. lin. 23. ὅτι Ἀριστόνικος ὁ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως Αἰγύπτου εὐνοῦχος μὲν ἦν, ἐκ παιδὸς δ' ἐγεγόνει ΣΥΝΤΡΟΦΟΣ τῷ βασιλεῖ. *Aristonicus Ptolomæi Regis Ægypti Eunuchus quidem erat, a puero una cum Rege in aulo educatus.* Pag. 1469. lin. 17. *Sosandrum* τὸν τοῦ βασιλέως ΣΥΝΤΡΟΦΟΝ. & pag. 1001. lin. penult.

Ibid. v. 10. ῥαδιουργίας) ῥαδιουργία Atticis significat levitatem & ocium. Alii tamen, ut hic modo autor, nomen usurparunt in significatione singularis audaciæ & improbitatis atque sceleris. Et Polybius libro quarto dixit: τὸ τῶν ῥαδιουργῶν καὶ κλεπτῶν φῦλον. *Catervam improborum seu sceleratorum atque furum.* Ita *Camerarius* ex Polybio nostro.

Ibid. v. 13. οἱ περὶ τὸν Παῦλον] *Paulus & qui cum eo erant.* Hoc loquendi genus modo unam per-

personam, modo simul comitatum ejus notat. Cujus significationis exemplum manifestissimum est apud Polybium pag. 113. lin. 22. τοὺς δὲ περὶ τὸν Γέσκωνα λαβόντες, ὄντας εἰς ἑπτακοσίους, ἦγον ἐκ τοῦ χάρακος οἱ περὶ τὸν Σπένδιον. *Gesconem & reliquos captivos, numero ad septingentos, extra vallum ducit Spendius.*

Ibid. v. 19. κατεκληροδότησεν] Simili verbo in hac re utitur Polybius lib. 3. cap. 40. pag. 269. lin. 1. κατέσυρον τὴν ΚΑΤΑΚΕΚΛΗΡΟΥΧΗΜΕΝΗΝ χώραν. *Agros recens divisos populari aggrediuntur.* Loquitur de agris colonorum recens deductorum.

Ibid. v. 22. μεταστήσας αὐτὸν) ἢ ἀπὸ τῆς βασιλείας, ἢ ἀπὸ τοῦ ζῆν, *cum amovisset eum* vel a regno, vel e vita. Ad priorem sententiam facit locus Lucæ XVI. 4. & Dan. II. 21. καθιστᾷ βασιλεῖς, καὶ ΜΕΘΙΣΤΑ, *constituit reges, & amovet*: & Polybii, in quo verbum hoc usurpatur de iis, quibus a gubernanda rep. remotis, alii in eorum locum surrogantur, lib. 4. cap. 23. pag. 408. lin. 17. a f. *Philippo auctores erant, ut severitatis exemplum in Lacedæmonios statueret; neque aliter eos tractaret, quam ut olim Thebanos Alexander, statim post susceptum regnum. Alii e senioribus dicere, gravius id supplicium fore, quam pro commerita noxa*: ἐπιτιμῆσαι δὲ δεῖν τοῖς αἰτίοις, καὶ ΜΕΤΑΣΤΗΣΑΜΕΝΟΝ ΤΟΥΤΟΥΣ, ἐγχειρίσαι τὸ πολίτευμα καὶ τὰς ἀρχὰς τοῖς αὐτοῦ φίλοις, *in auctores tamen*

 ſe-

seditionis animadvertendum, iisque de statione depulsis, Rempublicam & omnes magistratus Regis amicis esse tradendos. Et pag. 485. lin. 17. a f. ΜΕΤΑΣΤΗΣΑΜΕΝΟΝ ἀπὸ τῆς χρείας, *cum eum summovisset a cura rerum.* Ita respiceretur hoc verbo ad locum 1. Sam. XV. 23. & XVI. 1. Ad posteriorem interpretationem pertinet locus pag. 1465. lin. 13. ubi dicitur ἐκ τοῦ ζῆν μεθίςασθαι, quem locum placet integrum adscribere, quia item agit de amotione magistratuum. Ὅτι τὰ κατὰ τὴν Αἰτωλίαν καλῶς διετέθη κατεσβεσμένης ἐν αὐτοῖς τῆς ἐμφυλίου στάσεως μετὰ τὸν Λυκίσκου θάνατον, καὶ Μνασίππου τοῦ Κορωνέως μεταλλάξαντος τὸν βίον βελτίων ἦν ἡ διάθεσις κατὰ τὴν Βοιωτίαν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν Χρεμάτα γεγονότος ἐκποδών. σχεδὸν γὰρ ὡσανεὶ καθαρμόν τινα συνέβη γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος, τῶν ἀλιτηρίων αὐτῆς ΕΚ ΤΟΥ ΖΗΝ ΜΕΘΙΣΤΑΜΕΝΩΝ. Καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἠπειρώτην Χάροπα συνεκύρησε κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν τοῦτον ἐν Βρεντεσίῳ μεταλλάξαι τὸν βίον. *Ætolicæ res recte sunt compositæ extincto apud eos civili bello post obitum Lycisci. Similiter mortuo Mnasippo Coroneo Bœotia in meliore statu erat. Itemque Acarnania sublato e vivis Chremata. Prorsus enim quædam quasi lustratio atque expiatio contigit tum universæ Græciæ, pestibus reip. e medio remotis. Namque & Charopus ille Epirota hoc ipso anno Brundusii decessit.* Nomen quoque μετάστασις significat *mortem* pag. 1472. lin. 5. a f. Τῇ μὲν οὖν ἐκείνου ΜΕΤΑΣΤΑΣΕΙ ταῦτ᾽ ἄν τις εὐλόγως ἐπιφθέγξαιτο καὶ δικαίως. *Huic igitur mortuo eam laudem jure merito quis accinat.* Forsitan

fitan autem non erraverit, qui utrumque hoc verbo indicari statuat, & rejectionem illam divinam & mortem Saulis. Nam statim postquam Deus eum regno indignum declarasset, Davidem eligi jubebat 1. Sam. XVI. 1. ut jam inde ab eo tempore divina destinatione magis Davides rex fuerit, quam Saul, licet Sauli Deus administrationem regni usque ad mortem concesserit. Dici ergo Deus potest reprobatione illa quidem amovisse Saulem a justa regni κτήσει, morte vero etiam ab universa ejusdem χρήσει. Nomen certe μετάστασις utramque declarat amotionem, tam a rerum administratione, quam e vita, apud Polyb. pag. 559. lin. 18. μάλιστα κατὰ τὴν ἔφοδον ἐπισημαινομένων τὴν Ἑρμείου ΜΕΤΑΣΤΑΣΙΝ. *Inprimis, quod summotus esset ab administratione rerum Hermias, laudibus praeterentem ferebant in cælum*, uti vertit Casaubonus. Sed ita summotus fuerat, ut simul plane e vita esset sublatus, ibid. lin. 7.

Ibid. v. 27. τὰς φωνὰς) De scriptis etiam φωνὴ dicitur apud Polyb. lib. 5. cap. 33. init. Καί τοι οὐκ ἀγνοῶ, διότι καὶ πλείους ἕτεροι τῶν συγγραφέων, τὴν αὐτὴν ἐμοὶ προΐενται ΦΩΝΗΝ, φάσκοντες τὰ καθόλου γράφειν. *Quanquam haud clam me est, plerosque rerum gestarum scriptores idem mecum dicere; universalem nimirum scribere se historiam.*

Ibid. v. 43. ἔπειθεν αὐτοὺς) Recte Vulgata

 &

& Erasmus, *suadebant eis*; quod non video cur Beza sibi non placere dicat. Habet enim hic omnino *suadendi* potius, quam persuadendi significatio locum. Nec dubia est ea verbi notio. Citat Stephanus in Thes. Gr. ex Xenoph. Hellen. 6. καὶ ἦσαν μὲν τινες οἱ τὸν Ἀγησίλαον ΕΠΕΙΘΟΝ χωρὶς τούτοις ἐπιθέσθαι. *Et erant quidem nonnulli, qui Agesilao suadebant sine his eos aggredi.* Et ex Isocrate, ΠΕΙΘΟΥΣΙΝ ἡμᾶς πράττειν. Possis etiam interpretari: *rogabant eos.* Ita enim Alexander apud Arrianum 1, 14, 16. Darii litteris respondet: *Quum ad me veneris, matrem & uxorem ac liberos, & si quid praeterea voles, αἴτει καὶ λάμβανε. ὅ, τι γὰρ ἂν ΠΕΙΘΗΣ ἐμὲ, ἔσαι σοι, posce atque accipe. quidquid enim à me petieris, impetrabis.* Ubi si πείθῃς ἐμὲ vertas *persuaseris mihi*, oratio foret non pollicentis beneficium, sed illudentis. Sic & 4, 21, 12. πείθει *suadere cœpit Chorieni.*

Cap. XIV. 3. τῷ μαρτυροῦντι τῷ λόγῳ) Arrian. Epict. lib. 1. cap. 29. pag. 123. lin. 14. ὁ ἔργῳ ΜΑΡΤΥΡΗΣΩΝ ΤΟΙΣ ΛΟΓΟΙΣ, *qui opere sive vitæ actionibus sermones atque doctrinam istam veluti testimonio confirmet.*

Ibid. v. 13. ταύρους καὶ στέμματα) i. e. ταύρους ἐστεμμένους, *tauros vittatos.* ἓν διὰ δυοῖν, cujus generis exemplum in Polybio quoque datur, qui cum pag. 20. lin. 16. dicat ἀναγκαῖον τὰς ὑποθέσεις εἶναι τὰς πρώτας ψευδεῖς, *necessum falsa esse quæ prius posuit*, paulo post easdem illas τὰς ὑποθέσεις

θέσεις τὰς πρώτας duabus vocibus repetit lin. 27. λοιπὸν ἀνάγκη συγχωρεῖν, τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις εἶναι ψευδεῖς, *restat necessario concedendum, quas principio posuit assertiones esse falsas.*

Ibid. v. 22. παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει) Polyb. pag. 62. lin. 25. ΠΑΡΕΚΑΛΕΙ μετὰ δεήσεως, μεγάλας δωρεὰς καὶ χάριτας ὑπισχνούμενος, ἐὰν ΕΜΜΕΝΩΣΙ Τῌ πρὸς αὐτὸν ΠΙΣΤΕΙ. *Hortatur, oratque, magna etiam præmia pollicens, ut in data fide maneant.*

Ibid. παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει, καὶ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν) Recte hoc loco interpretes subaudiunt *docentes*, ut Camerarius, vel *dicentes*, ut Beza; cui tamen in eo non assentior, quod copulam καὶ opinatur rectius expungi, legique ὅτι δεῖ, uti legerit Arabs. Offensus eo est, quod παρακαλοῦντες non possit cum ὅτι construi. Atqui Chrysostomus legit illud καὶ, nihilque eum hic offendit, sed addit tantum: τοῦτο ἔλεγον, τοῦτο ἐδείκνυον, *hoc dicebant, hoc demonstrabant.* Et ne cui minus Græca, minusve elegans hæc syntaxis esse videatur, en tibi simillimum exemplum apud Polybium, qui huic ipsi participio παρακαλοῦντες, in altero orationis membro τὸ ὅτι subjungit, quod cum cohærere cum isto participio non possit, æque ac hoc loco, exterius assumendum est *dicentes*, vel simile quid. Exstat illud exemplum lib. 5. cap. 27. pag. 522. lin. 16. Συνέντες

& Erasmus, *suadebant eis*; quod non video cur Beza sibi non placere dicat. Habet enim hic omnino *suadendi* potius, quam persuadendi significatio locum. Nec dubia est ea verbi notio. Citat Stephanus in Thes. Gr. ex Xenoph. Hellen. 6. καὶ ἦσαν μὲν τινες οἳ τὸν Ἀγησίλαον ΕΠΕΙΘΟΝ χωρὶς τούτοις ἐπιθέσθαι. *Et erant quidem nonnulli, qui Agesilao suadebant sine his eos aggredi.* Et ex Isocrate, ΠΕΙΘΟΥΣΙΝ ἡμᾶς πράττειν. Posses etiam interpretari: *rogabant eos.* Ita enim Alexander apud Arrianum 1, 14, 16. Darii literis respondet: *Quum ad me veneris, matrem & uxorem ac liberos, & si quid praeterea voles, αἴτει καὶ λάμβανε. ὅ, τι γὰρ ἂν ΠΕΙΘΗΣ ἐμὲ, ἔσται σοι, posce atque accipe. quidquid enim a me petieris, impetrabis.* Ubi si πείθῃς ἐμὲ vertas *persuaseris mihi*, oratio foret non pollicentis beneficium, sed illudentis. Sic & 4, 21, 12. πείθει *suadere cœpit Chorieni.*

Cap. XIV. 3. τῷ μαρτυροῦντι τῷ λόγῳ) Arrian. Epict. lib. 1. cap. 29. pag. 123. lin. 14. ὁ ἔργῳ ΜΑΡΤΥΡΗΣΩΝ ΤΟΙΣ ΛΟΓΟΙΣ, *qui opere sive vitæ actionibus sermones atque doctrinam istam veluti testimonio confirmet.*

Ibid. v. 13. ταύρους καὶ στέμματα) i. e. ταύρους ἐστεμμένους, *tauros vittatos.* ἐν διὰ δυοῖν, cujus generis exemplum in Polybio quoque datur, qui cum pag. 20. lin. 16. dicat ἀναγκαῖον τὰς ὑποθέσεις εἶναι τὰς πρώτας ψευδεῖς, *necessum falsas esse quæ prius posuit*, paulo post easdem illas τὰς ὑπο-

θέσεις ταῖς πρώταις duabus vocibus [illegible]
[illegible] ἀνάγκη συγχωρεῖν, ταῖς [illegible]
ὑποθέσεις εἶναι ψευδεῖς, *ne[illegible] necessario [illegible]*
[illegible]dum, quas principio posuit assertiones esse falsas.

Ibid. v. 22. [illegible]
[illegible]) Polyb. pag. 62. lin. 25. [illegible]
[illegible], μεγάλας δωρεὰς καὶ [illegible]
[illegible] ἘΜΜΕΝΩΣΙ ΤΗ͂ι περὶ [illegible]
[illegible], oratque, magna etiam [illegible]
[illegible] fide maneant.

Ibid. [illegible]
καὶ ὅτι διὰ πολλῶν [illegible]
Recte hoc loco interpretes [illegible]
[illegible] Camerarius, vel *dicentes*, [illegible]
in eo non assentior, quod [illegible]
rectius expungi, legique [illegible]
rabs. Offensus eo est, quod [illegible]
non possit cum ὅτι confirmari. [illegible]
mus legit illud καὶ, nihilque cum hoc [illegible]
sed addit tantum: [illegible] *hoc demonstrabant.* Et ne [illegible]
dicebant, minusve elegans hæc [illegible]
Græca, en tibi simillimum exemplum [illegible]
deatur, qui huic ipsi participio [illegible]
lybium, orationis membro [illegible]
in altero cohærere cum [illegible]
quod cum hoc loco, [illegible]
possit, æque ac hoc loco, [illegible]
est *dicentes*, vel simile [illegible]
plum lib. 5. cap. [illegible]

δ' οἱ πελτασαὶ τὸ γεγονὸς, διαπεμψαμένε τινὰ πρὸς αὐτὺς ἒ Λεοντίε, πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν πρὸς τὸν βασιλέα, ΠΑΡΑΚΑΛΟΥΝΤΕΣ εἰ μὲν πρὸς ἄλλο τι πεποίηται τὴν ἐπαγωγὴν ἒ Λεοντίε, μὴ χωρὶς αὐτῶν ποιήσασθαι τὴν ὑπὲρ τῶν ἐγκαλεμένων κρίσιν· εἰ δὲ μὴ, ΟΤΙ νομιῦσι μεγαλείως παρολιγωρεῖσθαι, καὶ καταγινώσκεσθαι πάντως· εἰ δὲ πρὸς τὴν ἐγγύην τὴν ἒ Μεγαλέε, ΔΙΟΤΙ τὰ χρήματα κατὰ κοινὸν εἰσενέγκαντες, ἐκτίσεσιν αὐτοί. *Ejus rei certiores facti, cetrati per quendam a Leontio missum, Regem per legatos orant, si propter aliam caussam aliquam Leontium duci jussisset, ne ipsis absentibus de accusatione illius vellet cognoscere: alioquin pro ingenti contumelia factum Philippi se ducturos, atque omnino haud probaturos. Sin autem ex caussa sponsionis pro Megalea ductus foret; paratos se collatitia pecunia id nomen expungere.* Similiter Corn. Nep. Agesl. 6, 2. *laudavit consilium eorum, & se id quoque, fieri debere, animadvertisse*, scil. dixit. Haud multo aliter idem Polybius pag. 407. lin. 14. & 18.

Cap. XV. 11. διὰ τ̃ χάριτος Κυρίε Ἰησε̃ χριςε̃) *per gratiam Domini Jesu Christi*, qua is tantum valet apud Patrem suum, ut Deus omnibus velit dare salutem, qui ejus consequendæ spem omnem in meritis gratiosissimi hujus Filii habent positam. Polybius pag. 1146. lin. 10. ὧν ἕνεκα δίκαιον ἔφασαν εἶναι τυχεῖν αὐτὺς τ̃ ἐλευθερίας ὑπὸ Ῥωμαίων, ΔΙΑ ΤΗΣ ΡΟΔΙΩΝ ΧΑΡΙΤΟΣ. *Æquum igitur esse ut Solenses gratia Rhodiorum nixi,*

li-

libertatem a populo Rom. impetrarent. Ita loquuntur legati Rhodiorum, qui quantum debuerint gratia apud Romanos pollere, ex ipsorum oratione intelligitur, qua amicitiæ suæ erga Romanos fidem atque constantiam commemorant pag. 1144. sub fin. *Nos igitur, P. C. qui maxima certamina & pericula vobiscum animo sincero adiimus, ne nunc quidem amicorum partes deseruimus &c.* Conf. pag. 1143. lin. 5. Ideo vero caussam Solensium agebant Rhodii, quod uterque populus Argis oriundus esset, quodque ab ea germanitate fraterna inter ipsos vigeret charitas pag. 1146. init. Postulant ergo Rhodii, ut in ipsorum gratiam Romani amicis quoque ipsorum gratificentur. Simili ratione Deus nobis quoque salutem largitur in gratiam Domini Jesu Christi, cum quo fraterna nobis intercedit necessitudo. Ita etiam pag. 1245. *Regis Attali legati apud Achæos verba faciebant de restituendis Regi honoribus*, καὶ παρακαλοῦντων ποιῆσαι τοῦτο ΔΙΑ ΤΗΣ ΑΤΤΑΛΟΥ ΧΑΡΙΤΟΣ, *rogabantque ut in Attali gratiam hoc facerent.* Conf. Not. ad Rom. V. 15. Gerhardus, ad h. l. Per gratiam Christi, inquit, intelligitur gratia Dei parta per passionem & mortem Christi.

Ibid. v. 19. παρενοχλεῖν τοῖς) Polyb. pag. 10. lin. 28. ἀλλὰ καὶ περὶ τ συνορέσης, οὐχ ὡς ἔτυχε, ΠΑΡΗΝΩΧΛΟΥΝ τοῖς Καρχηδονίοις. *Verum etiam de finitima ditione negotium Carthaginiensibus non leve facesserunt.* Arrian. Epict. lib. 1. cap. 9. pag.

pag. 44. lin. 2. ubi judices ad Socratem ita dicunt: *Hac conditione te dimittemus, si ab hujusmodi sermonibus te abstineas, quibus hactenus fuisti usus*, μηδὲ ΠΑΡΕΝΟΧΛΗΣΗΣ ἡμῶν τοῖς νέοις, μηδὲ τοῖς γέρουσιν, *neque obturbes nostris adolescentibus, neque senibus*. Quod exemplum prorsus huc pertinet.

Ibid. v. 27. διὰ λόγου) Polyb. pag. 411. lin. 21. ἔτι καὶ νῦν συνελθόντες ΔΙΑ ΛΟΓΟΥ ποιῶνται τὴν διεξαγωγὴν, *vel nunc in publico illa conventu exponerent, & controversiam colloquio dirimerent*. Pag. 292. lin. 14. a f. ΔΙΑ ΛΟΓΟΥ τι γνῶναι καὶ μαθεῖν, *sermone aliquid ex aliis cognoscere & discere*. Et pag. 348. lin. 22. ΔΙΑ ΛΟΓΩΝ τοὺς ἐνοικοῦντας εἰς φιλίαν προὐκαλεῖτο, *verbis incolas ad suam amicitiam pelliciebat*. Arrian. de exp. Alex. 1, 25, 5. ΛΟΓΟΥΣ τέ τινας καὶ γράμματα παρὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου τούτου ἐκόμισε, *& mandata quadam & litteras ab hoc Alexandro attulerat*. Idem & voce γλώσσης utitur 1, 25, 13. καὶ γράμματα μὲν οὐ κομίζει παρ' Ἀλεξάνδρου, τὰ δὲ ἀπὸ γλώσσης οἱ ἐντεταλμένα ἐξήγγειλε. *Ac nihil quidem ab Alexandro literarum adfert, sed verbis mandata exponit*.

Ibid. v. 33. ποιήσαντες δὲ χρόνον) Ποιεῖν χρόνον pro *terere*, sive *consumere tempus*, & alicubi commorari, est phrasis pure Græca, utpote qua ipse Polybius utitur lib. 8. cap. 8. pag. 721. lin. 21. βουλόμενοι δὲ μὴ ΠΟΙΕΙΝ ἄπρακτον ΤΟΝ ΧΡΟΝΟΝ ἐν ᾧ προσεδρεύουσι ταῖς Συρακούσαις. *Et ne sine aliquo*

quo fructu tempus omne, quo Syracusas obsidebant, tererent. Licet enim libros illos a sexto usque ad decimum septimum non integros, sed excerpta tantum habeamus: qui tamen ea confecit M. Brutus, seu quis alius, non suis, sed Polybii verbis usum credo; aut si maxime suis interdum usus sit, tamen M. Brutus certe inter recentiores scriptores referri non potest. Neque quia hic ἀπρακτοι additur, propterea Lucæ phrasin a Polybiana differre puto. Quare equidem vehementer miror, *Isaacum Casaubonum*, qui tantum operæ curæque in Polybio posuit, quantum vix quisquam in ullo scriptore, quique non modo eum accurate in Latinum sermonem transtulit, sed etiam commentarium in eum scribere est aggressus, quem quidem si perfecisset, [atque utinam perfecisset!] ex paucis illis, quæ absolvit, foliis apparet opus futurum fuisse immensi laboris, doctrinæque infinitæ: illum, inquam, Casaubonum in notis ad h. l. Actorum ita scribere: *Ποιεῖν, pro διατρίβειν, & alicubi commorari, ut insolens est & inauditum Græcis disertioribus loquendi genus, ita apud recentiores scriptores, quorum oratio λατινίζει sæpe magis quam ἑλληνίζει, passim occurrit.* Affert deinde loca N. T. Act. XVIII, 23. XX. 3. 2. Cor. XI, 25. Jac. IV, 13. additque: *Apud Eusebium autem & alios ejus seculi scriptores passim, ut dixi, occurrit hoc loquendi genus.* Allegat quoque Suidam & antiquam inscriptionem Latinam, tandemque notam istam sic concludit: *Porro sic sæpe loquuntur Romani Jurisconsulti: ut non dubium sit, Gra-*

Græcos hac in phrasi Latinos esse imitatos. Sed ex ipso quoque Demosthene in Lexicis affertur idem loquendi genus χρόνον ποιεῖν pro *morari, tardare*, qui sane immunis est ab omni Latinismi suspicione; si cui forte vel Polybius, diu cum Romanis versatus, vel M. Brutus, ipse Romanus, aliquid hujusmodi ob latini sermonis consuetudinem admisisse videantur. Discamus ergo, (quod etsi aliquoties jam dictum est, dicendum tamen est sæpius,) hoc quoque exemplo moniti cavere, ne temere vel negemus phrasin aliquam esse græcam, vel negantibus credamus. Ne ipsis quidem Græcis Grammaticis, licet de sua lingua judicium ferentibus, hac in parte semper fides habenda est. Ita phrasin κρούειν τὴν θύραν quidam ex ipsis Græcis negarunt græcam esse, cum tamen in Xenophonte, purissimo scriptore, exstet, uti ex eo annotatum est ad Matth. VII. 7.

Ibid. v. 36. ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς - - πῶς ἔχουσι) Polyb. pag. 1330. lin. 20. *legatos miserunt*, τοὺς ΕΠΙΣΚΕΨΟΜΕΝΟΥΣ ΠΩΣ ΕΧΕΙ τὰ κατὰ τοὺς προειρημένους βασιλεῖς, *ad invisendum quo loco Regum illorum res essent.* Item pag. 1301. lin. 11. & pag. 1303. lin. 14. Quod vero *Grotius* ait Hebraicam locutionem esse, pro: ἐπισκεψώμεθα πῶς ἔχουσιν οἱ ἀδελφοὶ, refellitur exemplo Demosth. ad epist. Phil. ὥστε πολλοὺς τῶν Μακεδόνων ἐκ τούτων ἄν τις ἴδοι, πῶς διάκεινται πρὸς τὸ Φίλιππον, pro: πῶς πολλοὶ διάκεινται. Ἀντί-

πτωσις

πτωσις est Græcis usitatissima, de qua vide *Er. Schmid.* ad Act. XVI. 1. Sic Arrian. de exped. Alex. 3, 1, 3. τὴν ἐν Ἰσσῷ μάχην ὅπως συνέβη πεπυσμένος, pro: ὅπως ἡ μάχη συνέβη. Et Matth. VI. 28.

Cap. XVI 1. πατρὸς δὲ Ἕλληνος.] Fuit ergo Timotheus μιξέλλην Ita enim vocabantur, qui altero tantum parente Græci erant; quemadmodum apud Romanos Hybridæ appellabantur, qui diversæ nationis parentes habebant. Polyb. pag. 95. lin. 12. οὐκ ὀλίγοι δὲ μιξέλληνες, *non pauci inerant ibridæ Græci.*

Ibid. v. 3. ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν.) Pro, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Rectius *Piscator* trajectionem Græcam esse statuit, quam *Grotius* constructionem hebraizantem. Ita enim Scriptor purissimus, & sine dubio hebrææ linguæ prorsus ignarus Arrianus, & quidem sæpius. Ut 1, 26, 8. ἠγγέλθη αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν, ΤΟΥΣ ΑΣΠΕΝΔΙΟΥΣ, ΟΤΙ οὐδὲν τῶν συγκειμένων πρᾶξαι ἐθέλουσι. *Nunciatum ei est in itinere, Aspendios nihil eorum quæ pacta essent præstare velle.* Et 2, 5, 8, & 7, 13, 9. & 7, 15, 7. Et Indic. 13, 8. ἀγγέλλουσι ΤΟΥΣ ΕΛΕΦΑΝΤΑΣ ΟΤΙ ἐν τῷ ἕρκει ἔχονται. *Elephantos septo inclusos esse nunciant.* Interdum tamen ὅτι ante se habet nominativum. Ut 3, 10, 2. Παρμενίωνα δὲ λέγουσιν ὅτι ἀφικόμενος παρῄνει. *Sunt qui dicant, Parmenionem venisse & suasisse.* Quæ omnia collegit Gro-

Gronovius ad Arrian. 3, 1, 3. Conf. Not. ad Joh. VIII. 54.

Ibid. v. 9. Διαβὰς) *trajice.* Polyb. pag. 569. lin. ἐκ τῆς Ἑλλάδος ΔΙΑΒΕΒΗΚΟΤΕΣ, *qui e Græcia illuc trajecerant.*

Ibid. v. 12. πρώτη τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας πόλις] Polyb. lib. 2. cap. 16. pag. 145. lin. 5. μέχρι πόλεως Πίσης, ἣ ΠΡΩΤΗ κεῖται ΤΗΣ ΤΥΡΡΗΝΙΑΣ ὡς πρὸς τὰς δυσμάς. *Pisam usque, primam Etruriæ urbem, occidentem versus.* Et lib. 5. cap. 80. pag. 589. lin. 15. ἣ κεῖται μετὰ Ῥινοκόρουρα, ΠΡΩΤΗ τῶν κατὰ Κοίλην Συρίαν πόλεων ὡς πρὸς τὴν Αἴγυπτον. *Hæc urbs Cœlen Syriam ex Ægypto petenti, post Rhinocoruram occurrit prima omnium e Syriacis.* Cæterum de hoc loco videatur *Casaubonus* in Notis ad N. T.

Ibid. v. 14. προσέχειν τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου) Προσέχειν h. l. est *fidem habere, assentiri, obtemperare*, uti & supra VIII. 6. Ita Polyb. pag. 1471. lin. 4. ὁ δὲ οὐ ΠΡΟΣΕΙΧΕ ΤΟΙΣ ΛΕΓΟΜΕΝΟΙΣ. *Ille vero cuncta quæ dicerentur parvi faciebat.* Pag. 1479. lin. 26. *Philo etiam tum advenit benignas Achæis conditiones ferens;* οἱ δὲ συνεδρεύσαντες ΤΟΙΣ μὲν ΥΠΟ ΤΟΥ ΦΙΛΩΝΟΣ ΛΕΓΟΜΕΝΟΙΣ οὐ ΠΡΟΣΕΙΧΟΝ. *Sed Senatores nihil Philonis sermonibus commovebantur.* Et Pag. 53. lin. 12. a f. ΟΥΔΕΝΙ ΠΡΟΣΕΧΟΝΤΕΣ ΤΩΝ ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ, ἔλαθον ἔξω πελάγιοι. *Spretis hisce monitis, in altum* im-

imprudenter sunt provecti. Et pag. 63. lin. 3. οὐχ ὅσιον ΠΡΟΣΕΙΧΟΝ αὐτοῖς· ἀλλ' ἁπλῶς οὐδ' ἀκούειν ἤξιουν. *Ne auribus quidem admittere eorum sermones voluerunt: nedum ut ipsis consentirent.* Et pag. 354. lin. penult. καὶ λοιπὸν ἤδη Φαβίῳ ΠΡΟΣΕΙΧΟΝ τὸν νοῦν, καὶ τοῖς ὑπὸ τούτου παραγγελλομένοις. *Fabioque deinceps dicto obtemperantes, imperiis illius paruere.* Eodem sensu etiam Chrysostomus loquitur in Johannem cap. 3. pag. 185. D. *Et testimonium ejus nemo accipit. Atqui & discipulos habebat,* καὶ πολλοὶ ΠΡΟΣΕΙΧΟΝ ΤΟΙΣ ΛΕΓΟΜΕΝΟΙΣ, *& multi assentiebantur dictis ejus. Quomodo ergo dicit: nemo accipit?*

Ibid. v. 22. περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια] Polyb. pag. 1001. lin. 12. *Qui audierant, alii differre hominem conviciis; alii protrudere. Conanti se defendere,* ταχέως οἱ μὲν τὴν χλαμύδα ΠΕΡΙΕΡΡΗΞΑΝ, *ab aliis laceratur chlamys.* Arrian. de exp. Alex. 7, 24, 5. ΠΕΡΙΡΡΗΞΑΜΕΝΟΥΣ δὲ τύπτεσθαι τά τε στήθη καὶ τὰ πρόσωπα, ὡς ἐπὶ μεγάλῳ κακῷ. *Laceratis vestibus pectora faciemque contudisse, magnum aliquod malum ominatos.* Plura hujusmodi loca collegit *Grotius.*

Cap. XVII. 5. ἀγαγεῖν εἰς τὸν δῆμον] *producere ad populum,* ut in concione eos accusarent. Arrian. de exped. 3, 26, 2. ΕΙΣΑΧΘΗΝΑΙ ΕΣ Μακεδόνας Φιλώταν, καὶ κατηγορῆσαι μὲν αὐτοῦ ἰσχυρῶς Ἀλέξανδρον. *Philotam ad Macedonas adductum* (sive in concionem eorum productum,)

graviterque in concione ab Alexandro accusatum fuisse. Conf. Act. XIX. 30. & Arrian. 4, 14, 3.

Ibid. v. 9. λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος] Puto veram esse *Budæi, Grotii,* aliorumque expositionem: *Jasonem hunc & amicos ejus satis dedisse judicio sisti Paulum, si opus esset; quod non evenit.* Τῷ λαβεῖν τὸ ἱκανὸν, ex adverso respondet τὸ ποιεῖν τὸ ἱκανὸν apud Polybium pag. 1325. lin. 1. ἐὰν τὸ ἱκανὸν ποιῇ τῇ συγκλήτῳ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐξουσίαν. *Si idonea ratione caverit, se in ipsius potestate futurum, sicut esset olim.* Atque cum hanc phrasin non repererim, placet similem annotare, necubi nostra merito desideretur industria, nempe τὸ δίκαιον λαβεῖν παρά τινος, est, *judicio cum aliquo contendere, eumque ob illatas injurias in jus vocare,* pag. 1325. lin. 4. a f. ἐβούλοντο τὸ δίκαιον ἐκεῖ λαβεῖν παρὰ τῶν Ἀθηναίων, *volebant ibi ex æquo agere cum Atheniensibus.*

Ibid. v. 11. μετὰ πάσης προθυμίας] Polyb. pag. 447. lin. 18. φιλανθρώπως δὲ αὐτοὺς καὶ ΜΕΤΑ ΠΑΣΗΣ ΠΡΟΘΥΜΙΑΣ ὑποδεξαμένων. *Ab his humaniter & singulari alacritate suscepti.* Item pag. 701. lin. ult.

Ibid. v. 14. πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν) *ut iret ad mare.* Alterutrum sufficeret, vel ὡς, vel ἐπί. Qui pleonasmus licet jam ex Xenophonte sit ostensus, tamen ut pluribus exemplis sit testatior, quædam addere liceat.

Po-

Polyb. pag. 30. lin. 7. *simulac instructa classis foret*, πλεῖν ΩΣ ΕΠΙ τὸν πορθμὸν, *ad fretum navigarent*. Pag. 59. lin. 7. a f. ἔπλεον οἱ στρατηγοὶ διακοσίαις ναυσὶν ΩΣ ΕΠΙ τῆς Σικελίας, *classe navium CC in Siciliam COSS. proficiscuntur*. Pag. 77. lin. 17. a f. ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν ΩΣ ΕΠΙ τὸ Λιλύβαιον, *navigationem versus Lilybaum instituit*. Pag. 744. lin. 19. προῆγον ΩΣ ΕΠΙ τὴν ἀγορὰν, *recta fori regionem petunt*. Merito ergo notat Clariss. *Lamb. Bos* Belgas interpretes, quod verterint *proficisci tanquam ad mare*. Sed ut falsum hoc esse, recte vidit: ita nihilominus verum harum particularum usum vereor ut ipse sit satis assecutus. Ait enim notare ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν, *usque ad mare*; eamque in rem allegat etiam quædam Polybii loca, ut lib. 4. pag. 388. Καὶ προῆγον ΩΣ ΕΠΙ τὴν Ἠλείων. Quod ipse vertit: *Et processerunt usque ad Eleorum terram*. Sed rectius omnino Casaubonus: *versus Eleorum fines castra movent*. Sicque in cæteris locis omnibus. Verum quia interdum haud multum interest, sive *versus*, sive *usque ad* exponas: afferam quædam loca, in quibus ὡς ἐπὶ nullo modo *usque ad* interpretari licet. Arrianus de exped. Alex. I, 2, I. ἀπέχει δὲ οὗτος ἀπὸ τοῦ Ἴστρου, ΩΣ ΕΠΙ τὸν Αἶμον ἰόντι, σταθμοὺς τρεῖς. *Distat id flumen ab Istro, si quis Æmum petat*, (sive Æmum versus proficiscenti,) *itinere tridui*. Et I, II, 6. παρήμειψε τὸ Πάγγαιον ὄρος τὴν ΩΣ ΕΠ' Ἄβδηρα. *Pangæum montem præteriit via, qua Abderam tendit*. Et 6, 15, II. *Prius in Musicani fines irrupit*, πρὶν πυθέσθαι Μουσικανὸν ὅτι ὥρμηται ΩΣ

ἐπὶ αὐτὸν Ἀλέξανδρος, *quam is quicquam de Alexandri expeditione audiisset.* Et 2, 19, 5. Ἔπειτα ἄνεμον τηρήσαντες ΩΣ ΕΠΙ τὸ χῶμα ἐπιφέροντα. *Deinde observato vento qui aggerem versus spiraret.* Et 3, 13, 2. ἦγε δὲ ΩΣ ΕΠΙ τὸ δεξιὸν τὸ αὐτοῦ Ἀλέξανδρος μᾶλλον. *Alexander magis versus dextrum suum cornu aciem ducit.* Et pro ἐπὶ θάλασσαν 3, 19, 10. paulo post dicit ὡς ἐπὶ θάλασσαν n. 12. *Thessalos equites remisit* ἐπὶ θάλασσαν. *Epocillum vero jussit eos deducere* ὡς ἐπὶ θάλασσαν. Et 4, 19, 5. Neque tamen hoc vult Lucas istis particulis, quasi Paulus tantum versus mare ierit, sed quod omnino etiam ad mare pervenerit. Sic Arrian. 3, 1, 6. *Ex Memphi deinde* κατέπλει κατὰ τὸν ποταμὸν ΩΣ ΕΠΙ θάλασσαν, *secundo flumine ad mare devectus est.* & 6, 1, 1. & 3, 7, 8. ᾔει σπουδῇ ΩΣ ΕΠΙ τὸν Τίγρητα· ὡς δὲ ἀφίκετο. *Confestim ad Tigrim contendit. Quo postquam venit.* 3, 18, 15. *Contendit* ΩΣ ΕΠΙ τὸν ποταμὸν, *ad flumen, & reperit jam pontem in eo factum.* Item 3, 28, 1. 3, 29, 4. 4, 7, 3. & aliis locis innumeris. Vix enim apud ullum Scriptorem sæpius, quam apud Arrianum hæc reperiri puto. Quanquam nec Polybio infrequens hic pleonasmus; unde *Jac. Gronovius* in notis ad eum Scriptorem pag. 400. ὡς ἐπὶ, inquit, in hoc auctore utramque paginam replet, quorum si utrumque Latine velis reddere, sententiam turbes. Ut pag. 1052. lin. 8. a f. pag. 1053. lin. penult. pag. 1061. lin. 15. & lin. penult. & pag. 1161. lin. 6. & 17.

Ibid.

Ibid. v. 15. οἱ δὲ καθιςῶντες τὸν Παῦλον,] *Qui deducebant Paulum*, die ihn wegbrachten. Καθιςάω est *aliquo perduco & perveho.* Arrian. Hist. Ind. 27, 1. *Hinc scribit Nearchus ducem navigationis, Hydracem nomine, Gadrusium, una cum ipsis navigasse: pollicitumque esse,* ΚΑΤΑΣΤΗΣΕΙΝ αὐτοὺς μέχρι Καρμανίης, *se illos in Carmaniam delaturum.* Item 36, 4. *Alexander ita Nearchum alloquitur: Ego te, Nearche, nulla posthac pericula adire volo. Sed alius posthac erit classi praefectus,* ἔςε ΚΑΤΑΣΤΗΣΑΙ αὐτὸ ἐς Σῦσα, *donec eam perducat in Susa. Nearchus respondens, si qua in re, inquit, mihi gratificari volueris, hoc ne feceris: quin potius me universo exercitui praefectum esse patiare,* ἔςτε σοι σώας ΚΑΤΑΣΤΗΣΩ ἐς Σῦσα τὰς νέας, *donec tibi naves salvas in Susa perduxerim.* Polyb. pag. 1157. lin. 8. a f. Καὶ τὰ χρήματα ΚΑΘΙΣΤΑΤΩΣΑΝ ἐν Ῥώμῃ. *Eaque pecunia ut Romam tuto curetur, ipsi providento.* Et pag. 1158. lin. 4. καὶ τὰ ὅμηρα ΚΑΘΙΣΤΑΤΩΣΑΝ εἰς Ῥώμην. *Obsides Romam transportandos ipsi curanto.*

Ibid. v. 21. ἐπιδημοῦντες ξένοι] Polyb. pag. 1402. lin. 7. a f. ΞΕΝΟΙ τῶν ἀπὸ τ̃ Βοιωτίας εἰς τὴν Λακεδαίμονα ΠΑΡΕΠΙΔΗΜΗΣΑΝΤΕΣ, *peregrini ex Boeotio Lacedamonem profecti.* Παρεπιδημεῖν est alicubi aliquo tempore versari.

Ibid. v. 26. ὁρίσας προτετ. καιροὺς) Polyb. pag. 992. lin. 21. νῦν δὲ καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὸν ΚΑΙΡΟΝ ΩΡΙΚΕΝ. *Nunc vero & diem & horam designavit.*

vit, qua sit diadema assumturus. It. pag. 767. lin. 16. a f. pag. 770. lin. 7. Hic vero καιροὺς τοῦ βίου intelligi, facile assentior *Pricæo*; quod autem idem ex Arriano 1, 12. in Epictetum hæc citat, Ἐκεῖνος [Ζεὺς] τὴν γένεσίν σου ὥρισε καὶ διέταξεν, non satis consideravit verba Arriani, quæ ita se habent pag. 59. lin. 20. ἀγανακτήσεις δὲ καὶ δυσχερανεῖς τοῖς ὑπὸ τοῦ Διὸς διατεταγμένοις, ἃ ἐκεῖνος μετὰ τῶν μοιρῶν παρουσῶν καὶ ἐπικλωθουσῶν σου τὴν γένεσιν, ὥρισε καὶ διέταξεν; *Indignaberis & moleste feres ea quæ a Jove sunt constituta, quæ ipse cum Parcis præsentibus ac volventibus nativitatem tuam*, (i.e. vitæ tuæ certum spatium definientibus) *determinavit & constituit?* Verba ὥρισε καὶ διέταξε pendent ab articulo ἃ, γένεσιν autem refertur ad ἐπικλωθουσῶν, non vero ad ὥρισε καὶ διέταξεν, uti opinatus est *Pricæus*.

Ibid. ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν.) Arrian. Epict. lib. 1. cap. 9. pag. 42. sub fin. ἄνθρωποι, ἐκδέξασθε τὸν θεὸν, ὅταν ἐκεῖνος σημήνῃ καὶ ἀπολύσῃ ὑμᾶς ταύτης τῆς ὑπηρεσίας, τότ' ἀπολύεσθε πρὸς αὐτόν· ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος ἀνάσχεσθε ΕΝΟΙΚΟΥΝΤΕΣ ταύτην τὴν χώραν, εἰς ἣν ἐκεῖνος ὑμᾶς ἔταξεν· ὀλίγος ἄρα χρόνος οὗτος ὁ τῆς ΟΙΚΗΣΕΩΣ, καὶ ῥᾴδιος τοῖς οὕτω διακειμένοις. *Homines, exspectate Deum; cum ille significarit & dimiserit vos ab hoc ministerio, tunc discedite ad ipsum. In præsentia vero patientes estote, incolentes hunc locum, in quem ille vos constituit. Breve sane tempus est hujus habitationis, & facile iis qui sic animo sunt affecti.*

Ibid.

Ibid. v. 28. *κινούμεθα*] Ulyssis & Socratis ad Deum hæc vox refertur ab Epicteto: ὅτι οὐδέ σε λήθω ΚΙΝΟΥΜΕΝΟΣ, *Haud te latebo, etiam quando me commoveo*, lib. 1. cap. 12. pag. 55. lin. 4. a f.

Ibid. Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.) De hac cognatione hominum cum Deo multa præclare disserit Epictetus, ex quibus nonnulla afferemus. Lib. 1. cap. 9. init. Εἰ ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ τὰ περὶ τῆς ΣΥΓΓΕΝΕΙΑΣ τοῦ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου λεγόμενα ὑπὸ τῶν φιλοσόφων, τί ἄλλο ἀπολείπεται τοῖς ἀνθρώποις, ἢ τὸ τοῦ Σωκράτους, μηδέποτε πρὸς τὸν πυθόμενον ποδαπός ἐστι, εἰπεῖν ὅτι Ἀθηναῖος ἢ Κορίνθιος, ἀλλ᾽ ὅτι κόσμιος; *Si vera hæc sunt, quæ de cognatione Dei & hominum disputantur a philosophis: quid aliud relinquitur hominibus, quam id quod Socrates dixit, ut nimirum interroganti, unde sint oriundi, nequaquam se Corinthios aut Athenienses, sed mundanos esse respondeant?* Et paulo post: Διατί μὴ εἴπῃ τις αὑτὸν κόσμιον; διατί μὴ υἱὸν τοῦ θεοῦ; διατί δὲ φοβηθήσεταί τι τῶν γινομένων ἐν ἀνθρώποις; ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸν Καίσαρα ἡ συγγένεια, ἢ ἄλλον τινὰ τῶν μέγα δυναμένων ἐν Ῥώμῃ, ἱκανὴ παρέχειν ἐν ἀσφαλείᾳ διάγοντας, καὶ ἀκαταφρονήτως, καὶ δεδοικότας μηδ᾽ ὁτιοῦν. τὸ δὲ τὸν θεὸν ποιητὴν ἔχειν καὶ πατέρα, καὶ κηδεμόνα, οὐκέτι ἡμᾶς ἐξαιρήσεται λυπῶν καὶ φόβων; *Quidni dicat quis se mundanum? Quidni filium Dei? Cur vero timeat quidquam rerum humanarum? An cognatio cum Cæsare, aut cum alio quopiam potentiorum Romæ, potest efficere ut se-*

secure vivant; neque contemnantur, neque quidquam timeant: quod vero Deum habeamus conditorem, & patrem, & curatorem, id non liberabit nos a tristitia & metu? Paulo inferius eodem capite: πῶς Σωκράτης εἶχε πρὸς ταῦτα; πῶς δὲ ἄλλως, ἢ ὡς ἔδει τὸν πεπεισμένον, ὅτι ἐςὶ τῶν θεῶν ΣΥΓΓΕΝΗΣ; *Quomodo Socrates se in his gerebat? Num aliter, quam ut oportebat eum, cui persuasum esset, se esse Deorum cognatum?* Et cap. 14. pag. 62. lin. penult. αἱ ψυχαὶ μὲν ὕτως εἰσὶν ἐνδεδεμέναι καὶ συναφεῖς τῷ θεῷ, ἅτε αὐτοῦ μόρια ὖσαι, καὶ ἀποσπάσματα. ὐ παντὸς δ' αὐτῶν ΚΙΝΗΜΑΤΟΣ, ἅτε οἰκείυ καὶ συμφυῦς, ὁ θεὸς αἰσθάνεται; *Animæ quidem ita sunt colligatæ & copulatæ Deo, ut quæ sint partes ejus, ex ipso decerptæ. Non ergo omnem illarum motum, tanquam affinem & cognatum Deus sentiat?* Et lib. 2. cap. 8. pag. 157. σὺ ἀπόσπασμα εἶ τοῦ θεοῦ· ἔχεις τὶ ἐν σεαυτῷ μέρος ἐκείνυ. τί ὖν ἀγνοεῖς σὺ τὴν ΕΥΓΕΝΕΙΑΝ; τί ὐκ οἶδας πόθεν ἐλήλυθας; *Tu decerptus es ex Deo, habes in te partem quandam illius. Cur ergo ignoras nobilitatem tuam? Cur non nosti unde veneris?* Ex qua divina cognatione Epictetus ibidem prorsus aurea vitæ præcepta deducit, quæ ad 1. Cor. III. 16. rectius annotabuntur. Sed quatenus hæc vera sint, ex saniore Theologia discendum est.

Ibid. v. 31. πίστιν παρασχὼν πᾶσιν) *probationemque exhibuit omnibus*, & argumento quodam demonstravit, *fidemque fecit* Deus, hat allen einen Beweiß dargegeben / hunc à se destinatum

esse

esse mundi judicem, eo quod ipsum a mortuis excitarit. Nam πίστιν παρέχειν Græce dici pro *confirmare, probare, fidem facere*, mox exemplis declarabimus, quibus destituti, alii aliter hæc interpretantur. Glassius Rhet. sacr. pag. 25. πίστιν hoc loco accipit pro *fidei accendendæ organo, h. e. verbo salvifico, quo fidem Deus operatur in illis, qui non reluctantur*; alii *facultatem credendi* significare volunt, inter quos & *Joh. Tob. Major* in Annotatis ad Acta Apost. ita scribit pag. 235. *Addidit insuper medium fidei salvificæ*, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν v. 31. *facultatem credendi omnibus promiscue offerens, & quantum in se est, conferens, quem sensum indoles vocum nativa gignit.* Sed quæ nativa vocum indoles sit, non aliunde, omnium consensu, judicari potest, quam ex communi cujusque linguæ usu. Nam si hic verbum verbo quampressissime reddere velimus, foret πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, *fidem exhibens omnibus*, quod quidem idem esset ac *fidelitatem præstans*, uti patet ex verbis Darii apud Curtium 5, 12, 11. *Ite, & consulite vobis, ad ultimum regi vestro, ut decebat, fide exhibita.* Vel si malis, *fidem præbens omnibus*, quod est in versione vulgata, idem ille, quem dixi, sensus erit. Ita enim Corn. Nep. Attic. cap. 4. n. 4. *Ciceroni in omnibus ejus periculis singularem fidem præbuit.* Quanquam omnino πίστιν παρέχεσθαι id quoque significat in passiva voce, apud Polyb. pag. 846. lin. 8. a f. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς χρείας καὶ τὴν ὅλην ΠΙΣΤΙΝ ἐνεφάνιζον ἣν ἐτύγχανον ἐχέ-

νοις ΠΑΡΕΣΧΗΜΕΝΟΙ. *Multo idem subjecit, quanto eis fuisset usui, quam in omnibus fidem eis præstitisset.* Sed nihil ista significatio ad hunc locum. Videndum ergo, num eo, quo dixi, sensu phrasin hanc Græci usurpent. Quod nisi constet, incerta vagetur necesse est omnis de hoc loco disputatio. Chrysostomus & Theophylactus hoc loquendi genus, ut multa alia, non exponunt; credo propterea, quod nemini Græcorum id esset ignotum, aut obscurum, sed in communi sermone versaretur. Nam non raro Græcos eo usos, exempla declarant. Ita Polybius lib. 4. cap. 33. pag. 419. lin. 17. a f. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ χωρὶς τῶν πάλαι τὰ τελευταῖα γεγονότα μετὰ τὸν Μεγάλης πόλεως καὶ Μεσσήνης συνοικισμὸν, ἱκανὴν ἂν ΠΑΡΑΣΧΗ ΠΙΣΤΙΝ τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις. *Sed ut taceamus hæc antiqua, novissima quæ contigerunt post Megapoleos & Messenæ instaurationem, satis quod dicebamus confirmant.* Item lib. 2. cap. 52. pag. 192. lin. 8. *Acrocorintho tradito, & veterem offensam erga domum regiam oblitteravit,* ἱκανὴν δὲ ΠΙΣΤΙΝ ΠΑΡΕΣΧΕΤΟ τῆς πρὸς τὰ μέλλοντα κοινωνίας, *& futuræ inposterum societatis fidem abunde fecit.* Et lib. 2. cap. 58. pag. 200. lin 18. οἱ δ', ἵνα Κλεομένει καὶ Λακεδαιμονίοις ἱκανὴν ΠΑΡΑΣΧΩΝΤΑΙ ΠΙΣΤΙΝ πρὸς τὴν ἐνεστῶσαν ἐπιβολὴν κλ. *Verum isti, quo fidem Cleomeni & Lacedæmoniis facerent prompti animi sui ad ea quæ parabant, jure gentium violato, maximum hoc nefas ultro patrarunt.* Et Euseb. Hist. Eccl. lib. 5. cap. 3. pag. 168. A. πλεῖσται γὰρ οὖν καὶ ἄλλαι παραδοξοποιΐαι τοῦ θείου χαρίσματος

εἰσέτι

εἰσέτι τότε κατὰ διαφόρους ἐκκλησίας ἐκτελούμεναι, ΠΙΣΤΙΝ παρὰ πολλοῖς τοῦ κἀκείνους προφητεύειν ΠΑΡΕΙΧΟΝ. *Multa quippe divina gratia miracula in pluribus Ecclesiis etiam tum fieri solita, fidem plurimis faciebant, eos quoque prophetare.* Plutarchus in Symposio septem sap. πάντων δὲ ΠΙΣΤΙΝ ἔργον ΠΑΡΑΣΧΕΙΝ. *Omnium autem fidem rem ipsam facere.* In quibus exemplis πίστις est id quod fidem facit, sive probatio & demonstratio & fide dignum argumentum. Diserte enim Aristoteles Rhet. lib. 1. cap. 1. v. 27. ἡ πίστις ἀπόδειξίς τις, τότε γὰρ πιστεύομεν μάλιστα, ὅταν ἀποδεδεῖχθαι ὑπολάβωμεν· ἔστι δὲ ἀπόδειξις ῥητορικὴ, ἐνθύμημα. καὶ ἔστι τοῦτο, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κυριώτατον τῶν πίστεων· τὸ δὲ ἐνθύμημα, συλλογισμός τις. *Probatio est demonstratio quædam, tunc enim maximè credimus, cum rem demonstratam esse arbitramur; oratoria autem demonstratio est enthymema; eaque, ut simpliciter dicam, probationum omnium potissima est; enthymema autem syllogismus quidam.* Quintil. lib. 5. cap. 10. pag. 289. *Ea natura est omnium argumentorum, ut per ea quæ certa sunt, fidem dubiis afferant. Hæc omnia generaliter* ΠΙΣΤΕΙΣ *appellant: quod etsi propria interpretatione dicere fidem possumus, apertius tamen probationem interpretabimur.* Eodemque plane sensu Polybius pag. 1373. lin. 17. δῆλον δὲ τοῦτο ποιήσειν ἐπηγγειλάμεθα διὰ τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων, εἰς τοῦτον ὑπερθέμενοι τὸν καιρὸν τὴν ΠΙΣΤΙΝ τῆς στερηθείσης ἀποφάσεως. *Atque id nos postea ostensuros esse tum polliciti, hunc in locum sermonis illius demonstrationem distulimus.* Josephus pro

pto πίςιν παρέχειν dicit πιςεύειν παρέχειν, lib. 6. antiq. de Davide, ostensa lacinia vestis, quam Sauli in spelunca absciderat, innocentiam suam demonstrante pag. 199. lin. 5. a f. ἐπιδείξας δὲ τὸ ῥάκ☉ ἰδεῖν, ΠΙΣΤΕΥΕΙΝ ΠΑΡΕΙΧΕΝ. *Simulque pannum protulit, qui verbis fidem astrueret.* Neque solum cum verbo παρέχειν, sed etiam cum aliis conjungitur in eadem significatione, ut πίςιν παριςᾶναι, συνιςᾶναι, ἐγκαταλείπειν, φέρειν, παρασκευάζειν, ποιεῖν, ἐμποιεῖν. Polyb. pag. 429. lin. 16. ὅπερ οἱ πρὸ ἡμῶν πεποιήκασι περὶ τῶν πλείςων, ἀπίςυς ἀμφισβητυμένων ΠΑΡΕΧΟΜΕΝΟΙ βεβαιωτὰς κατὰ τὸν Ἡράκλειτον. πειρατέον δὲ δι᾽ αὐτῆς τ ἱςορίας, ἱκανὴν ΠΑΡΙΣΤΑΝΑΙ ΠΙΣΤΙΝ τοῖς ἀκύυσι. *Quod de plerisque priores nobis fecerunt: qui rerum controversarum auctores parum locupletes, ut ajebat Heraclitus, laudabant. quin potius conandum est nobis, ut ipsa per se nostra narratio fidem audientibus faciat.* Pag. 693. lin. 5. a f. *Sed enim manere humanas res omnes interitum ac mutationem, ne admonendi quidem sumus.* ἱκανὴ γὰρ ἡ τ φύσεως ἀνάγκη ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΙ τὴν τοιαύτην ΠΙΣΤΙΝ. *Ipsa namque naturæ necessitas ad firmandam huic rei fidem abunde sufficit.* Joseph. antiq. lib. 6. pag. 195. D. lin. 3. de Davide, simulatione insaniæ salutem quærente: *furorem ac rabiem simulat, ita ut ore spumam emitteret,* καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὅσα ΣΥΝΙΣΤΗΣΙ μανίας ΠΙΣΤΙΝ παρὰ τῷ τῶν Γιττῶν βασιλεῖ γενήσεσθαι τ νόσυ, *& alia signa insaniæ præ se ferret, quibus morbo fidem apud Gittensium regem astrueret.* Polyb. pag. 877. lin. 3. a f. *Ex eo fiebat, ut quoties ali-*

aliquid diceret, licet pauca verba proferret; quaque viderentur aliud agenti excidisse, μεγάλην ΕΓΚΑΤΕΛΙΠΕ ΠΙΣΤΙΝ τοῖς ἀκέουσι, *maxime tamen illi apud audientes fides constaret.* Pag. 1358. lin. 18. a f. καὶ τέτων ΠΙΣΤΙΝ ΕΦΕΡΕΝ. Ἔφη γὰρ Εὐαγόραν κ. τ. λ. *Ejus vero certum argumentum esse dicebat, quod Evagoras &c.* Pag. 1464. lin. 14. a f. μάλιςα δὲ βελόμενος ΠΙΣΤΙΝ ΠΑΡΑΣΚΕΥΑΖΕΙΝ τοῖς μέλλεσι λέγεσθαι ἐν ταῖς ἑξῆς βίβλοις περὶ αὐτε. *Eoque potissimum consilio, ut iis qua de illo viro deinceps sum dicturus, fidem pramunirem.* Ariftot Rhet. lib. 1. cap. 2. v. 21. Πάντες δὲ τὰς ΠΙΣΤΕΙΣ ΠΟΙΟΥΝΤΑΙ διὰ τε δεικνύναι, ἢ παραδείγματα λέγοντες, ἢ ἐνθυμήματα. *Omnes autem demonstrando fidem faciunt, aut exempla proferentes, aut enthymemata.* Zofimus lib. 4. pag. 762. lin. penult. ΠΙΣΤΙΝ τοῖς οἰκείοις λόγοις ΕΜΠΟΙΟΥΝΤΕΣ, *quo verbis suis fidem facerent.* Præterea & res, cujus veritas argumento quodam demonftratur, & is, qui veritatem argumento quodam ita deprehendit, ut credat, dicitur πίςιν λαβεῖν apud Polybium pag. 50. lin. 4. a f. & pag. 1372. lin. 5. a f. *Caterum tum id quod in libro quinto simpliciter tantum & absolute posuimus*, νῦν δὲ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὴν πίςιν εἰληφότος, *nunc rebus ipsis confirmetur.* Item pag. 714. lin. 18. Et pag. 1427. lin. 23. εἰ δέ τισιν ἀπίςω τὸ λεγόμενον ἐοικέναι δόξει, ῥᾴδιον ὑπὲρ τέτε λαβεῖν πίςιν. *Quodsi fortasse id alicui incredibile videbitur, veritatem ejus rei assequi in promptu est.* Item res probabilis dicitur πίςιν ἔχειν. Polyb. lib. 4. cap. 33. init. Ὁ δὲ λόγος ὗτος ἔχει

μὲν

μὲν ἴσως. καὶ διὰ τῶν πάλαι γεγονότων πίστιν. *Atque hoc etiam ex veteri historia probari videtur posse.* Pag. 691. lin. 3. Πίστιν δ' ἔχετο λεγόμενον ἐκ τούτων. *Id vero probari vel his exemplis potest.* Item pag. 927. lin. 14. Verbum autem παρέχειν significat *exhibere, proferre, producere, præbere*; jungiturque sæpe aliis quoque nominibus, quæ non multum a vi atque natura πίστεως abeunt. Ut apud Xenoph. pag. 655. lin. 35. καὶ τούτου ΤΕΚΜΗΡΙΑ ἄλλα τε πολλὰ ΠΑΡΕΣΧΗΤΑΙ. *Ejus rei cum alia fuerunt argumenta.* Et pag. 672. lin. 24. Καὶ γὰρ ὅτι ὀρθῶς ἑκάστου τούτων ἐπιμελῇ, ἱκανὰ τεκμήρια παρέχῃ. *Etenim te recte hæc singula suscipere, satis magna de te indicia præbes.* Pag. 349. lin. 54. Τούτων δὲ μάρτυρας παρείχοντο τοὺς κυβερνήτας. *Atque harum rerum testes gubernatores producebant.* Polyb. pag. 507. lin. 14. ὁ μὲν οὖν Ἄρατος περὶ τῶν γενομένων τούτων, εἰπὼν τὰ γεγονότα, καὶ μάρτυρας παρεχόμενος τοὺς συμπαρόντας: *Quibus postquam rem omnem uti gesta fuerat Aratus exposuit, & cunctorum qui aderant testimoniis confirmavit.* Ex quibus exemplis, partim iisdem, partim similibus constat, πίστιν παρέχειν Græcis sæpe idem significare, quod Latinis *fidem facere*; diciturque in utraque lingua tam de personis, quam de rebus, uti exempla superiora declarant, & in Latinis *Curtius* 4, 9, 11. Alexandro *qui numerum copiarum ejus, quantum procul conjectari poterant, æstimabant, vix* fecerunt fidem, *tot millibus cæsis, majores copias esse reparatas.* Et 6, 10, 19. *Ita, quod solum* indicio fidem fecit, *id me, quum a*

Ce-

Cebalino interpellatus sum, movere non poterat. Interdum tamen interest inter πίστιν παρέχειν, & *fidem facere*. Nam fidem, opinor, alteri facit is, qui ei qvod vult persvadet, eumque in sententiam suam perducit. Sed πίστιν παρέχει, qui argumentum profert, præbet, exhibet, offert, & quasi animo alterius amplectendum porrigit, eoque fidem ipsi facere conatur: sive is, cui exhibe tur id accipiat, sive repellat. Inest ergo in hoc loquendi genere voluntas nihil intermittentis, quod ad persuadendum pertineat, quamvis interdum exitum & effectum non habeat. Licet vero πίστιν παραχὼν dativum & & personæ & rei admittat, puto tamen omnes concedere, nomen πᾶσιν, qvod additur, in masculino, non neutro genere accipiendum, præsertim cum v. 30. dicatur: *Deus præcipere omnibus ubiqve hominibus resipiscere.* Sensus ergo loci hic est: Quod Deus judicaturus sit orbem terrarum per Filium suum, ejus rei argumentum fide dignum præbuit, & qvantum in se fuit, fidem fecit omnibus hominibus, eo qvod ipsum excitavit ex mortuis. *Ad hoc enim Christus & mortuus est & resurrexit & revixit, ut mortuis ac viventibus dominetur, Rom. XIV. 9. Omnes enim sistemur apud tribunal Christi, v.* 10. Testificabantur Apostoli, eum esse, qui definitus sit a DEo judex vivorum ac mortuorum Act. X, 42. sed ejus rei fides omnis dependebat a resuscitatione illius v. 41. De hac enim nisi testari potuissent, nemo ipsis fidem habuisset, Christum judicem

dicem annunciantibus. Hoc autem jam non erat incredibile, eum a DEo constitutum esse judicem, qvi ab ipso ex mortuis fuisset resuscitatus. Confer *Bezam, Sanctium* & *Corn. a Lapide*, nec non *Tossanum*, cujus sententiam *Gerhardus* in Annot. ad h. l. non videtur plane rejicere, cum eam alleget, & ne verbo quidem refutet. Ait enim: *Tossanus putat rectius verti, cujus rei fide dignum testimonium cuivis exhibuit, quando eum (Christum) ex mortuis suscitavit.* Quodsi dicas: at non omnes Apostolis de resuscitatione Christi testantibus credidisse: fateor, apud hujusmodi incredulos eam habuisse vim nullam, neque eos propterea credidisse, mundum ab ipso judicatum iri. Erat tamen ea hujus resuscitationis ratio, ut a bene sanis & rem recto judicio æstimantibus in dubium vocari non potuerit, utpote cum tot testibus comprobaretur, in quibus summa erat vere testandi & facultas & voluntas. Igitur recte omnino Deus dicitur hujus rei πίστιν παρέχων πᾶσιν, licet illa πίστις non ab omnibus fuerit admissa. Ita Deum esse, ipse hujus rei πίστιν παρέχει πᾶσι, κτίσας τὸν κόσμον Rom. I. 19. nihilomnius sunt, qui Deum negent esse; neque tamen propterea illa πίστις non est satis idonea. Nempe ὁ παρέχων πίστιν πᾶσι, si non fidem facit omnibus, saltem hoc efficit, ut id, cujus illa πίστις est, non amplius sit ἄπιστον (Act. XXVI. 8.) sed ei fides haberi possit, modo illa πίστις non temere rejiciatur, sed quid ea momenti habeat, sedulo inquiratur atque perpendatur.

Unde

Unde Polybius pag. 1427. lin. 23. quem locum paulo ante citavimus, τῷ ἀπιστῷ opponit πίστιν λαβεῖν. Non potest cuiquam incredibile videri, Jesum a Deo designatum esse mundi judicem, qui eum a Deo ex mortuis resuscitatum credit. Hoc vero postremum si quis neget, non mirum, ab eodem & prius negari. Ista tamen quorundam incredulitas nihil derogat argumenti efficaciæ. Quinimo hoc ipso, quod nonnulli nolunt id accipere, manifestum fit, oblatum ipsis esse. Huic certæ, &, ut ego arbitror, probatissimæ sententiæ nihil est quod vereamur, ne quid adjunctum sit periculi, (neque enim potest, quod verum est, periculosum esse;) neve nobis pereat argumentum illud, quod ex hoc loco capi solet, ut demonstretur, omnibus Deum impertiri fidei justificæ donum. Salvum id omnino manet; quod ostenditur sic. Omnibus annunciatur, Christum a Deo resuscitatum esse; ea resuscitatione omnibus confirmatur fides extremi judicii a Christo habendi; hac fide extremi judicii excitatur & continetur fides salvifica. Nam *Pater omne judicium dedit Filio, ut omnes honorent Filium, sicut honorant Patrem*, Joh. V. 22. 23. Quod quid est aliud, quam quod Joh. XIV. 1. dicit Salvator, *Creditis in Deum, & in me credite.* Summus enim honor, quem Deo tribuere possumus, consistit in fide erga ipsum, Rom. IV. 20. *Abraham robustus factus est fide, tribuens gloriam Deo.* Ita nemo, cui Christus resuscitatus esse annunciatur, non ad fidem al-

licitur. Nam per verbum de resuscitato filio suo Deus nobis fidem facit, ut credamus ipsum fore aliquando de nobis judicem; unde consequitur, eum a nobis vera fide esse colendum, quo ipsum habeamus faventem judicem. Ita nihilomnius hinc ad fidem salvificam concludi potest, licet immediate de extremi tantum judicii fide a Christo habendi hic agatur. Neque vulgaris illa loci hujus interpretatio, alium exitum ullum invenire potest, nisi huc tandem deveniatur, ut dicatur fides exhiberi, sive facultas credendi offerri omnibus per verbum, adultis certe, ad quos hic Paulus loquitur. Si quem gentilem credere jubeas in Christum, eique non abhorrenti quidem a fide, cæterum neganti se posse credere, dicas: exhibet tibi Deus fidem, tu fac modo eam accipias: is autem sibi monstrari postulet, ubinam ea fides exhibeatur, cupere enim se illam amplecti, modo possit consequi: quonam eum ablegabis, nisi ad verbum divinum? *Fides enim ex auditu est, auditus autem per verbum Dei*, Rom. X. 17. Non autem Paulum hic loqui de justifica, sed de extremi judicii fide, multa arguunt. Primo antecedentia & consequentia. Antecedunt hæc: Deum statuisse diem, in quo judicaturus sit orbem terrarum cum justitia per eum virum, per quem decreverit. Sequitur illud: Deum excitasse illum virum ex mortuis. Inter hæc jam medium ponitur istud: *πίστιν παρασχὼν πᾶσιν*, quod cum apud Græcos significet, *argumento demonstrare*, quis non

non ita intelligat, ea quæ antecedunt, demonstrari per id quod sequitur? Deinde παρασχὼν in aoristo tempore dicitur, quod fere habet significationem præteriti, uti certe habet, quod ei adjungitur, ἀναστήσας. Ista autem fidei salvificæ exhibitio, actus est temporis præsentis, resuscitatio Christi vero, quæ hic fides fieri dicitur, præteriti. (Quanquam, si quis hoc participio malit statuere actum continuum, significari equidem non multum repugnem.) Denique, qui, quæso, potuisset Atheniensibus in mentem venire illa fidei salvificæ notio atque cogitatio, de qua ne quidem fando quidquam audierant, qualem illam esse, quo fundamento niti, ad quod referri oporteret? Nihil enim ipsis de Christo Paulus dixerat, nisi eum futurum mundi judicem. Neque ergo plura vel scire vel credere poterant. Quis vero credat, Paulum Græcæ linguæ utique non imperitum, ita locutum Atheniensibus, ut nullo modo potuerint intelligere, quin imo ut contra, quam ipse senserit, necessario ob familiarem illius phraseos usum intellexerint? Ita enim usos hac phrasi Athenienses, satis apparet ex Polybio, Scriptore Attico, nec non Plutarcho, Eusebio, & Josepho, item Atticis. Quod idem fere transferri quoque potest ad *Grotii* explicationem. *Deus*, inquit, *Jesum resuscitando e mortuis, maximum quod potuit doctrina ejus testimonium præbuit. In ea autem doctrina & hoc erat, se fore judicem humani generis, Matth. XXV. 31. &c. Joh. V. 25.* Eum

te, obsecro, finge esse, qvi Athenienses erant; nihil te de Christo, multo minus de doctrina ejus audivisse; harumqve rerum omnium quasi ignarus Paulum adi, atqve hæc concionantem audi. Num poteris ulla ratione in eam cogitationem devenire, Deum resuscitando Jesum, doctrinæ ejus testimonium præbuisse, in qua & hoc fuerit, se fore judicem? Divinandum hoc quidem ipsis fuisset; ex Pauli certe verbis colligere nulla ratione poterant. At contra fac te hoc unum scire de Jesu, quod hic a Paulo dicitur, cæterum ex quotidiano sermone tibi satis notam esse, ut erat Atheniensibus, phrasin πίστιν παρέχειν fieri sane non poterit, ut hæc aliter intelligas, quam Deum resuscitando Jesum, testatum omnibus reddidisse, & hoc illustri facto tanquam certissimo argumento demonstrasse, eoque fidem omnibus confirmasse, hunc eundem fore aliqvando ipsorum judicem. Puto autem Grotium eo adductum fuisse, ut his verbis amplius quid, qvam ipsa sonant, subesse crederet, quod videret, infirmum hoc fore argumentum: Quemcunqve Deus ex mortuis suscitavit, per eundem judicaturus est mundum. Sed equidem Paulum ita argumentatum arbitror: Qvemc. Deus suscitavit a mortuis, per eundem non incredibile est quod judicaturus sit mundum. Denique huic fundatissimæ illustris hujus loci explicationi placet coronidis quasi loco addere testimonium Chrysostomi, a quo hæc non aliter intellecta, apparet ex his verbis: ὅτι δὲ ἀληθὴς

ἡ κρί-

ἡ κρίσις, δῆλον ἐκ τῆς ἀναστάσεως. *Quod autem vere futurum sit judicium, manifestum ex resuscitatione.* Item: ὅτι δὲ καὶ πᾶσι ταύτην παρέχον πίστιν, τὸ ἀναστῆσαι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ τοῦτο λοιπὸν δῆλον. *Porro autem & hoc manifestum est, quod resuscitatio ejus ex mortuis, omnibus hanc fidem* (futuri judicii) *faciat.* Hæc jam scripseram, cum Vir Maxime Reverendus *Henr. Clemens Dithmers,* ædis Joanneæ hic loci Ecclesiastes, Collega nunc meus amicissimus, Interpres S. Litterarum solertissimus, pro sua humanitate erga omnes atqve benevolentia erga me singulari, seqventia Theologorum etiam nostrorum testimonia ad confirmandam hanc interpretationem, ipsi qvoqve probatam, mihi suppeditavit; pro qvibus eqvidem ipsi gratias ago habeoqve maximas. *Joh. Brentius* Homil. in Acta Apost. fol. 168. *Cum dicit, Deus judicaturus est orbem terrarum per eum virum per quem decreverat, significat patrem omne judicium & omnem potestatem in cælo & in terra dedisse filio suo Domino nostro Jesu Christo, idque confirmaße & fidem præstitisse, per illud, quod excitarit eum a mortuis. Etenim quod Christus a mortuis resurrexit, sacramentum, signaculum, arrabo & confirmatio est, quod vir seu homo ille Deus est. Declaratus est, inquit Paulus, filius Dei cum potentia secundum spiritum sanctificationis, eo quod resurrexit a mortuis. Si autem vir ille Deus est, certe habebit omnem divinam potestatem. Inter partes autem divinæ potestatis hæc maxime omnium præcipua est, quod ut Deus est sapiens orbis terrarum conditor, ita est & justus totius orbis terrarum*

rarum judex. *Recte igitur Paulus & hoc loco & alias dicit, hunc virum constitutum esse a Deo judicem vivorum & mortuorum, totius denique orbis terrarum. Si vero judex est, profecto omnes eos qui se subditos ejus agnoscunt, qui in ipsum credunt, qui omnem fiduciam suam in illum collocant, a judicio condemnationis liberabit, sic enim sua ipsius verba testantur* Joh. III. 17. 18. & XI. 25. 26. *Hæc cum ita se habeant, quid reliquum est, nisi ut abjectis aureis, argenteis aut lapideis simulachris, adeoque omnibus factitiis Dei cultibus hunc virum complectamur. Complectimur autem ipsum fide, videlicet, ut credamus quod mortuus sit propter peccata nostra, & excitatus sit propter justificationem nostri. Si autem fide eum complectimur, redditur nobis judex propitius ac placatus, ut judicium suum proferat non secundum iniquitates nostras, sed secundum suam ipsius misericordiam. Hoc autem judice placato, placatus nobis est Dominus Deus noster, ut donet nobis per filium suum perpetuam felicitatem.* Qvibus lectis, eqvidem vehementer lætatus sum, qvod viderem, summi Theologi eandem esse de hoc loco sententiam, qvam ego ex nativa verborum significatione animo conceperam. Eodem modo *D. Dan. Arcularius* Comm. in Acta Apost. *Deinde Deum, ait, præstitisse fidem omnibus, cum excitavit Christum ex mortuis. Quo docet, Deum Christi resurrectione, velut evidentissimo testimonio confirmasse ac declarasse, illum mundi judicem esse constitutum, ac proinde divina præditum majestate. Cum rationi absurdum videatur, virum illum abjectum ac vilem, imo ignominiosæ crucis supplicio affectum mundi*

& judicem fore: Paulus aliquid sublimius in Christo spectandum esse monet, quam humanam ejus naturam, nempe potentiam divinam, quæ in resurrectione potissimum eluxit. Sic idem Apostolus divinam Christi potentiam atque naturam ex resurrectione ejus demonstrat Rom. I. 4. Eadem hæc, quæ Arcularius, verba habet etiam *Jac. Raupius* in Biblioth. portatili ad h. l. Ex Pontificiis idem sentit *Cornel. a Lapide* ad h. l. & interpretes Novi Testamenti Montensis, qui sic e Græco in Gallicum converterunt: *dont il a donné à tous les hommes une preuve certaine, en le resuscitant d' entre les morts.* Hodierni quoque Græci in sua Metaphrasi eundem sensum hujus loci expresserunt. Verba enim ista: πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, ita transtulerunt: καὶ τοῦτο τὸ ἐπίστωσε φανερὰ εἰς ὅλους, ἔστοντας νὰ τὸν ἀναστήσῃ ἐκ νεκρῶν.

Cap. XVIII. 14. ἠνεσχόμην) Polyb. pag. 791. *Dicam equidem quod sentio, viri Lacedæmonii,* ὑμεῖς δ' ΑΝΕΞΕΣΘΕ· *vos dicentem feretis.* Sic 2. Cor. XI. 1.

Ibid. v. 24. λόγιος) Vox hæc significat *eloquentem, doctum, peritumque litterarum omnis generis.* Polyb. pag. 680. lin 17. οἱ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΙ τῶν ἀρχαίων συγγραφέων Ἔφορος, Ξενοφῶν, Καλλισθένης, καὶ Πλάτων. *Eruditissimi scriptorum antiquorum, Ephorus, Xenophon, Callisthenes, & Plato.* Placet specialem quandam significationem adscri-

ſcribere ex Stephani Theſauro. λόγιος, inquit, dicitur etiam fatidicus & vates. Plut. in Sylla, Τυῤῥηνῶν δὲ οἱ λόγιοι μεταβολὴν ἀπεφαίνοντο ἀποσημαίνειν τὸ τέρας. Ibidem λογιωτάτους vaticiniorum interpretes peritiſſimos vocat, ut annotat Budæus p. 183. addens & quendam alium ex Luc. locum. Similiter in Lex. ſuo ex Arriani lib. 6. p. 204. in fine, affert οἱ λόγιοι τῶν Χαλδαίων, τὰ λόγια ἐξηγούμενοι, & vates. Hæc *Stephanus*. Qui locus Arriani in noſtris editionibus exſtat lib. 7. cap. 16. n. 8. ἐνταῦθα ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ Χαλδαίων οἱ ΛΟΓΙΟΙ, *ibi Chaldæos vates obvios habuit, qui eum ab amicis ſevocatum rogârunt, ut profectioni Babylonicæ ſuperſederet.* ΛΟΓΙΟΝ γὰρ γεγονέναι σφίσιν ἐκ τοῦ θεοῦ τοῦ Βήλου, *oraculo enim ſeſe Beli dei monitos, ingreſſum in Babylonem nequaquam ei tum temporis fauſtum ac felicem fore.* Cum ergo & ſacræ Litteræ vocentur λόγια Rom. III. 2. crediderim, Apollo hunc ob earum cognitionem & inſignem eas interpretandi facultatem, partamque inde dicendi vim atque copiam hoc nomine appellari. Cumque vocabulum λόγιος latiſſime pateat, & univerſam doctrinam inprimisque eloquentiam complectatur, (unde & Mercurius λόγιος dicitur, quaſi ſtudiorum & literarum eloquentiæque præſes, uti ex Syneſio annotavit Budæus p. 246. l. 20.) ne ignoretur, quo genere ſcientiæ excelluerit, per ἐπεξήγησιν addita puto verba δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς. Fuit igitur magna ejus & eruditio & facundia, ſed hauſta utraque ex ſacræ Scripturæ fonte.

Ibid.

Ibid. v. 27. συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος] Συνεβάλετο πολὺ, *multum contulit*, multum adjumenti attulit. Arrian. Epict. pag. 353. lin. 7. Ὁμήρου ΠΛΕΙΟΝΑ τῇ κοινωνίᾳ ΣΥΝΕΒΑΛΕΤΟ Πρίαμος; *Priamusne plus communi vita profuit quam Homerus?* Pro quo idem paulo ante dicit lin. 3. μείζονα ὠφελεῖν. Et Polyb. pag. 1066. lin. 4. μηδέν γε τῶν ἐφεστώτων δυναμένων ΣΥΜΒΑΛΛΕΣΘΑΙ τοῖς πρωτοστάταις, *cum quidem posteriores ordines prioribus nihil conferre valeant, neque ut violentius ipsi irrumpant, neque ut gladii eorum efficaciore ictu feriant.* Item pag. 231. lin. 19. a f. pag. 1073. lin. 4. a f. pag. 1321. lin. 13. Cum hoc omnino connectenda videntur verba διὰ τῆς χάριτος *per* sermonis *gratiam*. Dicitur enim ἡ τοῦ λόγου χάρις *eloquentia* apud Plutarchum. Qua de re actum fuit ad Luc. II. 40. Addit Polybius quoque verbo συμβάλλεσθαι nomen instrumenti, quo fertur adminiculum, pag. 1064. lin. penult. ταῖς μὲν σαρίσσαις οὐδὲν οἷοί τ' εἰσὶ συμβαλέσθαι πρὸς τὸν κίνδυνον. *Sarissis illi quidem pugnam adjuvare nihil queunt.*

Cap. XIX. 15. ὑμεῖς δὲ τίνες ἐστέ;) Interrogatio hæc est non ignorantis, sed partim increpantis eum, qui sibi arrogat, ad se quod nihil attinet; partim contemnentis eum, qui neque suas neque hostis vires considerat, sed temeritate quadam actus certare audet cum valentiore, cui eum vincere ludus est. Arrian. Epict. lib. 3. cap. 1. 269. ΣΥ οὖν ΤΙΣ ΕΙ ἐνταῦθα; μέγα ἐστὶ τὰ εἰπεῖν,

εἰπεῖν, ὅτι οὗτός εἰμι ᾧ δεῖ μέλειν ἀνθρώπων· οὐδὲ γὰρ λέοντι τὸ τυχὸν βοΐδιον τολμᾷ ἀντιστῆναι αὐτῷ· ἂν δ' ὁ ταῦρος προσελθὼν ἀνθίστηται, λέγε αὐτῷ, ἄν σοι δόξῃ, ΣΥ ΔΕ ΤΙΣ ΕΙ; καὶ τί σοι μέλει; ἄνθρωπε, ἐν παντὶ γένει φύεταί τι ἐξαίρετον, ἐν βουσὶν, ἐν κυσὶν, ἐν μελίσσαις, ἐν ἵπποις· μὴ δὴ λέγε τῷ ἐξαιρέτῳ, ΣΥ ΟΥ͂Ν ΤΙΣ ΕΙ; *Tu ergo quis es hoc loco?* (ita objurgant Epictetum.) *Magnum est dicere, quod is sim, cui cura esse oporteat homines. Neque enim leoni quilibet bos audet resistere. Si vero taurus accedens resistat, dic ei, si tibi videtur, tu vero quis es? & quid tibi cura est? O homo, in omni genere nascitur aliquod eximium, in bobus, in canibus, in apibus, in equis. Ne dicas huic eximio, tu ergo quis es?* Sic & Paulus in Actis XI. 17. ἐγὼ δὲ τίς ἤμην, δυνατὸς κωλῦσαι τὸν Θεόν; Idemque Arrianus pag. 357. lin. 10. a f.

Ibid. v. 19. εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε.) Polyb. pag. 1295. lin. 4. & 5. Τοῦ ἐλλιμενίου κατὰ τοὺς ἀνώτερον χρόνους, ΕΥΡΙΣΚΟΝΤΟΣ ἑκατὸν μυριάδας δραχμῶν, νῦν εὑρήκατε πεντεκαίδεκα μυριάδας. *Portorium enim, quod superioribus temporibus decies centenis drachmarum millibus redimebatur, ut nunc locatur, ad centum quinquaginta millia vix pervenit.* Ubi sine dubio legendum est εὑρίσκοντες, nam ut ipsum portorium dicatur εὑρίσκειν, videtur nimis insolens; convenitque potius iis, qui ex vectigalibus locatis pecunias colligunt; uti de iis usurpari, qui rerum venditarum summam conficiunt, idoneo exemplo demonstravimus ad hunc locum ex Xenophonte.

Ibid.

Ibid. v. 22. ἐπέσχε χρόνον) Polyb. p. 308. l. 15. βραχὺν ΕΠΙΣΧΟΝΤΕΣ ΧΡΟΝΟΝ, *breve tempus morati.* Arrian. de exp. 1, 14, 8. ΧΡΟΝΟΝ ἐφεςῶτες, *aliquandiu substiterunt.*

Ibid. v. 27. εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν] Cum variis nominibus verbum ἔρχεσθαι hoc sensu construitur. Polyb. pag. 422. lin. 6. εἰς τοῦτ' ἦλθε καταφρονήσεως, *ita contemptui habita loci religio est.* Arrian. exped. 4, 4, 5. & 18. ἐς ἔσχατον κινδύνου ἐλθεῖν. 5, 26, 8. ἐς τοσόνδε κλέος ἦλθεν.

Ibid. v. 29. συγχύσεως] Idem fere quod supra v. 23. τάραχος. Apud Polybium hæc duo ταραχὴ καὶ σύγχυσις conjunguntur, pag. 949. lin. 19.

Ibid. v. 30. εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον) Polyb. lib. 4. cap. 1. pag. 488. lin. 18. ΕΙΣΕΛΘΩΝ ΕΙΣ τοὺς Ἀχαιούς. *In Achæorum concilium ingressus.* Lib. 15. cap. 24. init. Πρώτους δὲ συναθροίσας τοὺς Μακεδόνας, ΕΙΣ ΤΟΥΤΟΥΣ ΕΙΣΗΛΘΕ. *Alexandriæ Agathocles primos omnium Macedones congregavit, & ad eos adiit.* Ita Lysias Orat. in Diagit. pag. 533. *Nisi magnæ essent res de quibus disceptatur, Judices, οὐκ* ἄν ποτε ΕΙΣ ΥΜΑΣ ΕΙΣΕΛΘΕΙΝ τούτους εἴασα, *nunquam hos accedere ad vos permisissem.* Plura exempla hujus locutionis vide in Viri Clarissimi *Joh. Henr. Maji F.* observat. Sacr. ad Act. XVI. 40. pag. 4. & seqq.

Ibid.

Ibid. v. 31. *μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον.*) Polyb. pag. 506. lin. 14. Ἐδόκει ΕΙΣ ΤΟΠΟΥΣ ΑΥΤΟΝ ΔΕΔΩΚΕΝΑΙ παραβόλους. *Erat hominum opinio, Philippum in desperata quadam loca temere praecipitasse.*

Ibid. v. 32. *ἡ ἐκκλησία - - συνεληλύθεισαν.*) Polyb. pag. 582. med. *συνελθόντες εἰς ἐκκλησίαν, ἐβουλεύσαντο.* Et pag. 1266. lin. 13. *θορυβώδης ἦν ἡ ἐκκλησία, tumultuosa erat concio.*

Ibid. v. 40. *τῆς συστροφῆς*) Polyb. pag. 420. lin. 4. a f. *δεδιότες τὴν τῶν νέων* ΣΥΣΤΡΟΦΗΝ, *cum juniorum coitionem metuerent.*

Cap. XX. 2. Ἑλλάδα.] Distinguitur hic Macedonia a Graecia. Quod etiam fit ab aliis Scriptoribus, ut Curt. 4, 1, 10. *Cum magno deinde exercitu mare trajecit, illato Macedoniae & Graeciae bello.* Et 8, 5, 7. *Nec Macedonum haec erant culpa, sed Graecorum.* Arrian. de exped. 4, 11, 14. *ἢ Ἑλλήνων μὲν ἀφέξῃ, Μακεδόσι δὲ προσθήσεις τήνδε τὴν ἀτιμίαν; An Graecis quidem abstinebis, Macedonibus autem impones hoc dedecus.* Et 2, 10, 11. *Καί τι καὶ τοῖς γένεσι, τῷ τε Ἑλληνικῷ καὶ τῷ Μακεδονικῷ, φιλοτιμίας ἐνέπεσεν ἐς ἀλλήλους. Aemulatio etiam quaedam contentioque de honore Graecanicae nationi cum Macedonibus intercedebat.* Credo id eo fieri, quod cum aliis rebus multis differrent Macedones a reliquis Graecis, tum lingua uterentur Graeca quidem, sed tamen dialecto ejusmodi, quae-

quæ ne quidem satis intelligi a cæteris Græcis potuerit. Unde Philotas, cum Macedones de ipso judicaturi essent, noluit tamen eorum sermone caussam dicere, quod plurimi alii Græci in eo judicio adessent, Curt. 6, 9, 35. *Tum Philotas, præter Macedonas, inquit, plerique adsunt, quos facilius, quæ dicam, percepturos arbitror, si eadem lingua fuero usus, qua tu egisti. Non ob aliud, credo, quam ut oratio tua intelligi poßet a pluribus.* Strabo qvoqve, cum subjectas Macedonibus gentes enumerat, plerasqve duplici sermone usas scribit, patrio nempe & Macedonico. Vide quæ ad istum Curtii locum annotat *Raderus.* Quin imo Demosthenes, infensus Philippo Macedoni, eum *barbarum* appellat, Olynth. 3. pag. 11. B. pluſculum, credo, iræ indulgens. Itemqve pag. 12. B. lin. 10. *Athenienses regem Macedoniæ dicto audientem habuerunt, sicut æquum est parere* βάρβαρον ἕλλησι *barbarum Græcis.* Et Philipp. 3. pag. 47. extr. eum dicit ὐχ ἕλληνα ὄντα, ὐδὲ προσήκοντα ὐδὲν τοῖς ἕλλησιν, *neque Græcum esse, neque cum Græcis ullo modo conjunctum.* Erat nihilominus Macedonia pars Græciæ. Unde Alexander apud Arrianum 2, 14, 7. ἐλθόντες εἰς Μακεδονίαν καὶ εἰς τὴν ἄλλην Ἑλλάδα. *Ingreßi Macedoniam reliquamque Græciam.*

Ibid. v. 3. Ποιήσας -- ἐγένετο γνώμη) Nominativus ποιήσας absolute ponitur pro ποιήσαντι. Sic plane Arrianus de exped. Alex. 7, 11, 8. *Quæ ut Alexandro nunciata sunt, confestim ad eos egre-*

Ibid. v. 24. ὐδενὸς λόγον ποιῦμαι) i. e. τύτων ὐδένα λόγον ποιῦμαι. *Nihil ista curo. Aut, nihil me ista movent. Camerarius.* Polyb. pag. 1329. lin. 8. πᾶν μὲν γὰρ καὶ πρὸς παντοῖα λέγειν ἐθάῤῥυν, ΟΥΔΕΝΑ ΛΟΓΟΝ ΠΟΙΟΥΜΕΝΟΙ τῆς ἀληθείας. *Quidvis enim dicere, & ad omnia respondere, spreta veritate audebant.* It. pag. 619. lin. 14. a f.

Ibid. v. 28. Προσέχετε ὖν ἑαυτοῖς] Προσέχειν ἑαυτῷ *attendere seipsum*, i. e. se suamque salutem non negligere, sed ejus attentissimam curam agere, operamq; dare non honoribus, opibus aut voluptati, sed ut ipsi meliores evadamus. Epict. Enchir. cap. 75. ἂν ἡμέρας ἄλλας ἐπ᾽ ἄλλαις ὁρίζῃς, μεθ᾽ ἃς ΠΡΟΣΕΞΕΙΣ ΣΕΑΥΤΩ, *si dies alios post alios constitueris, post quos teipsum attendas, imprudens nihil proficies, sed homo plebejus manebis & vivens & moriens.*

Ibid. ἐπισκόπυς] De vocis hujus significatione apud Gentiles, agit *Jo. Dougtaeus* in Analectis Sacris, inter alia ex Arriani qvoqve historia Indica 12, 5. hæc citans: Ἕκτοι δέ εἰσιν Ἰνδοῖσιν, οἱ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ καλεόμενοι· ὗτοι ἐφορῶσι τὰ γινόμενα κατά τε τὴν χώρην, καὶ κατὰ τὰς πόλιας· καὶ ταῦτα ἀναγγέλλυσι τῷ βασιλεῖ, ἵναπερ βασιλεύονται Ἰνδοί· ἢ τοῖς τέλεσιν, ἵναπερ αὐτόνομοί εἰσι. *Sextum genus Indorum sunt, qui Episcopi vocantur. Hi quid in agris, quid in urbibus agatur inquirunt, eaque regibus, si per reges gubernantur, aut magistratibus, si liberæ civitates sunt, denunciant.*

Ibid.

Ibid. v. 30. ἀποσπᾶν) *Abstrahere*, sive *avertere*, a vero nempe domino, qui eos suo sibi sanguine paravit, v. 28. Polyb. pag. 1139. lin. 6. τὸ γὰρ τῆς ἐλευθερίας ὄνομα, καὶ τῆς αὐτονομίας, ἡμῶν μὲν ἄρδην ΑΠΟΣΠΑΣΕΙ πάντας. *Libertatis enim nomen & indulgentia suis legibus vivendi, omnes penitus a nobis avertet.* Et pag. 424. lin. 12. Γλυμπεῦσι δὲ καὶ Ζάρακι προστεσὼν ΑΠΕΣΠΑΣΕ. *Glympes quoque & Zaracem invadit, & ab Argivorum communi separat.*

Cap. XXI. 4. ἀνευρόντες τοὺς μαθητὰς,) scil. τοὺς ἐκεῖ μαθητὰς, *cum reperissemus discipulos* sive Christianos Tyri degentes, quærendo investigatos. Neque enim dubium est, quin eos non statim obvios habuerint, sed opus ipsis fuerit eos in tanta hominum multitudine perquirere. Ut de Onesiphoro Paulus ait 2. Tim. I. 17. *Cum esset Romæ, studiosius quæsivit me, & invenit.* Habet verbum ἀνευρίσκειν in præsenti tempore significationem *quærendi*, in aoristo secundo autem *inveniendi quod quæsivimus*, apud Arrian. Epict. lib. 2. cap. 11. pag. 173. lin. 13. Καὶ διατί ἐ ζητοῦμεν αὐτὸν καὶ ΑΝΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝ, καὶ ΑΝΕΥΡΟΝΤΕΣ λοιπὸν ἀπαραβάτως χρώμεθα; *Quare ergo non quærimus illam normam & investigamus, & quando invenimus deinde sine transgressione ea utimur?* Conf. Luc. II. 16. Eodem modo κτάομαι est *acquiro*, præteritum κέκτημαι *possideo*, de quo ex Xenophonte ad Luc. XVIII. 12.

Ibid. v. 13. ἑτοίμως ἔχω] Sic 2. Cor. XII. 14. & 1. Petr. IV. 5. & Polyb. pag. 558. lin. 20. πρὸς πᾶν ΕΤΟΙΜΩΣ ΕΧΕΙΝ, *ad omnia paratum esse.* Et pag. 1347. lin. 16. πρὸς ἀμφότερα γὰρ ΕΤΟΙΜΩΣ ΕΧΕΙΝ, *ad utrumque enim esse paratum.*

Ibid. v. 15. ἀποσκευασάμενοι) Ἀποσκευάζεσθαι est *sarcinas deponere*, ut expeditiores simus. Polyb. pag. 59. lin. 9. a f. Ταῦτα δ' ΑΠΟΣΚΕΥΑΣΑΜΕΝΟΥΣ καὶ γενομένους εὐζώνους. *Postea vero quam sarcinis positis expeditiores facti essent.* Alii legunt ἐπισκευασάμενοι, in quibus & *Chrysostomus*, qvi simul ita interpretatur: τουτέστι, τὰ πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν λαβόντες, *hoc est, assumtis iis, quæ ad iter erant necessaria.*

Ibid. v. 24. οὐδέν ἐστιν) *nihil*, h. e. falsum *est.* Sic Act. XXV. 11. Polyb. pag. 1397. lin. 8. ἀλλ' οὐκ ΕΣΤΙ ΤΟΥΤΩΝ ΟΥΔΕΝ. *Sed longe aliter se res habet.* Item pag. 259. med. Unde οὐδὲν λέγειν pro *errare*. Arrian. Hist. Indic. cap. 3. n. 6. Κτησίης δὲ ὁ Κνίδιος τὴν Ἰνδῶν γῆν ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίῃ λέγει, ΟΥΔΕΝ λέγων. *Ctesias Cnidius Indiam reliquæ Asiæ ait æqualem esse magnitudine: sed errat.* Dissert. Epict. lib. 3. cap. 2. pag. 276. lin. 16. ΟΥΔΕΝ εἴρηκας, *non recte dixis, falsum est.* Ita & Theophrastus Charact. cap. 8. οὐδὲν λέγει. Ad quem locum vide *Casauboni* Commentarium.

Ibid. v. 30. συνέβη βαστάζεσθαι) Pro ἐβαστάζετο. Pleonasmus, cujus tot exempla ex-

stant

stant in Polybio, ut vix in ullo Scriptore plura putem reperiri posse. Pauca tantum proferam. Ut pag. 44. lin. 11. ὃ δὴ καὶ ΣΥΝΕΒΗ ΓΕΝΕΣΘΑΙ. *Atque ita profectò accidit.* Pag. 51. lin. 11. ἐναργέστερον μὲν ΕΙΝΑΙ ΣΥΜΒΑΙΝΕΙ. *Illa quidem ratio est manifestior.* Pag. 60. lin. 19. Τὴν μὲν ἐν σύμπασαν Σικελίαν τῇ θέσει ΤΕΤΑΧΘΑΙ ΣΥΜΒΑΙΝΕΙ. *Sicilia omnis eodem fere modo se habet ratione situs.* Item pag. 69. lin. 6. a f. pag. 70. lin. 8. & 23. pag. 390. lin. 14. a f. pag. 547. lin. 18. pag. 553. lin. 2. pag. 555. lin. 3.

Cap. XXII. 3. ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ,) Arrian. Epict. lib. 2. cap. 14. pag. 186. lin. 21. ὡς ΘΕΟΥ τοίνυν ΖΗΛΩΤΗΝ, τὰ ἑξῆς πάντα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν. *Et in omnibus reliquis tanquam Dei imitatorem omnia facere & loqui conveniet.*

Ibid. v. 14. προεχειρίσατο) *Id est, expedivit & praparavit*, inquit Camerarius, qui & hæc addit. Est enim πρόχειρον id ferme, quod Latine dicitur, in promtu. Polybius libro primo: ἐστὶ δὲ παρὰ ῥωμαίοις τὰ πάντα τέτταρα στρατόπεδα, ἃ κατ' ἐνιαυτὸν ΠΡΟΧΕΙΡΙΖΟΝΤΑΙ. *Sunt legiones universæ quatuor apud Romanos, quas singulis annis illi expediunt.* Hæc Camerarius. Locus is habetur lib. 1. cap. 16. pag. 21. lin. 9. vertitque Casaubonus verbum ΠΡΟΧΕΙΡΙΖΟΝΤΑΙ, *quarum delectus haberi solent.* Reperitur idem & pag. 348. lin. 4. a f. τοῖς προκεχειρισμένοις ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν ταύτην, *delectis ad id ministerium.* Et pag. 355. lin. 17. & pag. 1450. lin. 6.

Cap. XXIII. 9. *θεομαχῶμεν.*] Arrian. Epict. lib. 3. cap. 24. pag. 373. init. ΘΕΟΜΑΧΟΥΝΤΟΣ ὡς μόνον οἷόν τε τοῖς δόγμασι τοῖς ἑαυτȣ. *Opinionibus saltem suis quoad potest Deum oppugnans.* Et pag 420. lin. 15. τί ȣ̃ν ΘΕΟΜΑΧΩ; *Cur igitur cum Deo pugno?*

Ibid. v. 22. *ἐνεφάνισας πρός με.*) Polyb. pag. 46. lin. 16. a f. ΠΡΟΣ τȣ̀ς φίλȣς ΕΝΕΦΑΝΙΣΕ, *dixit amicis.*

Ibid. v. 24. *κτήνη τε παραστῆσαι,*) In simili argumento verbum παραστῆσαι usurpat Polyb. pag. 1449. lin. 15. ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΣ ȣ̃ν λέμβον, καὶ παραδȣ̀ς αὐτὸν Δημητρίῳ τινὶ τῶν φίλων ἐξαπέστειλεν· ἔγραφε δὲ καὶ τοῖς Ροδίοις ὑπὲρ τῆς ἐκπομπῆς. Locus huic simillimus. *Cum ergo præbuisset navigium, & ipsum* (Polyaratum) *tradidisset Demetrio cuidam ex amicis, Rhodum dimisit, litteris etiam ad Rhodios de illius transvectione datis.*

Ibid. Διασώσωσι πρὸς Φήλικα) Polyb. pag. 725. lin. 20. ΔΙΕΣΩΖΟΝΤΟ ΠΡΟΣ τὴν πόλιν, *in urbem se reciepiebant.* Et pag. 695. lin. 4. a f. Sed plura jam ex Xenophonte sunt annotata.

Ibid. v. 35. Διακȣ́σομαι) Nihil quidem impedit, quo minus vertatur *plene & ad finem usque audiam*: neque tamen necesse est, cum verbum hoc etiam pro simplici usurpetur a Polybio. Ut lib. 1. cap. 32. pag. 46. med. ὃς ΔΙΑΚΟΥΣΑΣ τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα. *Hic vir audita clade*

nu-

nuptra. Et pag. 62. lin 21. *Primus fraudem intellexit, & Himilconi aperuit.* ὁ δὲ ΔΙΑΚΟΥΣΑΣ. *Is re cognita.* Emphasin habere videtur pag. 129. lin. 16. ΔΙΑΚΟΥΣΑΣ τῶν τε ἡγεμόνων τὰ κατὰ τὸν κίνδυνον. *Cum ei omnia duces narrassent.* Et pag. 134. lin. 18. a f. ἡ δὲ Τεύτα καθόλε μὲν παρ' ὅλην τὴν κοινολογίαν, ἀγερώχως καὶ λίαν ὑπερηφάνως αὐτῶν ΔΙΗΚΟΥΕ. *Teuta quamdiu verba facientes audiebat, ingentem animi ferociam & superbiam præ se ferre.* Pag. 1453. lin. 13. ἐπὶ δέχ' ἡμέρας ΔΙΗΚΟΥΕ τῶν κατηγορέντων, *per decem dies audiendis accusatoribus vacavit.* Ita & in locis hisce pag. 159. lin. 14. pag. 189. lin. 20. pag. 236. lin. 21. pag. 407. lin. 10. a f. pag. 410. lin. 23. pag. 696. lin. 13. pag. 965. lin. 15. pag. 1195. lin. 8. a f. pag. 1234. lin. ult. partim aliqua emphasis, partim nulla deprehenditur.

Cap. XXIV. 2. κατορθωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τέτῳ διὰ τ̃ σῆς προνοίας] Nescio quid in mentem venerit *Phrynicho*, ut scriberet, quamvis κατορθῦν sit verbum probatissimum, verbale nomen κατόρθωμα esse ἀδόκιμον, ac potius pro eo dicendum ἀνδραγάθημα, uti annotat Stephanus in thesauro Gr. Ling. Quid ergo de Polybio dicemus, qui toties eo utitur? Mihi quidem non minus nomen hoc quam verbum probatur, vel ob hoc ipsum, quod tam crebro apud Polybium reperiatur. Ut pag. 647. lin. 8. a f. *Quoties omni ab exteris metu liberati, læto rerum successu diutius perfruuntur,* καὶ πλεισίαις τᾶις

ἐκ τῶν ΚΑΤΟΡΘΩΜΑΤΩΝ, *atque illis opibus quas vincendis hostibus sibi pepererunt.* Pag. 811. lin. 23. *Et convenit sane inter scriptores historiarum, hæc Publii fuisse consilia, certa ratione suscepta; iidem tamen ubi ad eorum exitum narrandum venerunt,* οὐκ οἶδ' ὅπως οὐκ εἰς τὸν ἄνδρα καὶ τὴν τούτου ΠΡΟΝΟΙΑΝ, εἰς δὲ τοὺς θεοὺς καὶ τὴν τύχην ἀναφέρουσι τὸ γεγονὸς ΚΑΤΟΡΘΩΜΑ, *nescio qui fiat, ut diis & fortunæ, non huic viro & ipsius prudentiæ rei feliciter confectæ caussam adscribant.* Et pag. 845. lin. 1. Μεγάλου γὰρ ὄντος τοῦ ΚΑΤΟΡΘΟΥΝ ἐν πράγμασι, καὶ περιγίγνεσθαι τῶν ἐχθρῶν ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς· πολλῷ μείζονος ἐμπειρίας προσδεῖται καὶ φυλακῆς, τὸ καλῶς χρήσασθαι τοῖς ΚΑΤΟΡΘΩΜΑΣΙ. *Nam etsi res magna est bella feliciter gerere, & quæ fueris molitus exsequendo, hostes superare; longe tamen majore opus est peritia rerum & cautio, ut successu prospero recte aliquis utatur.* Et pag. 869. lin. 1. pag. 935. lin. 22 pag. 1375. lin. 10. pag. 1464. lin. 6. a f. pag. 1483. lin. 11. Oppositum ejus est ἐλάττωμα, pag. 919. lin. 13. *At egregius hic scriptor maledicendi studio occæcatus,* τὰ μὲν ΕΛΑΤΤΩΜΑΤΑ δυσμενικῶς καὶ μετ' αὐξήσεως ἡμῖν ἐξήγγελλε, τὰ δὲ ΚΑΤΟΡΘΩΜΑΤΑ συλλήβδην παραλέλοιπεν, *minus recte facta cum quadam animi malignitate solitus narrare, & simul omnia in majus attollere; præclara facinora, simul cuncta prætermisit.* Stoicorum argutias non est quod huc trahamus, subtiliter distinguentium inter καθῆκον medium & commune officium, & κατόρθωμα rectum sive perfectum officium, quod omnes numeros habet, ut ajunt,

ejunt, qualem non nisi in sapientem cadere statuebant. Sapientem autem fuisse Felicem, nemo unquam Stoicorum concesserit. Proinde nec ullum κατόρθωμα, secundum ipsorum quidem sententiam, ab eo proficisci potuisset. Habebant enim non Stoici tantum, sed alii quoque philosophi sua quædam verba, vel vulgo plane ignota, vel a vulgari sensu nonnihil deflexa. Ex vulgari autem loquendi consuetudine κατόρθωμα significat generatim *quodvis factum egregium*, speciatim vero *res bello præclare & feliciter gestas.*

Ibid. v. 3. ἀποδεχόμεθα - - μετὰ πάσης εὐχαριστίας.) *Suscipimus, amplectimur, agnoscimus, comprobamus cum omni gratiarum actione.* Exemplis jam allegatis ad Luc. VIII. 40. & Act. II. 41. hæc addi possunt pag. 190. lin. 16. pag. 559. lin. 14. πάντων τῶν κατὰ τὴν χώραν ΑΠΟΔΕΧΟΜΕΝΩΝ τὰς τε πράξεις αὐτῦ καὶ τὰς ἐπιβολὰς, *pro venerabilibus omnibus facta consultaque illius laudantibus*: & pag. 1195. lin. 5. a f. pag. 1229. lin. 3. a f. pag. 1280. lin. 19. a f. pag. 1321. lin. 5. a f. pag. 1434. lin. 3. pag. 1467. lin. 10. & pag. 1485. lin. 6.

Ibid. v. 4. ἐπὶ πλεῖον) *pluribus, diutius.* Polyb. pag. 216. lin. 12. τίνος δὲ χάριν ἐπὶ πλεῖον ΕΠΙ ΠΛΕΙΟΝ ὑπὲρ τ προειρημένυ πολέμυ μνήμην; *Quorsum autem Cleomenicum istud bellum pluribus est a nobis expositum?*

Ibid. v. 23. ἔχειν τε ἄνεσιν) Hoc videtur dicere, eum relaxandum esse a vinculis, ut in custodia quidem teneretur, sed ἀδέσμῳ, ut loquitur Arrianus de exped. 2, 15, 7. ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ εἶχεν, *in custodia, citra vincula tamen, habebat.* Item 3, 29, 12. & 7, 24, 4.

Ibid. τῶν ἰδίων αὐτοῦ) ΙΔΙΟΙ τοῦ Σελεύκου a Casaubono vertuntur *qui Seleuci sectam sequebantur* apud Polyb. pag. 1125. lin. 2. ἦσαν δὲ τῶν πρεσβευτῶν ΙΔΙΟΙ μὲν τοῦ Σελεύκου, καὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως. *E legatis Seleuci sectam sequebantur & factionis ejus erant Aristarchus &c.*

Ibid. v. 25. καιρὸν μεταλαβὼν] *tempus idoneum nactus.* Simplex est apud Polybium pag. 484. lin. antep. ὅτι ΛΑΒΟΙ ΚΑΙΡΟΝ, *quoties daretur occasio.* Et pag. 504. lin. 6. ὑπὲρ οὗ ΛΑΒΟΝΤΕΣ τὸν οἰκεῖον ΚΑΙΡΟΝ, πειρασόμεθα τὴν ἁρμόζουσαν μνήμην. *De quo mentionem, prout res poscet, suo loco sumus facturi.* pag. 1203. lin. 18. a f. Καὶ ὅτι ΛΑΒΩΝ ΚΑΙΡΟΝ, πᾶν τι πράξει κατὰ Ῥωμαίων. *Ac data occasione quidvis eum adversus Romanos moliturum.* Et pag. 1133. lin. 1. & pag. 105. lin. 5.

Cap. XXV. 7. ἃ οὐκ ἴσχυον ἀποδεῖξαι.) Polyb. pag. 900. lin. 7. *Hoc vero ne vos quidem dicere audetis; neque si ausi essetis,* δύναισθ' ἂν ΑΠΟΔΕΙΞΑΙ *probare unquam possetis.*

Ibid. v. 16. κατὰ πρόσωπον ἔχοι τοὺς κατηγο-

γάμος.] Polyb. pag. 1190. lin. 11. καλεῖν δ' ἐκέλευε ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ εἴ τις αὐτοῦ ΚΑΤΗΓΟΡΕΙ. *Si quis accusare vellet, eum jubebat vocari, ut in suum conspectum veniret.* Conf. ad Gal. II. 11.

Ibid. v. 18. αἰτίαν ἐπέφερον) Polyb. pag. 538 lin. 18. a f. τοῖς δὲ χειροποιήτους καὶ ψευδεῖς ΕΠΙΦΕΡΩΝ ΑΙΤΙΑΣ. *Alios per calumniam falsis criminationibus appetens.* Et pag. 555. lin. penult. ΕΠΕΦΕΡΕ μὲν ΑΙΤΙΑΣ τοῖς ἐν τῇ Σελευκείᾳ. *Seleucenses varie criminabatur.* pag. 1480. l. 17. ΕΠΗΝΕΓΚΑΝΤΕΣ ΑΙΤΙΑΝ, *crimini dantes.* Item Herodianus lib. 3. pag. 526. lin. penult. ἄλλοις ἄλλας ΕΠΙΦΕΡΩΝ ΑΙΤΙΑΣ, *aliis alia crimini dabat.* Et Herodotus lib. 1. pag. 11. B. ἄλλοισι ἄλλας αἰτίας ἐπιφέρων. & pag. 30. C. ἐπενείκαντες οἱ αἰτίην.

Ibid. v. 23. μετὰ πολλῆς φαντασίας) *cum magno apparatu atque ostentatione.* Hanc vocem Casaubonus inter eas retulit, quæ nusquam frequentius, quam apud Polybium reperiantur. Quod vere ab ipso dictum, exempla declarant. Ut lib. 16. cap. 12. init. ubi loquitur de Publio Scipione, Romam ex Africa redeunte: οὔσης δὲ τῆς προσδοκίας τῶν πολλῶν ἀκολούθου τῷ μεγέθει τῶν πράξεων, μεγάλην εἶναι συνέβαινε καὶ τὴν ΦΑΝΤΑΣΙΑΝ περὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τὴν τοῦ πλήθους εὔνοιαν πρὸς αὐτόν. *Cujus viri quum ea esset exspectatio, quam par erat tantis rebus gestis; & summam speciem ejus pompa habuit, & multitudo erga ipsum ingentem benevolentiam exhibuit.* Et Legat. 126. de Rege

Ariarathe Romam post acceptum infortunium veniente, pag. 1328. lin. 22. *οἰκείαν ποιούμενος περικοπὴν καὶ ΦΑΝΤΑΣΙΑΝ τῆς ὑποκειμένης περιστάσεως. Convenientem calamitati, in qua versabatur, fortunam atque speciem præ se ferens.* Et lin. ult. *Enimvero Diogenes & Miltiades tum in privatis congressibus μείζω ΦΑΝΤΑΣΙΑΝ εἷλκον ἅτε καὶ κατὰ τὸ πλῆθος πρὸς ἕνα συγκρινόμενοι, καὶ κατὰ τὴν ἄλλην περικοπὴν εὐτυχοῦντες, πρὸς ἐπταικότα θεωρούμενοι, speciem majorem ostentabant; utpote plures cum uno compositi; & præterea qui omnibus fortunæ rebus florentes spectarentur; ille afflictus & miser.* Et pag. 1416. lin. 2. *Tlepolemus, qui Ægyptiaci regni negotia administrabat, ætate quidem juvenis erat, καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐν στρατιωτικῷ βίῳ διεγεγόνει ΜΕΤΑ ΦΑΝΤΑΣΙΑΣ, atque in militari vita assidue cum splendore versatus.* Et pag 1459. lin. 19. *Æmilia jam pridem a L. Æmilio repudiata, τὴν τοῦ βίου χορηγίαν ἐλλειπεστέραν ἔχειν συνέβαινε τῆς κατὰ τὴν εὐγένειαν ΦΑΝΤΑΣΙΑΣ, artiorem quam pro splendore generis rem familiarem habebat.* Chrysost. Homil. in Pascha, opusc. Tom. VI. p. 539. D. *τὰ ἱμάτια τὰ φαιδρὰ, καὶ τῆς ἐσθῆτος τὴν* ΦΑΝΤΑΣΙΑΝ dicit *nitidum corporis cultum vestiumque ornatum.* Alibi sæpe id significat, quod Latini *speciem* dicunt, ut apud Polyb. pag 911. lin. 5. a f. *διὸ φαντασίαν ἀγρίων ποιεῖ. Quare speciem animalium ferorum præbent.* Vertitur etiam *fama* pag. 1438. lin. 5. a f. *Hic concionabundus cum eam rem commovisset, quam nemo tentare ausus fuerat, ταχέως περιεποιήσατο φαντασίαν παρὰ τοῖς πολλοῖς, famam apud*

po-

populum brevi comparavit. Interdum notat *speciem falsam*, & opponitur τῇ ἀληθείᾳ, pag. 944. lin. 15. a f. τοῖς μὲν ὑπεναντίοις ποιῶν φαντασίαν, ὡς ἔτο πράττων τ̃ πολιορκίας ἕνεκα, τῇ δὲ ἀληθείᾳ κλ. *in speciem, ut hosti persuaderet, ad obsidionem Utica illa se facere: revera autem &c.* Reperitur eadem vox quoque pag. 287. lin. 5. pag. 547. lin. 20. pag. 723. lin. 12. a f. pag. 796. lin. 20. pag. 890. lin. 18. & aliis locis innumeris.

Cap. XXVI. 3. γνώςην ὄντα σε) Accusativos hos locum obtinere Genitivorum consequentiæ, docuit jam *Er. Schmidius.* Cujus exemplo & ego quædam loca annotavi ex Xenophonte, sed in quibus accusativum præcedit ὡς vel ὥσπερ, quod in hac constructione fere fieri, recte monuit *Wellerus* in Syntaxi. Ita & apud Arrian. exp. Alex. 7, 26, 4. *Neque multo post Alexandrum decessisse,* ὡς ἔτο ἄρα ἤδη ΟΝ τὸ ἄμεινον, *quasi id magis in rem ipsius esset.* Et 7, 29, 5. & Hist. Indic. 11, 3. Protulit tamen locum appositissimum *Balth. Stolbergius* in Exercit. Gr. Ling. ex Dinarchi oratione contra Demosth. sub finem, in quo accusativus absolute ponitur sine ὡς· ἐ προσεκτέον ὑμῖν ἐςι τοῖς τέτων λόγοις, ΕΙΔΟΤΑΣ, ὅτι ἐκ πάντων τέτων γίνεται συνεργία περὶ τὸν Ἁρπάλε κατάπλεν καὶ τὴν ἄφεσιν. *Non vobis auscultandum est illorum orationi,* (scientes) *cum sciatis, ab omnibus istis mutuas tradi operas in Harpalo & recipiendo & dimittendo.* Nam (ut hoc obiter addam,) quæ præterea citat loca, huc non pertinent;

quo-

quorum alter ex Demosthene: *δίκαια ὑμῶν δεησόμεθα, ἀκοῦσαι ἡμῶν μετ' εὐνοίας, γνόντας, ὅτι ἰδιῶται παντελῶς ἐσμεν* &c. *Rem æquam precabimur a vobis, ut nos cum benovolentia audiatis, cum sciatis, quod omnino simus rudes &c.* hic enim participium *γνόντας*, non pendet ab *ὑμῶν*, sed ab *ἀκοῦσαι*· alter ex Æschine: *δέομαι ὑμῶν, ἐθελῆσαι μετ' εὐνοίας ἀκοῦσαί μου λέγοντος, ὑπολογιζομένους τό, τε μέγεθος τοῦ κινδύνου καὶ τὸ πλῆθος τῶν αἰτιῶν* &c. *oro vos, ut me dicentem benevole audire velitis, considerantes & periculi magnitudinem, & multitudinem criminum &c.* Neque enim hic τὸ *ὑπολογιζομένους* refertur ad *ὑμῶν*, sed ad *θελῆσαι*.

Ibid. v. 8. *εἰ ὁ Θεὸς*] *Εἰ* pro *ὅτι*. Ut apud Polyb. lib. 8. cap. 9. pag. 722. lin. 13. a f. *Adeo magna & præclara res est, animi moderatio: ὥστε μᾶλλον ὁ παθὼν τοῦ πράξοντος ᾐσχύνετο τὸ γεγονός, ΕΙ τοσούτων καὶ τηλικούτων κεκοινωνηκὼς ἔργων ἐπὶ τῷ τοῦ Φιλίππου συμφέροντι, τοιαῦτα τἀπίχειρα κεκόμισται τῆς εὐνοίας, ut eum qui acceperat injuriam potius quam auctorem injuriæ, facti puderet: quod post tot tantarumque rerum consilia cum Philippo consociata, & magno quidem ejus bono, hoc ipse demum benevolentiæ suæ præmium ferret.* Et pag. 984. lin. 17. & 21. Nec non pag. 432. lin. 8. *Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν εἰρήσθω πρὸς τοὺς ἀπίστως διακειμένους, ΕΙ δὴ χώννυται καὶ νῦν, καὶ χωσθήσεσθαί ποτε συμβήσεται τὸν Πόντον. Hæc dicta sint adversus eos, quibus incredibile videtur, quod jam nunc impleatur,*

&

& futurum aliquando sit ut oppleatur Pontus. Nam etiam quod jam tunc impleretur, plerique non credebant, ut constat ex pag. 430. lin. 11. Alia hujus significationis exempla annotavit Budæus, quæ a Devario repetuntur in libro de partic. Ling. Græcæ.

Ibid. v. 10. ἐξουσίαν λαβών.) Polyb. pag. 738. lin 4. ὧν γενομένων, ΕΛΑΒΟΝ ΕΞΟΥΣΙΑΝ εἰς τὸ καὶ πλεονάκις συμμιγνῦναι τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν. *Hac ratione adeundi sæpius Hannibalis fuit eis potestas.*

Ibid. v. 22. Ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ.] Frequens phrasis apud Polybium ἐπικουρίας τυγχάνειν. Ut lib. 1. cap. 83. extremo: Καρχηδόνιοι μὲν οὖν ΤΗΣ ΠΑΡΑ τῶν προειρημένων φίλων ΤΥΓΧΑΝΟΝΤΕΣ ΕΠΙΚΟΥΡΙΑΣ, ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν. *Carthaginienses igitur, eorum quos diximus opibus sublevati, obsidionem tolerabant.* Pag. 281. lin. 5. a f. πολλῆς ΕΠΙΚΟΥΡΙΑΣ ΕΤΥΧΕ ΠΑΡΑ τοῦ κρατήσαντος. *Multis rebus a victore est adjutus.* Construitur quoque cum ὑπὸ 426. lin. 6. a f. & pag. 469. lin 14. a f. & pag. 632. lin. 9. a f. nec non cum διὰ pag. 530. lin. 10. a f.

Ibid. v. 28. ἐν ὀλίγῳ) Τουτέστι παρὰ μικρὸν, *hoc est, propemodum, fere*, inquit Chrysostomus. Sed hoc a Paulo non intellectum idem ait: οὐκ ἐνόησεν ὁ Παῦλος, τί ἐστιν ἐν ὀλίγῳ, ἀλλ' ἐνόμισεν ὅτι ἐξ ὀλίγου. διὸ καὶ πρὸς τοῦτο ἀποκρίνεται· οὕτως ἰδιώ-

ἰδιώτης ἦν. *Non intellexit Paulus, quid esset ἐν ὀλίγῳ, sed putavit idem esse quod parvo temporis spatio. quapropter etiam ad hoc respondet. adeo idiota erat.* In Agrippæ igitur verbis, Chrysostomo interprete, ἐν ὀλίγῳ significat *fere*, sed in Pauli verbis *brevi tempore*. Quo sensu ne quis ἐν ὀλίγῳ recte dici dubitet, cum in Lexicis non reperiatur; utitur eo Polybius lib. II. cap. 6. pag. 874. lin. 20. Τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν ὀλίγῳ, *hoc autem brevi futurum est*, (ut Romani Græciam invadant,) *coacto jam Hannibale in angulum quendam agri Brutii concedere.* Sententia erga foret, Paulum optare, ut omnes fiant tales, qualis ipse erat, sive id paulo post, sive multo post fiat. Nos hoc sensu dicimus: Es sey über kurtz/ oder über lang. Nolim tamen propterea Paulum ignorantiæ Græci sermonis arguere. Crediderim potius ἐν ὀλίγῳ respondere nostro bald / quod & *propemodum* declarat, & *brevi tempore*, Paulumque non errore lapsum, sed de industria ita locutum, & quidem, ut mihi videtur, valde venuste atque argute. Nam cui quid ut persuadeatur parum abest, ei fieri potest ut id paulo post persuadeatur. Precatur igitur Paulus, ut Agrippas ceterique omnes vel non ita longe post, vel certe tandem aliquando ad fidem adducantur. Posset non incommode in nostra lingua retineri eadem ambiguitas, hoc modo: Du überredest mich bald/ daß ich ein Christ würde. Paulus aber sprach: Ich wünsche von GOtt / es geschehe bald oder langsahm/ daß nicht allein du ꝛc.

Cap.

Cap. XXVII. 2. τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους) *loca Asiæ*, sive *in Asia*, sive ipsam *Asiam*. Κατὰ cum nominibus locorum notat *in*. Ita Luc. XV. 14. Act. XI. 1. XV. 23. Act. XXIV. 12. & 14. &c. Et Polyb. pag. 4. lin. 14. περαιοῦσθαι μετὰ δυνάμεως εἴς τε τὴν Ἑλλάδα, καὶ ΤΟΥΣ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΣΙΑΝ ΤΟΠΟΥΣ. *Cum in Græciam, tum in Asiaticas regiones trajicere cum exercitu.* Pag. 3. lin. 28. ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Λιβύην τόποις. *In Italia autem & Africa.* Pag. 31. lin. 6. *Romani propius accedunt* τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν τόποις *ad Siciliam.* Item pag. 597. lin. 10. a f. & pag. 714. lin. 4.

Ibid. v. 3. Φιλανθρώπως τε ὁ Ἰούλιος τῷ Παύλῳ χρησάμενος,] Polyb. pag. 102. lin. 1. τοὺς πράως καὶ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩΣ τῷ πλήθει ΧΡΩΜΕΝΟΥΣ. *Qui benignitate & humanitate in subditos uterentur.*

Ibid. v. 10. θεωρῶ ὅτι - - - μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν,) Sicut interdum accusativum sequitur particula ὅτι cum nominativo & indicativo, cujus syntaxeos exempla sunt Joh. VIII. 54. & Act. XVI. 3. Ita vice versa hic eandem particulam excipit accusativus cum infinitivo, loco nominativi & indicativi. Ita Polyb. lib. 1. cap. 39. pag. 56. lin. 4. a f. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι διαδοθείσης φήμης περὶ τῆς ἐν τῇ Λιβύῃ μάχης, ΟΤΙ τὰ θηρία τάς τε τάξεις αὐτῶν ΔΙΑΣΠΑΣΑΙ, καὶ τοὺς πλείστους διαφθεῖραι τῶν ἀνδρῶν. *Romani enim, postquam fama*

fama accepissent, elephantos in Africana pugna ordines dissipasse, multosque militum contrucidasse. Arrianus dissert. Epict. lib. I. cap. 10. init. pag. 46. lin. II. περὶ τῶν ἑξῆς ἐπαγγελλόμενος, ΟΤΙ ἄλλο οὐδὲν ἀναβὰς ΣΠΟΥΔΑΣΕΙΝ, ἢ ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἀταραξίᾳ διεξαγαγεῖν τὸ λοιπὸν τοῦ βίου. *In posterum promittens, Romam reversum nihil aliud se curaturum, quam ut in tranquillitate & sine perturbatione reliquum vitæ possit exigere.* Item exped. Alex. 6, 26, 10. ἔνθα δὴ Ἀλέξανδρον συνιέντα ΟΤΙ ἐν ἀριστερᾷ ἀποκλίναντα ΑΓΕΙΝ. *Ibi Alexandrum conjectura assequutum, ad sinistram deflectendum esse.* Hist. Indic. 6, 6. ὥστε ἀπὸ τῶνδε ἔξεστι τεκμηριοῦσθαι καὶ τοῦ Νείλου τὸ πάθημα τοῦτο, ΟΤΙ ἐοικὸς ΕΙΝΑΙ ὕεσθαι τὰ Αἰθιόπων ὄρεα τοῦ θέρεος. *Ex quibus licet similem Nili naturam colligere, quod verisimile sit Æthiopum montes æstate complui.* Reperitur etiam ὅτι cum accusativo solo sine infinitivo. Ut apud Polyb. pag. 1107. lin. 8. *Nominatim autem eas urbes designari, quibus libertas indulgetur:* ταύτας δ' εἶναι τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν· τὰς δὲ παραδιδομένας Ῥωμαίοις, φανερὸν, ΟΤΙ ΤΑΣ κατὰ τὴν Εὐρώπην. *Eas nempe quæ sunt in Asia: quæ autem Romanis tradantur, eas videlicet esse quæ sunt in Europa.* Arrianus de exped. Alex. 2, 16, 8. οἶδα δὲ ἐγὼ καὶ εἰς τοῦτο, ΟΤΙ εὔβοτον τὴν Ἤπειρον ταύτην, καὶ βοῦς τρέφουσαν καλλίστας. *Præterea vero ego quoque novi, pinguia in illa continenti pascua esse, & opimas boves in ea pasci.* Ad quem locum plura adducit Gronovius; qui tamen in eo fallitur, quod huc refert ista ex Xenophonte ὅτι βελτίστους παρασκευάζειν, ὅτι ἐγγύτατα-

τοῦ ἄγειν τ͂ πόλεως, ὅτι σμικρότατον τ͂ πολέμυ λιπεῖν, &c. in quibus nihil simile est huic nostro loco. Neque enim in iis ὅτι cum infinitivo construitur, sed cum superlativo, cui ὅτι intendendi gratia præponi solet, ut sit ὅτι βελτίςυς *quam optimos*, ὅτι ἐγγύτατα *quam proxime* &c. Qua de re Possellius in Syntaxi Græca pag. 38. Cæterum & Plutarchus post ὅτι ponit infinitivum, paedag. 7, 13. Κράτης ἔλεγεν, ΟΤΙ, εἴπερ ἄρα δυνατὸν ἦν, ἀναβάντα ἐπὶ τὸ μετεωρότατον τῆς πόλεως ΑΝΑΚΡΑΓΕΙΝ μέρ@. *Crates dicebat, se, si fieri posset, altissimo urbis loco conscenso, proclamaturum.*

Ibid. v. 12. εἴπως δύναιντο] Polyb. pag. 440. lin. 15. a f. κατεπειράζε τῶν Βυζαντίων, ΕΙΠΩΣ ἤδη μεταμελοῖντο καταπεπληγμένοι τὸν πόλεμον. *Tentabat Byzantinorum animos, ecquid tanto belli apparatu territi, consilium mutarent.*

Ibid. v. 13. τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι] Polyb. pag. 535. lin. 7. a f. πεπεισμέν@ ΚΑΤΑΚΡΑΤΗΣΕΙΝ ΤΗΣ ΠΡΟΘΕΣΕΩΣ, *quod voti compotem posse fieri se crederet.* Et pag. 1284. lin. 12. a f. ἀκονιτὶ ΚΑΤΕΚΡΑΤΗΣΑΝ ΤΗΣ ΠΡΟΘΕΣΕΩΣ. *Nullo penitus negotio destinata perfecerunt.* Et pag. 1245. lin. 20. ἐφιλοτιμῦντο μὴ ΚΡΑΤΗΣΑΙ τὸν Ἄτταλον τ͂ ἐπιβολῆς. *Omni studio contendebant, ne is rem perficeret.*

Ibid. v. 14. ἔβαλε) Neutrum verbum hic

est, ut apud Arrian. Epict. pag. 504. Τί οὖν οὐ φέρει βάλλων. *Cur igitur non sterno procumbens?* Et pag. 225. lin. 23. It. Julian. in Cæsar. pag. 850. lin. 18. ΒΑΛΛ' εἰς μακαρίαν, *abi in malam rem.* Quidam tamen pronomen σεαυτὸν, ἐμαυτὸν, ἑαυτὸν malunt subaudire.

Ibid. v. 15. ἀντοφθαλμεῖν) *obniti, resistere.* Polyb. pag. 22. lin. 27. δι' ἧς ΑΝΤΟΦΘΑΛΜΕΙΝ δυνήσονται τοῖς πολεμίοις, *quo hostibus intrepide resistere possent.* Ad quem locum Casaubonus in Commentario hæc annotat: Familiare verbum Polybio, ἀντοφθαλμεῖν: quod locutione proverbiali de iis usurpatur, qui rem non parum difficilem, nec periculo carentem audent. Hæc ille. Sic & pag. 97. lin. 2. μηδ' ὅλον Καρχηδονίους ΑΝΤΟΦΘΑΛΜΗΣΑΙ ποτ' ἂν πρὸς αὐτοὺς ἐν τοῖς ὑπαίθροις. *Nedum Carthaginienfibus fimis fore animi ad standum contra ipsos in acie.* Item pag. 156. lin. 5. pag. 185. lin. 21. pag. 235. lin. 7. a f. pag. 300. lin. 8. pag. 418. lin. 9. pag. 420. lin. 5. a f. pag. 755. lin. 16. pag. 1097. lin. 8. a f. Neque tantum de hostibus dicitur, sed etiam de amicis, pag. 1109. lin. 4. a f. *Dum gratias Tito agant, pene illum enecarunt:* οἱ μὲν γὰρ ΑΝΤΟΦΘΑΛΜΗΣΑΙ κατὰ πρόσωπον, καὶ σωτῆρα προσφωνῆσαι βουλόμενοι, *quippe aliis suis ipsorum oculis incoram eum spectare, & salutis suæ auctorem salutare cupientes.*

Ibid. ἐπιδόντες) Plerique omnes supplent *navim vento*; sed potest quoque subintelligi

ἑαυ-

ἑαυτοὺς, ut Arrianus loquitur Epict. lib. 4. cap. 9. pag. 498. lin. 15. *Ne id tibi accidat, quod timidis solet,* οἱ ἅπαξ ἐνδόντες, εἰσάπαν ΕΠΕΔΩΚΑΝ ΕΑΥΤΟΥΣ, καὶ ὡς ὑπὸ ῥεύματος παρεσύρησαν, *qui cum semel remiserunt, abjiciunt se totos, & tanquam fluctibus abripiuntur.* Polyb. pag. 787. lin. 13. a f. ἐν οἷς καιροῖς Φίλιππος ἐθελοντὴν ΑΥΤΟΝ ΕΠΙΔΟΥΣ, ἐπανεῖλε μὲν τοὺς τυράννους. *Quo tempore Philippus periculo ultro se objiciens, tyrannos sustulit.* Item pag. 788. lin. 7.

Ibid. v. 17. ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον.] Quæ fuerit navium succingendarum ratio, nihil equidem adhuc apud antiquos vel ipse reperi, vel ab aliis repertum & annotatum deprehendi. Interim nihil probabilius mihi occurrit, quam quod *Beza & Grotius* dicunt, succinctam navim fuisse *funibus utrinque sub fundum navis adductis, & ita utraque navis latera adstringentibus, ne vi ventorum & fluctuum dissiliret.* Vincula illa ὑποζώματα fuisse appellata, ex Platone intelligitur, qui in decimo Rerumpub. ait, εἶναι τὸ φῶς ξύνδεσμον οὐρανοῦ, οἷον τὰ ΥΠΟΖΩΜΑΤΑ τῶν τριήρων, *esse lucem vinculum cœli, sicut succinctoria triremium.* Quem locum Camerarius in Comment. utriusque linguæ pag. 345. lin. 9. citat, ὑποζώματα interpretatus *navium firmas trabes, continentes molem illam.* Ad quam tamen rem videntur funes, quam trabes, aptiores fuisse. Sed, uti dixi, nihil habeo, quod pro certo affirmem, nisi hoc unum, non orta demum tempestate naves suc-

 cingi

cingi solitas, sed jam cum appararentur, simul succinctas, vel certe instrumentis succinctoriis instructas fuisse. Cui rei Polybii locus indicio est Legat. 64. pag. 1229. lin. 12. a f. *Hegesilochus, simulac cognitum est, bellum a Romanis cum Perseo gestum iri: tum ad cetera quod attinet suos cives fuerat cohortatus, ut spes suas cum Romanis jungerent:* καὶ μ' ναῦς συμβουλεύσας τοῖς Ῥοδίοις ΥΠΟΖΩΝΝΥΕΙΝ· ἵνα ἐάν τις ἐκ τῶν καιρῶν γένηται χρεία, μὴ τότε παρασκευάζωνται πρὸς τὸ παρακαλούμενον, ἀλλ' ἑτοίμως διακείμενοι πράττωσι τὸ κριθὲν ἐξαυτῆς. *Tum etiam auctor Rhodiis fuerat, ut quadraginta naves reficerent; ne si qua tempora inciderent, ut iis populo Romano opus esset, in apparanda classe tunc cum peteretur, essent occupati: sed rebus ante praeparatis, extemplo quod decretum foret praestarent.*

Ibid. v. 20. ἐπὶ πλείονας ἡμέρας) Polyb. pag. 597. lin. 11. a f. διατρίψας ΕΠΙ τρεῖς μῆνας, *moratus tres menses.*

Ibid. τὸ λοιπὸν) *jam, in posterum, in reliquum, deinceps.* Polyb. pag. 15. lin. 7. a f. Λύσας τὴν πολιορκίαν, ΛΟΙΠΟΝ ἐπιπορευόμενος ἀδεῶς ἐπόρθει τὴν χώραν. *Soluta obsidione, postea huc illuc discurrens, agros impune vastat.* Ita Zosimus lib. 1. p. m. 643. lin. 6. ὑφ' ἑαυτῷ ΛΟΙΠΟΝ ὀρρωδοῦντα, *sibi jam metuentem.* Item pag. 648. lin. 16. *Quum ignavia temulentiaque occupatos animadverterent milites,* οὔτε εἰς τὸ τεῖχος ΛΟΙΠΟΝ

αἰτι-

ἀνιόντας, *ne murum quidem amplius conscendere.* Et pag. 775. lin. 16. ὥστε δὴ ΛΟΙΠΟΝ οὐκ ἐν ἀποῤῥήτῳ τὰ τῆς ὑποψίας ἐτρέφετο. *Ex eo tempore non clanculum suspiciones alebantur.*

Ibid. περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς] Similes phrases sunt apud Polyb. pag. 441. lin. 8. a f. ΠΑΡΕΙΛΟΝΤΟ τὴν ὁλοσχερεστάτην ΕΛΠΙΔΑ τῶν Βυζαντίων. *Spem Byzantiis, cui plurimum innitebantur, ademerunt.* Et pag. 869. lin. 7. a f. ΠΑΣΑΣ ΑΦΕΛΟΜΕΝΗ τὰς εἰς τὸ μέλλον ΕΛΠΙΔΑΣ ἡ τύχη. *Fortuna spem omnem in posterum sustulit.*

Ibid. v. 21. ἔδει) Polyb. pag. 548. lin. 19. a f. αὖθις δὲ Ἐπιγένους καταρξαμένου καὶ λέγοντος περὶ τῶν ἐνεστώτων, ὡς ΕΔΕΙ ΜΕΝ πάλαι μὴ μέλλειν κατὰ τὴν αὐτοῦ συμβουλίαν, πρὸ τοῦ τηλικαῦτα προτερήματα λαβεῖν τοὺς ἐχθρούς· οὐ μὴν ἀλλὰ ΚΑΙ ΝΥΝ ἔτι φάσκοντος δεῖν ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων. *Epigene sermonem denuo occupante, & super ea re dicente: Oportuisse quidem jam ante usos consilio quod ipse dederat, non cunctari, neque procrastinatione uti; priusquam tantum incrementi res hostium fecissent; hortari tamen etiam nunc, ut in ejus belli curam Rex incumberet.*

Ibid. v. 23. Παρέστη) Polyb. pag. 814 lin. 5. a f. τὸ δὲ τελευταῖον, ἐξ ἀρχῆς ἔφη τὴν ἐπιβολὴν αὐτῷ ταύτην ὑποδεδειχέναι τὸν Ποσειδῶνα ΠΑΡΑΣΤΑΝΤΑ κατὰ τὸν ὕπνον. *Illud ad extremum adjecit, Neptunum jam inde a principio in somnis sibi* ad-

adstitisse, atque hujus incepti suscipiendi consilium suggessisse.

Ibid. v. 38. ἐκούφιζον τὸ πλοῖον) Polyb. pag. 56. lin. 7. οὐ μὴν ἀλλὰ πάλιν ἀνελπίστως μετά τινα χρόνον ἐπισχεθείσης τῆς θαλάττης ἐκρίψαντες ἐκ τῶν πλοίων πάντα τὰ βάρη, μόλις ΕΚΟΥΦΙΣΑΝ τὰς ναῦς. *Sed mox præter spem redeunte mari, facto omnium onerum, jactu ægre tandem naves sublevarunt.* Item pag. 85. lin. 8.

Ibid. v. 39. ἐξῶσαι) Ἐκβάλλειν dicit eodem sensu Polybius pag. 963. lin. 14. ubi tamen lin. 18. & ἐξώθειν occurrit: *Romani suorum multitudinem a castris in littus ad populandum effusam, opis sibi ferendæ gratia in oppositam oram accurrere conspicati,* ΕΞΕΒΑΛΟΝ τὴν ναῦν εἰς τὴν γῆν· τῶν μὲν ἐπιβατῶν οἱ πλεῖστοι διεφθάρησαν, οἱ δὲ πρεσβευταὶ παραδόξως ΕΞΕΡΩΣΘΗΣΑΝ, *impetu maximo in terram navim immiserunt. Periit propugnatorum pars maxima; legati, mirabili quodam casu in siccum sunt ejecti.*

Ibid. v. 40. κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν.) Polyb. lib. 1. cap. 25. pag. 36. lin. 6. ΚΑΤΕΣΧΟΝ ΕΙΣ Μεσσήνην. *Messanam appellunt.* Vide *Camerarium.* Quanquam hic potius aliquo versus navem dirigere videtur significare; cujus generis exemplum est in Xenophonteis annotationibus.

Ibid. v. 41. ἐπώκειλαν τὴν ναῦν) Significatur

tur verbo hoc appulsio vehemens. Polyb. pag. 29. lin. 17. & pag. 74. lin. 15. ἢ τοῖς βραχέσι ΠΕΡΙΠΙΠΤΟΝ ἐκάθιζε κατὰ πρύμναν, ἢ πρὸς τὴν γῆν φερόμενον ΕΠΩΚΕΛΛΕ. *Aut a puppe sidebat, si in brevia incideret: aut si in terram ferretur, solo illidebatur.* Factum autem hic est, quod Paulus fieri oportere dixerat v. 26. εἰς νῆσον δέ τινα δεῖ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν. Unde Polybius pro ἐποκέλλειν paulo post usurpat neutrum ἐκπίπτειν lin. 12. a f. (quo & Lucas hic utitur v. 26.) Καὶ τῶν μὲν καθιζόντων ἐν τοῖς βραχέσι, τῶν δ' ΕΚΠΙΠΤΟΝΤΩΝ σκαφῶν. *Cum alia naves iter brevia siderent, alia terra alliderentur.* Confer *Camerarium*. Eodem verbo sæpius utitur Arrianus de exp. Alex. Ut 2, 23, 5. 6, 18, 9. 5, 20, 15. & Hist. Ind. 28, 4. & 30, 8. &c.

Ibid. v. 44. διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν.) Arrian. de exp. 1, 5, 19. ΕΠΙ ΤΟ στρατόπεδον ΔΙΕΣΩΘΗΣΑΝ, *in castra salvi pervenerunt.*

Cap. XXVIII. 2. παρεῖχον οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν) In Excerptis Polybianis pag. 1558. med. Ῥωμαῖοι ΟΥ ΤΗΝ ΤΥΧΟΥΣΑΝ πρόνοιαν ἐποιοῦντο. *Omni diligentia providebant Romani.* Sic & Act. XIX. 11.

Ibid. τὸν ἐφεστῶτα) Polyb. pag. 1053. lin. 22. ὥστε διὰ τὸν ΕΦΕΣΤΩΤΑ ζόφον μηδὲ τοὺς ἐν ποσὶ δύνασθαι βλέπειν. *Adeo ut propter offusam rebus caliginem nemo alium ante pedes stantem cerneret.* Loquitur vero de aëre nebuloso.

Ibid. v. 10. πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμ] Polyb. pag. 1016 lin. 18. *Merito igitur bene dii etiam mortuum,* τοιαύταις ΕΤΙΜΗΣΑΝ ΤΙΜ *ejusmodi honoribus affecerunt.*

Ibid. v. 23. Ταξάμενοι δὲ αὐτῷ ἡμέραν] lyb. pag. 1097. lin. 7. a f. ὁ δὲ Τίτος ΤΑΞΑΜΕΝ ΗΜΕΡΑΝ πρὸς τὸν Φίλιππον, *at Titus constituta Philippo die.* Et pag. 607. lin. 23. παραγενομ δὲ τῆς ΤΑΧΘΕΙΣΗΣ ΗΜΕΡΑΣ. *Ubi constituta adventu.*

Ibid. v. 25. ἀπελύοντο) *discedebant.* S supra Act. XV. 30. & 33. Ἀπολύεσθαι pro *discede re* est locutio Polybiana, inquit *Grotius.* Qua unum alterumve exemplum afferamus. It pag. 170. lin. 1. ΑΠΟΛΥΟΜΕΝΟΥ δ' αὐτοῦ πάλιν ε τὰς Ἀχέρας. *Sed illo Acerras redeunte.* Et pag 770. lin. 10. αὖθις ΑΠΟΛΥΕΤΑΙ μετ' ἀσφαλεία *Secure inde se recipit.* Et alibi, καὶ λαβὼν τὸ κα ταλειφθὲν, αὖθις ΑΠΕΛΥΕΤΟ, *acceptoque quo reliquerat, rursus abibat.* Item pag. 992. lin. 4 a f. ὥστε μηδ' αὐτὸν εἰδέναι μήτε πῶς τὸ παράπαν ἐκ τῆς ἐκκλησίας ΑΠΕΛΥΘΗ. *Ita ut ne ipse quidem sci ret, quo pacto ex illa concione esset dimissus.*

IN

In EPIST. ad ROMANOS.

CAP. I. 4. ἐξ ἀναςάσεως) Si cui *Lutheri* interpretatio probatur, qui, uti & Æthiops, vertit *post resurrectionem*, sint der Zeit er auferstanden ist: non est, quod is *Willeti* opinionem moretur, qui in Poli Synopsi ait, ita scribendum fuisse μετὰ ἣν ἀνάςασιν. Nam ἐξ etiam temporis notam esse & *post* significare, vel ex uno Arriano satis constat, de exp. Alex. 1, 26, 3. Τότε δ' ἐκ νότων σκληρῶν βορέαι ἐπιπνεύσαντες. *Tum vero post graves notos boreales venti exorti.* Item 3, 15, 13. 5, 25, 3. & Hist. Ind. 33, 5. *adeo novum atque insolens iis videbatur*, ἐκ τοσῶνδε κακῶν *post tot mala hominem Græcum cernere.* Sic & Xenophon dicit ἐξ ἀρίςȣ *post prandium*, *a prandio*, rer. Græc. lib. 6.

Ibid. v. 16. Ἰȣδαίῳ τε πρῶτον καὶ ἕλληνι] Discrimen hoc inter Judæum & Græcum Epictetus etiam, non modo Paulus noverat; quem quod Grotius more judaico ita locutum ait, concedi potest, si intelligatur, a Judæis quidem ortum hunc loquendi morem, a Græcis tamen repudiatum non fuisse, etiam disertissimis, in quibus omnino Arrianus censendus est, apud quem Epictetus sic lib. 2. cap. 9. pag. 163. lin 24. τί ἐξαπατᾶς τȣ̀ς πολλȣ́ς; τί ὑποκρίνη, ΙΟΥΔΑΙΟΣ ὢν, ΕΛΛΗΝΑΣ; *Quare decipis multitudinem? Cur te, cum Judæus sis, Græcum simulas?*

Ibid. v. 19. *Τὸ γνωςὸν*) Vim hujus verbi rectissime intelligas ex Epicteti sermone, Academicum quendam ita loquentem inducentis apud Arrian. lib. 2. cap. 20. pag. 224. lin. 6. *γίνωσκε, ὅτι ἐδὲν ἐςὶ ΓΝΩΣΤΟΝ, ἀλλὰ πάντα ἀτέκμαρτα. Scito, quod nihil sciri*, sive cognosci & certo percipi *possit, sed quod omnia sint obscura*, nullisque signis aut indiciis deprehendi, nullis argumentis intelligi, nulla conjectura colligi possint; hoc enim est *ἀτέκμαρτον*. Unde ab Hesychio quoque exponitur *ἄγνωςον, ἄσημον*, quod nulla nota deprehendi, nec ullo signo cognosci potest. *Ἀμάρτυρον* pro eo dicit idem Paulus Act. XIV. 17. Opponitur ergo *γνωςὸν τῷ ἀγνώςῳ*, & significat *quidquid ex signis colligi potest*, quæ hoc quidem loco sunt omnes res creatæ.

Ibid. v. 20. *ἀπὸ κτίσεως κόσμε*) Multa præclare hac de re Epictetus, ex quibus temperare mihi nequeo, quo minus pauca excerpam. Ita lib. 1. cap. 6. pag. 24 & 25. *Τίς δ' ὁ ἁρμόσας τὴν μάχαιραν πρὸς τὸν κολεὸν, καὶ τὸν κολεὸν πρὸς τὴν μάχαιραν; καὶ μὴν ἐξ αὐτῆς τῆς κατασκευῆς τῶν ἐπιτετελεσμένων ἀποφαίνεσθαι εἰώθαμεν, ὅτι τεχνίτε τινὸς πάντως τὸ ἔργον, ἐχὶ δ' εἰκῆ κατεσκευασμένον· ἆρ' ἐν τέτων μὲν ἕκαςον ἐμφαίνει τὸν τεχνίτην· τὰ δ'* ΟΡΑΤΑ, *καὶ ὅρασεις καὶ φῶς ἐκ ἐμφαίνει; Quis aptavit gladium vaginæ, & vaginam gladio? Profecto ex ipsa constructione operum pronunciare solemus, omnino artificis alicujus opus esse, non autem casu factum. Ergone horum quodque declarat artificem: illa*

ille appellabilis vero, & visus, & lumen non declarant? Et paulo post: οὐδὲ ταῦτα ἱκανὰ κινῆσαί τινας καὶ διατρέψαι πρὸς τὸ μὴ ἀπολιπεῖν τὸν τεχνίτην; ἢ ἐξηγησάσθωσαν ἡμῖν, τί τὸ ποιοῦν ἐστιν ἕκαστον τούτων· ἢ πῶς οἷόν τε τὰ οὕτω θαυμαστὰ καὶ τεχνικὰ εἰκῇ καὶ ἀπὸ ταυτομάτου γίνεσθαι. *Ne hac quidem satis movere possunt quosdam & adducere, ne deserant artificem? aut exponant nobis, quid sit quod faciat quodque horum: aut qui fieri possit, ut adeo admiranda & artificiosa temere casuque efficiantur?* Et pag 27. lin. 11. τὸν δ' ἄνθρωπον θεατὴν εἰσήγαγεν αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνον θεατὴν, ἀλλὰ καὶ ἐξηγητὴν αὐτῶν. *Deus hominem introduxit in mundum, ut contemplatorem ipsius & operum ipsius, & non solum contemplatorem, sed etiam interpretem illorum.* Idem Epictetus accusat homines, quia omittant εὐχαριστεῖν gratias agere Deo, quod ipsius providentia sint usibus nostris bruta animalia destinata atque parata pag. 67. lin. 14. Et lib. 2. cap. 14. pag. 186. μαθεῖν δεῖ πρῶτον τοῦτο, ὅτι ἐστὶ θεὸς, καὶ προνοεῖ τῶν ὅλων· καὶ οὐκ ἔστι λαθεῖν αὐτὸν, οὐ μόνον ποιοῦντα, ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενον, ἢ ἐνθυμούμενον· εἶτα ποῖοί τινές εἰσιν; οἷοι γὰρ ἂν ἐκεῖνοι εὑρεθῶσι, τὸν ἐκείνοις ἀρέσοντα καὶ πεισθησόμενον ἀνάγκη πειρᾶσθαι κατὰ δύναμιν ἐξομοιοῦσθαι ἐκείνοις· εἰ πιστόν ἐστι τὸ θεῖον, καὶ τοῦτον εἶναι πιστόν· εἰ ἐλεύθερον, καὶ τοῦτον ἐλεύθερον· εἰ εὐεργετικὸν, καὶ τοῦτον εὐεργετικόν· εἰ μεγαλόφρον, καὶ τοῦτον μεγαλόφρονα. ὡς θεοῦ τοίνυν ζηλωτὴν, τὰ ἑξῆς πάντα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν. *Primum hoc discendum est, quod sit Deus, & curet universa, & quod non possit eum latere, non solum*

qui

qui aliquid facit, sed etiam qui cogitat aut mente agitat. Deinde quales Dii sint? Quales enim illi reperti fuerint, necesse est, ut qui illis placere & obedire vult, conetur pro viribus similem se illis præbere. Si fidelis est Deus, & ipsum fidelem esse oportet: si liberalis, & ipsum liberalem: si beneficus, & ipsum beneficum: si magnanimus, & ipsum magnanimum: & in omnibus reliquis tanquam Dei imitatorem & facere & loqui conveniet. Denique pag. 189. ὀλίγοι δ' εἰσὶν οἱ πανηγυρίζοντες ἄνθρωποι φιλοθεάμενοι, τί ποτ' οὖν ἐστιν ὁ κόσμος; τίς αὐτὸν διοικεῖ; οὐδείς; καὶ πῶς οἷόν τε, πόλιν μὲν ἢ οἶκον μὴ δύνασθαι διαμένειν, μηδ' ὀλιγοστὸν χρόνον δίχα τοῦ διοικοῦντος καὶ ἐπιμελουμένου· τὸ δ' οὕτω μέγα καὶ καλὸν κατασκεύασμα, εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν οὕτως ἀτάκτως οἰκονομεῖσθαι; ἔστιν οὖν ὁ διοικῶν. Ποῖός τις, καὶ πῶς διοικῶν; ἡμεῖς δὲ τίνες ὄντες ὑπ' αὐτοῦ γεγόναμεν, καὶ πρὸς τί ἔργον; ἆρά γ' ἔχομέν τινα ἐπιπλοκὴν πρὸς αὐτὸν, καὶ σχέσιν, ἢ οὐδεμίαν; ταῦτ' ἐστὶν ἃ πάσχουσιν οὗτοι οἱ ὀλίγοι. *Pauci vero in isto cœtu sunt cognoscendi cupidi, quidnam sit mundus? quis ipsum gubernet? Nemo? Qui ergo fieri potest, ut urbs quidem aut domus non possit consistere, ne vel minimo tempore absque administratore & curatore: hoc autem tam magnum & pulchrum ædificium, temere & fortuito nulloque ordine administretur? Est ergo qui eum administrat. Qualis ille, & quomodo administrat? nos autem quales ab ipso facti sumus, & ad quod opus? Num habemus quandam necessitudinem cum ipso & societatem, aut nullam? Hæc sunt, quæ paucis illis in mentem veniunt.*

Ibid.

Ibid. ἀναπολογήτους) : In Lexicis hoc nomen sine auctore Græco citatur; Cicero tantum allegatur ad Attic. lib. 16. ep. 7. Exstat vero apud Polyb. pag. 1265. lin. 9. a f. Τούτων δ' ἑξῆς τὸ συνεχὲς ἐξειργάζοντο, καὶ προσετίθεσαν, ποιοῦντες ΑΝΑΠΟΛΟΓΗΤΟΝ τὴν ἁμαρτίαν. *Secundum hæc etiam reliqua convenienter istis administrarunt, tandemque peccata peccatis adeo cumularunt, ut excusationi nullus relinqueretur locus.* Et pag. 13. lin. 7. δυσαπολόγητον εἶχε τὴν ἁμαρτίαν, *excusari id delictum difficulter poterat.*

Ibid. v. 21. ἐσκοτίσθη) Eadem translatione dicit Polyb. pag. 1392. lin. 5. *Multa hujusmodi Timæus mala fide retulit*, καὶ δοκεῖ τὸ παράπαν οὐκ ἄπειρος ὢν οὐδενὸς τῶν τοιούτων, ὑπὸ δὲ τῆς φιλονεικίας ΕΠΙΣΚΟΤΟΥΜΕΝΟΣ, *ac mihi quidem videtur minime harum rerum ignorantia lapsus, sed potius pertinacia excæcatus quoties laudare aliquem aut vituperare statuit, repente sui ipsius oblivisci atque omnes officii leges excedere.*

Ibid. v. 27. χρῆσιν] Uti χρῆσις hic de mulieribus, ita et de viris, qui muliebria patiuntur, dicitur a Theopompo apud Polyb. 1376. sub fin. οἱ δὲ ΑΛΛΗΛΟΙΣ ἐτόλμων ἐπανίστασθαι πώγωνας ἔχοντες, καὶ περιήγοντο μὲν δύο καὶ τρεῖς τοὺς ἑταιρευομένους, αὐτοὶ δὲ τὰς αὐτὰς ΧΡΗΣΕΙΣ ἑτέροις παρείχοντο. *Illi vero viros barbatos constuprare non dubitabant. ac duos quidem treisve meritorios pueros secum circumducebant, cæterum ipsi eandem sui copiam aliis faciebant.*

Ibid.

Ibid. v. 28. ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει,) Simile huic loquendi genus est ἔχειν ἐν παραδόσει apud Polyb. pag. 915. lin. 15. *Fœdera cum Locris neque nunc esse neque unquam fuisse ipsis dicebantur.* πρὸς μέντοι Σικελοὺς πάντες ΕΙΧΟΝ ΕΝ ΠΑΡΑΔΟΣΕΙ· *Contra cum Siculis fœdus sibi intercedere, ceu traditione majorum acceptum, omnes affirmabant.*

Ibid. v. 30. ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας,) Cognata hæc sunt vitia, posteriusque ex priori nascitur, verborum nempe jactantia ex animi fastu. Unde a Polybio conjunguntur pag. 529. lin. 11. Ταῦτα μὲν οὖν προήχθην εἰπεῖν, χάριν τῆς ΑΛΑΖΟΝΕΙΑΣ τῶν ΥΠΕΡΗΦΑΝΟΥΝΤΩΝ ἑαυτοὺς κατὰ τὰς ἰδίας πραγματείας. *Atque ad hæc dicenda me impulit illorum jactantia, qui se in tractationibus suis superbius efferunt.*

Ibid. v. 31. ἀσυνθέτους — ἀσπόνδους,) Ἀσύνθετος est *fœdifragus*, cui opponitur εὐσυνθετῶν *fidem servans* apud Polyb. pag. 1166. lin. 8. a f. Ἄσπονδος autem est *qui reconciliari & placari nequit*, unde πόλεμος ἄσπονδος Græcis dicitur *bellum internecinum*, apud eundem Polyb. pag. 91. lin. penult. τόν τε γὰρ παρὰ τοῖς πολλοῖς λεγόμενον ΑΣΠΟΝΔΟΝ πόλεμον τίνα φύσιν ἔχει καὶ διάθεσιν, μάλιστ᾽ ἄν τις ἐκ τῶν τότε γεγονότων ἐπιγνοίη. *Enimvero, quod vulgo Græci asponden bellum vocant, quasi inexpiabile dicas, id quam naturam habeat, & quale sit, ex iis quæ tunc acciderunt, optime cognosci poterit.*

Cap.

Cap. II. 2. Τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν] Polyb. pag. 463. lin. 4. λαβόντες ἔννοιαν ΤΟΥ ΚΑΤ' ΑΛΗΘΕΙΑΝ ΟΝΤΟΣ, *cognito quod res erat*, nempe hostes adesse, quod antea ignoraverant. Pag. 910. lin. 9. a f. περὶ ὧν οὐδὲν ἱστορήσας Τίμαιος, ὥσπερ ἐπίτηδες τἀναντία ΤΟΙΣ ΚΑΤ' ΑΛΗΘΕΙΑΝ ΥΠΑΡΧΟΥΣΙΝ ἐξηγεῖται: *Timaeus qui de his nihil quicquam didicerat, velut de industria ea memoriae mandavit, quae cum veritate pugnarent.* Pag 1029. lin. 21. καὶ γὰρ ΗΝ τοῦτο ΚΑΤΑ ΑΛΗΘΕΙΑΝ. *Et erat ita re vera.* Pag. 1138. lin. 26. & pag. 1221. lin. 1. & pag. 1285. lin. 8. ὃ ΚΑΤ' ΑΛΗΘΕΙΑΝ ΗΝ. *Quod sane ita erat.* Et pag. 1398. lin. 4. θαρσῶν ἀποφαίνομαι μηδενὶ τὸν Δημοχάρους βίον ἔνοχον εἶναι τῶν τοιούτων κατηγορημάτων. καίπερ εἰ ΚΑΤ' ΑΛΗΘΕΙΑΝ ΥΠΗΡΧΕ τι τοιοῦτον ἀτύχημα περὶ Δημοχάρην, ποῖος καιρὸς ἢ ποία πρᾶξις ἠνάγκασε Τίμαιον ταῦτα κατατάττειν εἰς τὴν ἱστορίαν. *Constanter affirmare ausim, Democharis vitam ab omni ejusmodi crimine puram atque integram fuisse. Sed tametsi hac culpa revera laborasset Demochares, quae vero res aut ratio Timaeum cogebat, id ut historiae mandaret?* In quibus locis κατ' ἀλήθειαν significat *revera*, uti ἐν ἀληθείᾳ apud Jer. XXVI. 15. ΕΝ ΑΛΗΘΕΙΑ ἀπέσταλκέ με κύριος πρὸς ὑμᾶς. Item πρὸς ἀλήθειαν, μετ' ἀληθείας, ἐπ' ἀληθείας, τῇ ἀληθείᾳ, & frequenter in plurali ταῖς ἀληθείαις, omnia idem significant *vere, revera*. Philo, πρὸς ἀλήθειάν ἐστι, *revera est*. Sic τὰ μετ' ἀληθείας καλὰ *quae vere sunt honesta*. Quae cuncta cum in Lexicis reperiantur, unum hoc κατ' ἀλήθειαν omissum

sum est. Hanc ergo significationem, quam quidem solam adhuc exemplis confirmare mihi licuit, si sequi lubet, erit hæc Apostoli sententia: *Rem hanc esse certissimam, reveraque impios à Deo judicari.* Neque hoc male cohæret cum sequentibus. Ostenso enim, quod certissimum sit constitutum in impios judicium, ne quis se in eo, quamvis sontem, tamen bonitate judicis absolutum iri putet: hanc quoque elabendi spem impœnitentibus adimit omnem, neque tantum certum, sed etiam justum fore judicium demonstrat. Quodsi quis tamen hæc quoque verba malit ad justitiam hujus judicii referre, me quidem non invito faciet. Neque enim nego, quin fieri potuerit, ut hoc etiam sensu Græci dixerint κατ' ἀλήθειαν. Quod quo magis probabile videatur, facit similis locutio ἐν ἀληθείᾳ, quæ & *revera* significat apud LXX. in Jeremia supra citato, & nihilominus, quando in mentione judicii usurpatur, *juste* declarat apud eosdem interpretes Græcos Prov. XXIX. 14. Βασιλέως ΕΝ ΑΛΗΘΕΙΑι ΚΡΙΝΟΝΤΟΣ πτωχοὺς, ὁ θρόνος αὐτοῦ εἰς μαρτύριον κατασταθήσεται.

Ibid. v. 4. εἰς μετάνοιάν σε ἄγει;) Totum hoc εἰς μετάνοιάν τινα ἄγειν exstat in Polybio lib. 5. cap. 15. pag. 507. lin. 4. a fine: *Leontius de Megalea casu certior factus, cum cetratorum manu ad Regem venit:* πεπεισμένος, καταπλήξεσθαι διὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ ταχέως ΕΙΣ ΜΕΤΑΝΟΙΑΝ ΑΞΕΙΝ τὸν βασιλέα, *ratus facile se propter ætatem terre-*

rem

rem illi incussurum, & ad mutandam sententiam compulsurum. Eadem notione verbum ἄγειν additur multis aliis nominibus. Loca adscribere non pigrabor, cum ex variorum exemplorum usu optime colligi possit, quid quæque vox sonet; id est, quæ vis cuique voci sit subjecta. Ita ergo idem Polybius pag. 219. lin. 5. a f. *Ostendemus, quomodo Pœni in Italiam ingressi, Romanorum everso dominatu,* ΕΙΣ μέγιστον μὲν φόβον ἐκείνους. ΗΓΑΓΟΝ περὶ σφῶν καὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους, *illos quidem in maximum periculum de sua salute ac patrio solo adduxerint.* Pag. 510. lin. 7. a f. ὁ γὰρ Φίλιππος τολμηρότερον καὶ πρακτικώτερον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν χρώμενος ταῖς ἐπιβολαῖς, ΕΙΣ ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν ἅπαντας ΗΓΕ τοὺς πολεμίους. *Philippus namque & audacia & sollertia majore quam pro ætate consilia sua regens, ingentem animis hostium omnium suorum sollicitudinem atque fluctuationem injiciebat.* Pag. 1187. lin. 2. ὃ καὶ μάλιστα τοὺς Ἀχαιοὺς ΕΙΣ ὀργὴν ἦγε *Quæ præcipue res iram Achæorum accendit.* Pag. 1223. lin. 5. a f. καὶ τέλος ΕΙΣ τοῦτο ΗΓΑΓΟΝ τὴν σύγκλητον, ὥστε πέμψαι πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥόδον. *Ac tandem eo Senatum adduxerunt, ut legatos Rhodum mitterent.* Pag. 1242. lin. 1. ἐξ ὧν τοὺς πολλοὺς ΕΙΣ ἐπίστασιν καὶ διαπόρησιν ΗΓΟΝ. *Quibus rebus sollicitos plerosque & anxios reddebant.* Construitur quoque cum aliis præpositionibus, ut ἐπὶ pag. 173. lin. 3. a f. & pag. 1355. lin. 18. & ὑπὸ pag. 376. lin. 11. & pag. 479. lin. ult. Apparet autem ex his locis, quam emphaticum sit hoc verbum, cum in iis omnibus, non consilium & co-

conatum; ut apud Paulum, sed eventum atque effectum declaret. Unde alia verba conatum significantia addi solent. Ut pag. 173. lin. 3. af. Πολλῶν γδ ΕΠΙΒΑΛΟΜΕΝΩΝ ἐν τοῖς παρεληλυθόσι χρόνοις ἐπὶ τὸ αὐτὸ συμφέρον ΑΓΑΓΕΙΝ Πελοποννησίους. *Nam quum multi ante haec tempora essent conati Peloponnesiis persuadere, ut communibus consiliis omnium saluti consulerent.* Pag. 376. lin. 11. τούτοις δ' ἑπομένως ἐδηλώσαμεν, τίνι τρόπῳ καὶ ποίᾳ προαιρέσει προσαγόμενοι τὰς πόλεις, ἐπεβάλοντο Πελοποννησίους πάντας ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἄγειν ὀνομασίαν καὶ πολιτείαν. *Post haec declaravimus, quonam modo & quibus consiliis in suam societatem urbibus pellectis, efficere sint aggressi, ut omnes Peloponnesi populi communi simul nomine ac Reip. forma continerentur.* Pag. 479. lin. ult. Ὁ δ' Ἀπελλῆς, οὐδ' ὡς ἔληγε τ̃ ἐπιβολῆς, ἀλλ' διός τ' ἦν ἄγειν ὑπὸ ζυγὸν τῷ κατὰ βραχὺ τοὺς Ἀχαιούς. *Apellas vero ille, de quo diximus, ne sic quidem a proposito discedebat; quin id agere ipsum apparebat, ut paulatim progrediendo Achaeos jugo subderet.* Quam vim ut exprimeret Chrysostomus, in hujus loci tractatione pro ἄγειν dicit ἕλκειν. & εἰς μετάνοιαν.

Ibid. v. 5. Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν] i. e. *propter duritiam tuam &c.* vel perinde est ac τῇ σκληρότητι σου καὶ ἀμετανοήτῳ καρδίᾳ. Ita enim in eadem oratione eademque significatione & κατὰ & dandi casum ponit Arrianus de exp. Alex. 5, 21, 4. *Porus enim hic, quamdiu Alexander cum alio Poro bellum gerebat,*

bat, legationes ad Alexandrum mittens, se pariter & regionem cui imperabat, Alexandro dedebat, ΚΑΤΑ ἔχθος τὸ Πώρου μᾶλλον ἢ φιλίᾳ τῇ Ἀλεξάνδρου, *magis odio Pori quam amore Alexandri motus.* Sic 1, 17; 14. 2, 12, 9. 2, 18, 7. τοὺς ΚΑΤ᾽ ἀρετὴν πονουμένους, *qui ingenti quadam intentione operi instabant.* 5, 2, 2. *Macedonas non illibenter cum ipso ulteriores labores adituros putabat* ΚΑΤΑ ζῆλον τῶν Διονύσου ἔργων, *aemulatione quadam rerum a Dionyso gestarum.* Et 5, 27, 15. Διὰ & κατὰ commutantur: *Sequentur te alii Macedones, juniores pro senioribus, integri pro defessis*, καὶ οἷς τὰ τοῦ πολέμου ΔΙΑ τὸ ἀπείρατον ἔς τε τὸ αὐτίκα οὐ φοβερὰ, καὶ ΚΑΤΑ τὴν τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα ἐν σπουδῇ ἔσται, *& quibus bellum, utpote inexpertis, non statim tanto terrori, & futurorum commodorum spe in votis erit.* Et 7, 15, 9. Et Polyb. pag. 268. lin. ult. συμφρονήσαντες ΚΑΤΑ τὴν προϋγεγενημένην ὀργὴν, *qui ob veteres in populum Romanum iras, facile cum ipsis conspirarunt.*

Ibid. ὀργὴν) Non inepte huc referri potest, quod Casaubonus ὀργὴν metonymice vertit *supplicium* apud Polybium pag. 408. lin. 23. τὴν ἐπιφερομένην ΟΡΓΗΝ βαρυτέραν ἀποφαίνειν εἶναι τῶν γεγονότων. *Gravius id supplicium fore quam pro commerita noxa dicebant.* Conf. Deut. XXIX. 24. Strigelius ad versum octavum, ὀργὴ, inquit, significat tragicas poenas in hac vita. Addo, & in altera vita.

Ibid. v. 9. ψυχὴν ἀνθρώπου) Polyb. pag.

1382. lin. 2. ὅτι τῶν ἑκατέροις Ῥωμαίοις, φημὶ, καὶ Καρχηδονίοις προσπιπτόντων καὶ συμβαινόντων εἷς ἦν ἀνὴρ αἴτιος καὶ μία ΨΥΧΗ. λέγω δὲ τὴν Ἀννίβου. *Omnium quæ Romanis ac Carthaginiensibus eo tempore eveniebant, unum caput atque una mens in causa erat, Hannibal scilicet.* Eadem notione paulo post lin. 20. ψυχὴ ponitur.

Ibid. v. 13. οἱ ἀκροαταὶ) Vocabulum hoc latius patet, quam Latinum *auditor*. Complectitur enim *lectorem* quoque. Polyb. pag. 752. lin. 5. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ, διότι συμβαίνει τὴν πραγματείαν ἡμῶν ἔχειν αὐστηρόν τι καὶ πρὸς ἓν γένος ΑΚΡΟΑΤΩΝ οἰκειοῦσθαι καὶ κρίνεσθαι, διὰ τὸ μονοειδὲς τῆς συντάξεως. *Cæterum non clam me est, nostrum hoc argumentum austeri & inamœni aliquid in se habere; ac propter uniformem scriptionem uni duntaxat lectorum generi esse accommodatum, & posse probari.* Ibid. lin. 15. a f. τῷ δὲ πλείονι μέρει τῶν ΑΚΡΟΑΤΩΝ ἀψυχαγώγητον παρεσκευάκαμεν τὴν ἀνάγνωσιν. *Eaque a nobis concinnata est historia, quæ majori lectorum parti nullam omnino sit oblectationem allatura.* Idem Polybius lectores quoque ἀκούοντας appellat, uti annotabitur ad epist. Jacobi cap. V. 11.

Ibid. v. 16. κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου) Polyb. pag. 786. lin. 18. a f. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν μηδὲν ἐπιγέγονε ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΤΟΥΤΟΥ ΛΟΓΟΝ, μάγειν δὲ τὰ πράγματα τοιαῦτα τοῖς Ἕλλησιν, οἷα πρότερον ἦν. *Ego vero, siquidem, ut hic ait, nihil postea contigit,*

&

& res Graecorum in statu sunt eodem quo prius erant, &c.

Ibid. v. 18. τὰ διαφέροντα] Διαφέροντα dicuntur (1) eximia, egregia, excellentia præ aliis. Polybius de rep. Romana dicit pag. 628. lin. 13. *Non mediocri attentione & diligenti inquisitione opus, εἰ μέλλοι τις ΤΑ ΔΙΑΦΕΡΟΝΤΑ καθαρίως ἐν αὐτῇ συνόψεσθαι. Si quis velit, quæ sunt in ea eximia, quibus differt ab aliis, clare breviterque cognoscere.* (2) Utilia, ibid. pag. 1138. lin. 7. καὶ γὰρ εἰδέναι ΤΑ ΔΙΑΦΕΡΟΝΤΑ τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἐκεῖνον ἀκριβέστερον. *Ipsum enim optime scire, quæ regno suo sint accommoda.* (3) Controversiæ, apud Xenoph. Hist. Græc. lib. 6. pag. 462. lin 1. σωφρόνων μὲν δὴ πȣ ἐςὶ, μηδὲ εἰ μὴ μικρὰ ΤΑ ΔΙΑΦΕΡΟΝΤΑ εἴη, πόλεμον ἀναιρεῖσθαι. *Hominum quidem certe sapientum est, ne quidem si graves sint controversiæ, bellum suscipere.* Quarum significationum nulla est, quæ non alicui interpretum hoc loco arrideat. Mihi placet ἐπέχειν, donec certius constet de tota phrasi δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα, pariterne sit ambigua, quam nondum reperi, nisi Phil. I. 10. loco non minus dubio, quam hic est.

Ibid. v. 22. βδελυσσόμενος] Polyb. pag. 1342. lin. 12. a f. τὸν Ἡρακλείδην ΕΒΔΕΛΥΤΤΟΝΤΟ προφανῶς. *Heraclidem palam abominabantur.*

Ibid. v. 28. ȣ̓ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ, Ἰȣδαῖός ἐςιν)

ἐστιν) Judæum ex animi affectu vitæque instituto, non ex nomine judicari, Epictetus quoque auctor est lib. 2. cap. 9. ὅταν τινὰ ἐπαμφοτερίζοντα ἴδωμεν, εἰώθαμεν λέγειν, οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὑποκρίνεται· ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ᾑρημένου, τότε καὶ ἔστι τῷ ὄντι, καὶ καλεῖται Ἰουδαῖος· οὕτω καὶ ἡμεῖς παραβαπτισταὶ, λόγῳ μὲν Ἰουδαῖος, ἔργῳ δ' ἄλλο τι, ἀσυμπαθεῖς πρὸς τὸν λόγον, μακρὰν ἀπὸ τοῦ χρῆσθαι τούτοις ἃ λέγομεν, ἐφ' οἷς ὡς εἰδότες αὐτὰ ἐπαιρόμεθα. *Quodsi quem alternantem viderimus, dicere solemus: non est Judaeus, sed simulat. Quum autem affectum induit baptizati sectamque professi, tum revera & est & appellatur Judaeus. Ita & nos parabaptistae sumus, dum quisque verbo Judaeus, re autem aliud quid est; animi nostri non afficiuntur oratione, multum abest ut iis utamur quae dicimus, quibusque efferimur tanquam ea scientes.* Ubi tamen Wolffio Christiani videntur cum Judæis confundi, quod primi Christiani apud Judæos atque ex iis fuerint; unde παραβαπτιστὰς appellari putat, qui Christianæ religionis arcana non religiose observent.

Cap. III. 2. κατὰ πάντα τρόπον.] Polyb. pag. 45. lin. 6. *Poeni, re paulo ante mari, nunc etiam terra male gesta, idque non militum ignavia, sed ducum imprudentia,* ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ ΤΡΟΠΟΝ ἐνεπεπτώκεισαν εἰς δυσχερῆ διάθεσιν; *omnibus modis impeditas suorum consiliorum rationes habebant.* Pag. 445. lin. 6. *liberis conjugibusque Lyttiorum Cnossum missis, urbem incendunt, diruunt,* καὶ λωβησάμενοι

ΚΑ-

ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ ΤΡΟΠΟΝ, ἐπανῆλθον, omniq; maleficio in eam sæviunt; itaq; ad suos redeunt. Pag. 481. l. 10. σπεύδων δὲ ἔτι ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ ΤΡΟΠΟΝ ἀνακομίσασθαι τοῖς Δυμαίοις. Id castellum Philippus quum vehementissime optaret quovis modo Dymæis recuperare. Ita & κατὰ πολλὰς τρόπους dicitur pag. 439. lin. 21. item pag. 616. lin. 7. κατ' ὐδένα τρόπον εἰκός ἐστι, nullo modo verisimile est.

Ibid, ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ.) Nisi hujus constructionis exempla satis multa haberemus in ipso N.T. ut 1. Cor. IX. 17. Gal. II. 7. 1. Thess. II. 4. 1. Tim. I, 11. & Tit. I, 3. alia possent addi ex Polybio pag. 693. lin. 17. pag. 726. lin. 6. a f. & pag. 1316. lin. 12.

Ibid. v. 4. Μὴ γένοιτο.) Formula negandi elegans atque emphatica, & non apud Paulum frequentior, quam apud Arrianum in Differt. Epict. Ut pag. 5. lin. 26. τί οὖν; μή τι μικρά σοι φαίνεται ταῦτα; μὴ γένοιτο. Quid ergo? Numquid parva tibi videntur hæc esse? Nequaquam. Pag. 14. lin. 11. ΤΙ οὖν; ἐπειδὴ ἀφυής εἰμι, ἀποστῶ τῆς ἐπιμελείας τούτου ἕνεκα; ΜΗ ΓΕΝΟΙΤΟ. Quid ergo? Quia sum tardo ingenio, ideone desistam ab hac exercitatione? Nequaquam. Pag. 39. lin. 6. ΤΙ οὖν; ἀναιρῶ τὰς δυνάμεις ταύτας; ΜΗ ΓΕΝΟΙΤΟ. Quid ergo? Num facultates illas aspernor? Nequaquam. Item pag. 47. lin. 2. & pag. 56. lin. 26. pag. 250. lin. 2. & lib. 2. cap. 8. init. τίς οὖν οὐσία θεοῦ; σάρξ; μὴ γένοιτο. ἀγρός; μὴ γένοιτο. φήμη; μὴ γένοιτο. νοῦς, ἐπιστήμη, λόγος

ὀρθός. *Quæ ergo est essentia Dei? Caro? Nequaquam. Ager? Nequaquam. Fama? Nequaquam. Mens, scientia, recta ratio.* Nec non pag. 23. lin. 9. a f. pag. 45. lin. 15. pag. 111. lin. 15. pag. 112. lin. 14. pag. 115. lin. 4. pag. 273. lin. 26. pag. 362. lin. 10. pag. 483. lin. 5. pag. 291. lin. 12. a f. ἀρνησαμένε δ' ἐκείνε, καὶ εἰπόντ⊕, μὴ γένοιτο, ἐ πρέπει. *Negante autem illo & dicente, non convenit &c.*

Ibid. v. 5. ἐπιφέρων τὴν ὀργὴν) Polyb. pag. 1155. lin. 22. Ἔφη γδ, ὀργίζεσθαι μὲν ὁσίως τοῖς Αἰτωλοῖς. *Dixit enim, jure quidem Romanos Ætolis irasci*, &c. ἐν τέτῳ δὲ διαμαρτάνειν τὴν σύγκλητον, ἐν ᾧ ΤΗΝ ΟΡΓΗΝ ΦΕΡΕΙ ΕΠΙ τὲς Αἰτωλές. *Cæterum errare Romanos in eo, quod universæ genti propterea succenseant.* Ubi vel in Græco supplendum videtur τὲς Αἰτωλὲς τὲς πολλὲς ut apparet ex pag. seq. lin. 9. vel in Latino vertenda phrasis τὴν ὀργὴν φέρειν ἐπί τινα, *in ira perseverare erga aliquem.* Antequam ergo plane certi quid de hac phrasi pronunciare possimus, exspectanda nobis sunt clariora loca. Interim cum ἐπιφέρειν πόλεμον significet *bellum inferre*: verosimillimum est, ἐπιφέρειν τὴν ὀργὴν, significare *iram* i.e. per metonymiam, *pœnas inferre.* Conf. Annot. ad Rom. II. 5.

Ibid. v. 9. Τί ἐν; προεχόμεθα; ἐ πάντως) Arrian. Epict. pag. 143. lin. antep. ΤΙ ΟΥΝ; ἀμελῶς τέτοις χρηςέον; ΟΥΔΑΜΩΣ. *Quid ergo? Num negligenter his utendum est? Nequaquam.*

Sed

Sed referri huc quoque possunt exempla, modo ad v. 4. adscripta.

Ibid. v. 14. πικρίας) Πικρία est cum in animo, factis, & moribus, tum in verbis, ut hoc loco, & apud Polyb. pag. 539. lin. 16. a f. *Nondum dicendi finem fecerat Epigenes, cum ira percitus Hermias dixit: A longo tempore ipsum regno insidiantem, salutemque ejus prodentem, omnes fefellisse: nunc laudare se illum, qui id consilii dederit, unde palam sit factum, velle ipsum rebellibus Regis personam tradere, paucis comitatam. His dictis, quasi calumniæ fomitem leviter accendisse tum quidem contentus, Epigenem missum fecit*, ΠΙΚΡΙΑΝ ἄκαιρον μᾶλλον ἢ δυσμένειαν ἐπιφήνας, *intempestivæ magis cujusdam amaritudinis, quam odii significatione data.* Pag. 1377. lin. 17. Ταύτην δὲ τὴν τε ΠΙΚΡΙΑΝ καὶ τὴν ἀθυρογλωσσίαν τοῦ συγγραφέως τίς οὐκ ἂν ἀποδοκιμάσειεν; *Hanc vero acerbitatem ac linguæ temeritatem Theopompi quis non merito damnet?* Ita pag. 1392. lin. ult. & pag. 1378. lin. antepen. ubi vertitur *maledicentia.*

Ibid. v. 25. Διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων,] Præpositio Διὰ mihi quidem videtur eo sensu accipi, quo apud Polybium lib. 5. cap. 24. pag. 517. lin. 5. a f. ubi Rex Philippus, cum prope hostium urbem Spartam castra haberet, in tuto tamen erat. Is namque locus, in quo consederat cum exercitu, alto montis jugo prorsusque inaccesso tegitur ab ea parte,

quæ respicit urbem, ὥστε τὸν στρατοπεδεύσαντα ἐν αὐτῷ καὶ κατασχόντα τὸν ὑπερκείμενον λόφον, δοκεῖν ἐν ἀσφαλεῖ στρατοπεδεύειν ΔΙΑ τὴν παράθεσιν τῆς πόλεως. *Ut qui ibi castra posuerit, & imminentem collem semel occupaverit, consedisse in tuto; (quod ad propinquam quidem urbem attinet) dici queat.* Sicut hic Polybius dicit διὰ τὴν παράθεσιν τῆς πόλεως· ita & Paulus διὰ τὴν πάρεσιν τῶν ἁμαρτημάτων. Non autem apud Polybium διὰ significat quare, sed quo respectu castra fuerint tuta, nempe quod attinebat ad urbem Spartam, castris adjacentem, ex qua licet propinqua, nihil tamen periculi imminebat iis, qui istum collem, urbem & castra interjacentem, insederant. Sic & Paulum puto dicere, Deum demonstrasse justitiam suam, quod attinet ad peccata ante commissa, quæ licet Deus impunita dimisisse visus fuerit, nihil tamen inde decedere justitiæ divinæ, quæ nunc eo satis manifestetur, quod Deus omnium inde a condito mundo delictorum pœnas irrogarit Christo. Quemadmodum enim παράθεσις illa fuisset periculosa in aperto loco tendentibus: ita & hæc πάρεσις foret injusta, si nulla peccatorum istorum secuta fuisset vindicta. Sed quemadmodum securitatem castris præstabat collis ille: ita & justitiam Dei demonstrat sanguis Christi, pro peccatis istis ante factis profusus. Cæterum, quæ sequuntur verba, ita puto construenda: τῶν ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ προγεγονότων ἁμαρτημάτων. Ut Paulus hoc loco idem fere dicat quod in Actis Apost. XVII. 30. *tempora igno-*

ignorantiæ dissimulasse Deum. Conf. Not. ad 2. Cor. III. 10.

Ibid. τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων.) Polyb. pag. 518. lin. 6. a f. λύειν τῷ τοιέτῳ τρόπῳ ΤΑΣ ΠΡΟΓΕΓΕΝΗΜΕΝΑΣ ΑΜΑΡΤΙΑΣ, *atque hoc pacto delicta sua priora fore tecta.* Pag. 13. lin. ult. ὑπὸ τῶν ΠΡΟΓΕΓΟΝΟΤΩΝ πολέμων, *superioribus bellis.* Item pag. 167. med.

Cap. IV. 3. ἡ γραφὴ λέγει) Polyb. pag. 873. lin. 16. ταῦτα γὰρ αἱ συνθῆκαι ΛΕΓΟΥΣΙΝ ὑμῶν αἱ πρὸς Ῥωμαίες. *Itaque namque fœderis vestri cum Romanis conditiones ferunt.* Conf. Annot. Xenoph.

Cap. V. 2. τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν) Exstat hæc phrasis apud Polybium pag. 800. lin. 22. sed alio, quam hic, sensu.

Ibid. v. 6. κατὰ καιρὸν) *suo tempore*, quando Deo commodum visum fuit, Gal. IV. 4. Ita Polyb. pag. 255. lin. 18. *Neque enim ejusmodi pacem profecto erant facturi*, δι' ὧν ἀφελῦνται τὴν ἐξεσίαν σφῶν αὐτῶν τοῦ προσλαμβάνειν ΚΑΤΑ ΚΑΙΡΟΥΣ, ἄν τινες ἐπιτήδειοι φανῶσιν αὐτοῖς φίλοι καὶ σύμμαχοι, *per quam libertate privarentur, assumendi eos, qui pro temporum occasionibus utiles amici ac socii viderentur.* Item Jes. LX. 22. ἐγὼ κύριος ΚΑΤΑ ΚΑΙΡΟΝ συνάξω αὐτές. Joh. V. 4. Ἄγγελος ΚΑΤΑ ΚΑΙΡΟΝ κατέβαινεν. Et Hero-

rodotus lib. 1. pag. 12. C. σκεψάμενον ὡς οἱ ΚΑΤΑ ΚΑΙΡΟΝ ἦν. *Cum contemplatus esset, ut ipsi opportunum fuerit.*

Ibid. v. 7. καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν.] Καὶ emphasin hoc loco habet, ut apud Polyb. pag. 789. lin. 4. *Alexander vero non prius quievit, quam Græcorum imperio Asiam subjecit.* Περὶ δὲ τῶν διαδεξαμένων πῶς ΚΑΙ ΤΟΛΜΑΤΕ μνημονεύειν; *De successoribus autem, quomodo etiam verba facere audetis?*

Ibid. v. 15. ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ χριστοῦ) *ex gratia, in qua Deus habet unum istum hominem Jesum Christum*, sive ex amore, quo Deus eum complectitur. Nam χάρις τινὸς non tantum active, sed etiam passive accipitur. Ut χάρις τοῦ Ἰησοῦ sit gratia Jesu, in qua is apud Deum Patrem est. Sic & Latini dicunt, *in gratiam alicujus quid facere*, pro ex amore erga illum, sive illius caussa, propter illum. Quam significationem sine dubio Lutherus exprimere voluit, ita interpretans: Durch JEsum Christ / der der einige Mensch in Gnaden war / i. e. per Jesum Christum, qui homo unus erat in gratia, sive gratiosus, nempe apud Deum. Polybius lib. 6. cap. 28. pag. 662. lin. 4. καί τινες τῶν ἐθελοντηδὸν στρατευομένων ΤΗ͂Ι ΤΩΝ ΥΠΑΤΩΝ ΧΑΡΙΤΙ. *& eorum nonnulli qui ultro in gratiam Consulis militant.* Ita recte Casaubonum puto interpretatum esse. Loquitur enim Polybius de militibus voluntariis,

riis, qui cum vel propter ætatem, vel quod legitima stipendia fecissent, cogi non possent, sponte militabant, sive ut gratiam inirent a Consule, in cujus exercitu militabant, sive quod amarent Consulem, amoremque suum hac spontanea opera testatum cuperent. Quod ultimum hic locum habet. Eandem significationem etiam Stephanus in thesauro annotavit tom. 4. pag. 348. aitque σὴν χάριν & ἐμὴν χάριν sonare quod Gallice dicatur *Pour l'amour de vous*, *Pour l'amour de moy*. Ut hoc dicat Paulus: donum illud justificationis redundare in nos ex Dei erga filium suum amore. Deus enim ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, Ephes. I, 6. Conf. Not. ad Act. XV, 11.

Cap. VI, 1. τί ἂν ἐροῦμεν;] Arrian. Epict. pag. 47. lin. 1. ΤΙ ΟΥΝ ἐγὼ ΛΕΓΩ; ὅτι ἄπρακτόν ἐστι τὸ ζῶον; ΜΗ ΓΕΝΟΙΤΟ. *Quid ergo ego dico? quod otiosum esse debeat animal? Nequaquam.*

Ibid. v. 5. ἀλλὰ καὶ) *nimirum etiam.* Ita recte *Erasmus.* Habet enim ἀλλὰ initio alterius membri in oratione, vim quandam asseverandi id, quod ex antegressis sequitur. Quomodo in Polybio reperitur lib. 6. cap. 2. pag. 629. lin. 15. a fine: ubi negat omnem cujuslibet turbæ potestatem esse populi imperium; sed *ubi patrius mos viget Deos colendi, parentes honorandi, seniores reverendi, legibus parendi*: ΑΛΛΑ παρὰ τοῖς τοιούτοις συστήμασιν ὅταν τὸ τοῖς πλείοσι δόξαν νικᾷ, τοῦτο δεῖ κα-

καλεῖν δημοκρατίαν nimirum ii sunt cœtus, apud quos si vincit illud quod pluribus visum fuerit, populi imperium esse dici jure potest. Quare caussæ nihil erat, cur *Beza* suspicaretur, ἀλλὰ irrepsisse in contextum pro ἅμα, licet in Vulgata habeatur *simul etiam*.

Ibid. v. 6. Τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι) Participium hoc recte intellectum totam orationem Apostoli valde illustrat. Hoc ait nos cogitare debere, propterea veterem nostrum hominem cum Christo crucifixum esse, ut non amplius peccato serviamus. Ea cogitatione nos excitatum iri, ut Christo etiam resuscitato studeamus similes fieri per novam vitam. Qua enim alia re magis possumus ad sanctam Christoque æmulam vitam adduci, quam si Christi consilium in subeunda morte probe consideremus, & ad animum semper nobis revocemus, non hoc Christum spectasse perpetiendis tantis doloribus vitaque ipsa pro nobis profundenda, ut nobis conciliaret peccandi impunitatem, sed *ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi ipsi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum*, Tit. II. 14. Pari modo usurpat hoc participium Polybius p. 292, l. 7. *Confutare oportet sic, non ut auctores incuses, aut in eos inveharis; sed laudes potius, & quæ fuerint ab illis ignorata corrigas*: ΓΙΝΩΣΚΟΝΟΤΑΣ ΟΤΙ κἀκεῖνοι τῶν νῦν καιρῶν ἐπιλαβόμενοι, πολλὰ τῶν αὐτοῖς εἰρημένων, εἰς διόρθωσιν ἂν καὶ μετάθεσιν ἤγαγον. *Itaque apud te cogites, etiam illos si ad hanc ætatem* per-

pervenissent, multa quæ scripserant fuisse emendaturos & mutaturos. Item pag. 984. lin. 6. *Hannibalem ignorantia lapsum se dixisse, dignumque esse cui veniam tribuerent;* ΓΙΝΩΣΚΟΝΤΑΣ, *memores, novem se annorum ab Carthagine esse profectum.* Et pag. 300. lin. 3. *Etiamsi nullum præsentis hostis periculum fecissent,* αὐτὸ δὲ ΤΟΥΤΟ ΓΙΝΩΣΚΟΝΤΑΣ ΟΤΙ μέλλουσι πρὸς Καρχηδονίους κινδυνεύειν κλ. *tamen vel eo solo nomine, quod cum Carthaginiensibus pugnaturi sint, victoriam sperare oportere.* Bene ergo Grotius interpretatur: *Modo hoc cogitemus & infigamus animo.* Conf. 2. Petr. I. 20. & Ephes. VI. 8.

Ibid. v. 17. εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς.] Παραδοθῆναι εἰς τύπον διδαχῆς idem significat, quod apud Arrianum κατὰ τὰ δόγματα τετυπῶσθαι, lib. 2. cap. 19. pag. 221. lin. 6. τίς οὖν ἐστι στωϊκός; ὡς λέγομεν ἀνδριάντα Φειδιακὸν τὸν τετυπωμένον κατὰ τὴν τέχνην τὴν Φειδίου· οὕτω τινά μοι δείξατε κατὰ τὰ δόγματα ἃ λαλεῖ τετυπωμένον. *Quis ergo est Stoicus? Sicut dicimus statuam Phidiacam, quæ est expressa secundum artem Phidiæ: ita aliquem mihi ostendite, secundum dogmata, quæ loquitur, expressum.*

Cap. VII. 2. ὕπανδρος γυνὴ] Polyb. pag. 1390. lin. 8. a f. οὐ γὰρ ἔτι τὰς χήρας ἐπείρα ΓΥΝΑΙΚΑΣ, οὐδὲ τὰς ΥΠΑΝΔΡΟΥΣ ἠρκεῖτο μοιχεύων. *Neque enim jam mulieres viduas sollicitabat, aut maritas.*

Ibid.

Ibid. v. 5. ἐνηργεῖτο) Accipitur quidem passive apud Polybium pag. 17. lin. 5. κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὁ Κλεομενικὸς καλούμενος ΕΝΗΡΓΕΙΤΟ πόλεμος. *Eodem tempore isto apud Græcos bellum gerebatur, quod Cleomenicum vocant*: Item pag. 1017. lin. 21. & pag. 1152. lin. 1. Sed deponens hoc loco est ἐμφατικώτερον.

Ibid. v. 8. ἀφορμὴν λαβοῦσα) Mire hanc phrasin depravat *Grotius*, ἀφορμὴν accipiens pro *impunitate*, locumque eam in rem ex Thucydide allegat, qui exstat in Stephani Thesauro, sed huc plane non pertinet, & in quo ἀφορμὴ ne quidem significat impunitatem, sed idem quod ὁρμητήριον, i. e. sedem sive arcem belli, ex qua copiæ prodire possunt. Interim hoc quasi satis firmo planeque certo fundamento nixus hæc ita vertit: *impunitatem nactum a præcepto*, additque, *quia præcepto isti nulla pœna erat apposita, qualis erat apposita adulteriis & furtis, ideo contemnebatur.* Nimis confidenter tam insolitam significationem phrasi huic tribuit, vix ulla exempli alicujus suspicione indicatam? Clarissima Scriptorum loca oportebat proferri ad fidem faciendam rei tam novæ, & ante Grotium fortasse inauditæ. Communis interpretum sententia multis confirmatur exemplis vel ex uno Polybio. Ut pag. 227. lin. 11. a f. *Quæ item viri illius utilitas, qui ad tractandam Remp. accessit, & nescit dignoscere*, πῶς καὶ διὰ τί καὶ πόθεν ἕκαστα τῶν πραγμάτων τὰς ΑΦΟΡΜΑΣ ΕΙΛΗΦΕΝ; *quomodo, quare, & unde singula*

nia quæ eveniant, caussam cur fierent fuit nacta? Pag. 259. lin. 7. θεωροῦμεν δὲ τὸν μὲν Ἀντιοχικὸν πόλεμον ἐκ τοῦ Φιλιππικοῦ τὰς ΑΦΟΡΜΑΣ ΕΙΛΗΦΟΤΑ. *Sic intelligimus bello Antiochico Philippicum prabuisse occasionem.* Pag. 450. lin. 14. οἱ δ' Αἰγειρᾶται λαβόντες ἀφορμὴν ἐγκλήματος. *Ægiratæ implicati hostis occasione nacti.* Item pag. 1051. lin. 17. a f. & pag. 98. lin. 9. a f. & pag. 111. lin. 4. a f. in quibus duobus ultimis locis adhibetur medium τοῦ λαβέσθαι. Ita interpretatur Chrysostomus aliique. Cæterum quod *Wellerus* hic a Polybio lib. 3. in descript. belli Punici discerni αἴτιον & ἀφορμὴν: fatendum omnino est, id in Polybio non reperiri. Non enim ille αἰτίαν ab ἀφορμῇ, sed a προφάσει distinguit. Quinimo eo ipso loco, quem Wellerus citat, & nos hic in fronte posuimus, ἀφορμὴν ipsam *caussam* vertit Casaubonus.

Ibid. v. 13. καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς] Polyb. pag. 338. lin. 4. καὶ θεωρῶν τοὺς τόπους στενοὺς ὄντας, καὶ ΚΑΘ' ΥΠΕΡΒΟΛΗΝ εὐφυεῖς πρὸς ἐπίθεσιν. *Angustias locorum ad insidiatorum animo reputans.*

Ibid. v. 15. οὐ γὰρ ὃ θέλω τοῦτο πράσσω,] Loquitur & Epictetus de quadam, quæ in peccantibus est, pugna, sed ab hac Paulina diversa, quamvis ille iisdem utitur verbis lib. 2. cap. ult. Πᾶν ἁμάρτημα μάχην περιέχει· ἐπεὶ γὰρ ὁ ἁμαρτάνων οὐ θέλει ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ κατορθῶσαι, δῆλον ὅτ,

Ο μὲν ΘΕΛΕΙ ΟΥ ΠΟΙΕΙ. τί γὰρ ὁ κλέπτης θέλει πρᾶξαι; τὸ αὑτῷ συμφέρον. οὐκοῦν εἰ ἀσύμφορον αὐτῷ ἐστι τὸ κλέπτειν, Ο μὲν ΘΕΛΕΙ, ΟΥ ΠΟΙΕΙ. *Omne peccatum pugnam in se continet. Quandoquidem enim qui peccat, non vult peccare, sed recte facere, manifestum est eum quod vult non facere. Quid enim fur vult? facere quod sibi utile sit. Ergo si ei inutile est furari, quod vult non facit.*

Ibid. v. 18. παράκειται) *Poverius* ad hunc locum, παράκειται, inquit, *plus est quam* πάρεστι, *notatque seriam* προαίρεσιν *recte agendi.* Utrumque verbum conjungit Arrianus Epict. pag. 222, lin. 8. a f. ὅταν ἴδω τέκτονα, ὅταν ὕλη πάρεστι ΠΑΡΑΚΕΙΜΕΝΗ, ἐκδέχομαι τὸ ἔργον. *Quando video fabrum, quando materia proposita fuerit, exspecto opus.*

Ibid. v. 24. τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος] Eleganter quidam ex Indorum sapientibus mortem se propterea contemnere ait, quod ea ipsum liberatura sit a molestissimo corporis contubernio, apud Arrian. exp. Alex. 7. 2. 8. ἀποθανόντα δὲ, ἀπαλλαγήσεσθαι οὐκ ἐπιεικοῦς ξυνοίκου τοῦ σώματος. *Si vero mori contingeret, se a corpore ut socio non satis aequo discessurum.*

Cap. VIII. 10. τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν.] Alii interpretantur νεκρὸν *mortale, morti obnoxium,* quanquam non ex naturæ necessitate, sed *ob peccatum.* Quo sensu νεκρὰν exstat apud Arria-

ianum in Epict. lib. 3. cap. 10. pag. 306. sub fin. τὸ σωμάτιον, τὸ οὐκ ἐμὸν, τὸ φύσει ΝΕΚΡΟΝ. *Corpusculum quod meum non est, quodque natura mortale.* Nec non pag. 345. lin. 21. Alii vero *corpus mortuum peccato* intelligunt, sive quantum attinet ad peccatum, ut ne in illo amplius vivat. Cui sententiæ, quam equidem veriorem puto, plane congruit significatio τῦ διὰ, quam exemplo confirmavimus ad Rom. III, 25.

Ibid. v. 18. λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια) Arrian. Epict. pag. 246. pag. 18. μέμνησο δ' ὅτι ἄλλο τί σοι δέδωκε κρεῖττον ἁπάντων τούτων, τὸ χρησόμενον αὐτοῖς, τὸ δοκιμάζον, τὸ ΤΗΝ ΑΞΙΑΝ ἑκάστου ΛΟΓΙΟΥΜΕΝΟΝ. *Sed memento, quod his omnibus præstantius quiddam tibi impertierit Deus, nempe id quod his omnibus uti, quod judicare, quod cujusque pretium & dignitatem ratiocinando pensitare potest.*

Ibid. πρὸς τὴν) Πρὸς ad comparationem indicandam adhibetur. Polyb. pag. 597. lin. 3. a f. παράδοξον τοῖς ἐν τῇ βασιλείᾳ ΠΡΟΣ τὴν τοῦ λοιποῦ βίου προαίρεσιν τέλος ἐπιτεθεικὼς τῷ πολέμῳ. *Imposito eo fine huic bello, quem subditi, reliqua ejus vitæ atque institutorum gnari, satis mirari non poterant.* Arrian. Epict. pag. 358. lin. 12. a f. ἵν' εἴπῃς ὅτι Ἄργος τυφλός ἐστι ΠΡΟΣ αὐτόν. *Ut comparatione ejus Argum possis cæcum appellare.* Xenoph. Memorab. lib. 1. pag. 571. lin. 28. αὐτὸς δὲ πάντα ἀνθρώπινα ὑπερεώρα ΠΡΟΣ τὴν παρὰ τῶν θεῶν συμβουλίαν. *Ipse consilia humana præ divinis aspernabatur.*

tur. Devarius de particulis Græcis p. m. 326. ex Æschine hæc citat: ἅπαντα μὲν ἂν διεξελθεῖν ΠΡΟΣ μικρὸν μέρος τῆς ἡμέρας ΟΥΚ ΑΞΙΟΝ ἐπιχειρεῖν. *Omnia vero persequi propter breve spatium diei non operæ pretium est ut aggrediar.* Item ex Platone: τὰ δὲ ἄλλα μικρὰ ἂν εἴη ΠΡΟΣ ταῦτα, *reliqua vero perexigua sint, si cum his conferantur.*

Ibid. v. 19. ἀποκαραδοκία) Chrysostomus: ἀποκαραδοκία, ἡ σφοδρὰ προσδοκία ἐστίν. *vehemens exspectatio est.* Verbo utitur Polybius pag. 1112. lin. 8. ἵνα μὴ δόκῃ τοῖς καιροῖς ἐφεδρεύων ΑΠΟΚΑΡΑΔΟΚΕΙΝ τὴν Ἀντιόχου παρουσίαν. *Ne temporum opportunitates captasse & Antiochi adventum cupide exspectasse videretur.* Frequentius est simplex καραδοκεῖν, ut pag. 192. lin. 24. pag. 233. lin. ult. pag. 261. lin. 15. a f. pag. 594. lin. 8. p. 730. lin. 13. a f. & aliis locis pluribus.

Ibid. v. 28. πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν τοῖς) Polyb. pag. 154. lin. 7. οὐκ ἐλάχιστα δὲ ΣΥΝΗΡΓΗΣΕ καὶ Καρχηδονίοις οὗτο τὸ κίνημα, πρὸς τὸ καταςκευάσασθαι τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἀσφαλῶς. *Non mediocriter profuere Carthaginiensibus isti tumultus, ut interea rebus in Hispania componerent.* Pag. 155. lin. 10. a f. ΣΥΝΗΡΓΕΙΤΟ δ' αὐτοῖς ΠΑΝΤΑ καὶ πανταχόθεν ἑτοίμως. *Undique sane eorum conatus, ut quisque poterat studiose adjuvabat.* Pag. 836. lin. 8. πολλὰ δὲ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ΕΙΣ οὗτο τὸ μέρος ΣΥΝΗΡΓΕΙΤΟ. *Sed & barbari ut difficultates augerent, multam operam posuerant.* Pag. 876. lin.

lin. 12. Μεγάλα μὲν γὰρ ἔφη τὴν λαμπρότητα συμβάλλεσθαι πρὸς ἔκπληξιν τῶν ὑπεναντίων, πολλὰ δὲ ΣΥΝΕΡΓΕΙΝ τὴν ἐκ τῆς ἐπισκευῆς ἁρμογὴν τῶν ὅπλων ΕΙΣ τὴν χρείαν. *Dicebat Philopœmen, splendorem armorum ad terrorem hostibus incutiendum vim magnam habere; aptitudinem vero eorundem ex concinnitate fabricæ, ad usum conferre mirum quantum.*

Ibid. v. 31. ὑπὲρ ἡμῶν) Polyb. pag. 746. lin. 11. παρεκάλουν θαῤῥεῖν, ὡς ΥΠΕΡ ἐκείνων παρόντας τοὺς Καρχηδονίους. *Bono ut essent animo jubere: ad salutem enim civium Carthaginienses venisse.* Arrian. exp. Alex. 1, 16, 10. Ἕλληνες ὄντες, ἐναντία τῇ Ἑλλάδι ΥΠΕΡ τῶν βαρβάρων ἐμάχοντο. *Græci cum essent, contra Græciam pro barbaris pugnabant.* Eodem modo idem loquitur 1, 29, 9.

Cap. IX. 11. κατ' ἐκλογὴν) Polyb. pag. 87. lin. 11. τοὺς δ' ἐπιβάτας ΚΑΤ' ΕΚΛΟΓΗΝ ἄνδρας ἀπαραχωρήτους ἐκ τῶν πεζικῶν στρατοπέδων εἶχον. *Selectos e copiis pedestribus propugnatores, cedere nescios, Romani habebant.* Pag. 629. lin. 20. *Ita nec ubicunque paucorum est potentia, par est arbitrari esse optimatium principatum:* ἀλλὰ ταύτην ἥτις ἂν ΚΑΤ' ΕΚΛΟΓΗΝ ὑπὸ τῶν δικαιοτάτων καὶ φρονιμωτάτων ἀνδρῶν βραβεύηται, *verum ubi justissimi prudentissimique viri per electionem rerum summa potiuntur.* Pag. 639. lin. 15. οἱ ΚΑΤ' ΕΚΛΟΓΗΝ ἀριστίνδην κεκριμένοι πάντες ἔμελλον ἀεὶ τῷ δικαίῳ προσνέμειν ἑαυτούς. *Qui quum essent omnes in eum ordinem allecti propter virtutem, justiori utique parti se erant ad-*

adjunctituri. Pag. 667. lin. 6. ἐκ τούτων εἷς ἑκάστης ἀνὴρ λαμβάνεται ΚΑΤ' ΕΚΛΟΓΗΝ, ὃς τῶν μὲν κατὰ τὰς φυλακὰς λειτουργιῶν ἀπολύεται. *E singulis istis decimis ordinibus unum inter omnes eligunt, quem ab excubandi munere liberant.* Pag. 816. lin. 23. τῶν ἐξ ἀμφοῖν ΚΑΤ' ΕΚΛΟΓΗΝ τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν προκεχειρισμένων. *Utpote quum ex utraque parte selectorum virorum flos dimicaret.* Pag. 1310. lin. 2. Συμβαίνει δὲ τὰ πλοῖα ταῦτα, ΚΑΤ' ΕΚΛΟΓΗΝ λαμβάνεσθαι ἐκ τῆς Καρχηδόνος, ἐφ' οἷς τὴν Τύρον ἐκπέμπουσιν οἱ Καρχηδόνιοι τὰς πατρίους ἀπαρχὰς τοῖς θεοῖς. *Solent autem cum cura hæ naves deligi ex omni numero navium quæ sunt Carthagine, ad deferendas Tyrum primitias, quas illuc Carthaginienses diis patriis mittunt.* Pag. 1354. lin. 4. a f. οὗτοι δὲ ἦσαν ὥσπερ ἐπίτηδες ἐξ ἑκάστης πόλεως, ΚΑΤ' ΕΚΛΟΓΗΝ οἱ χείριστοι. *Qui ex omnibus civitatibus quasi de industria delecti fuerant, pessimus quisque.* Et pag. 650. lin. 6. & 11. λαμβάνειν τὴν ἐκλογὴν, & λαμβάνειν τὴν αἵρεσιν eodem sensu pro *electionem facere* dicitur. Quibus in locis ἐκλογὴ non dicitur de simplici plane absolutaque electione, quæ ex solo eligentis arbitrio proficiscatur, sine ullo illius, qui eligitur, respectu. Quæ quidem sors potius quàm electio dicenda foret. Sed quid Deus in Jacobo spectaverit, cur ipsum eligeret, ex Theologorum nostrorum scriptis & hujus loci Commentariis petatur.

Ibid. v. 27. ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ.) Ὑπὲρ hic idem valet quod περὶ, non quia Hebræi על sic usurpant,

pant, ut putat *Grotius*. Ignotum enim fuit istud Polybio, qui tamen eodem modo loquitur lib. 2. cap. 37. init. ΥΠΕΡ ὧν σαφέστερον ἐν ἑτέροις δηλώσομεν, *de quibus singillatim alibi dicemus*. Ignotum & Arriano, apud quem nihilominus ὑπὲρ sæpius hoc sensu reperitur, ut de exp. Alex. præf. n. 2. ἄλλοι μὲν δὴ ἄλλα ΥΠΕΡ Ἀλεξάνδρου ἀνέγραψαν. *Alii alia de Alexandro scripserunt*. Item 5, 5, 1. & 6, 28, 2. ΥΠΕΡ ἐκείνου λόγος ἐλέγετο, *fama de eo ferebatur*. It. 1, 9, 14. 1, 12, 8. 1, 25, 8.

Ibid. v. 29. ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν) i. e. idem nobis accidisset quod Gomorrhæ. Arrian. Epict. lib. 2. cap. 16. pag. 198. lin. 7. θέλεις οὖν καὶ ἡμεῖς τοῖς παιδίοις ΟΜΟΙΩΜΕΝ; *Vis ergo & nos tecum similiter agere ac cum pueris?*

Cap. XI. 4. ὁ χρηματισμὸς) Apud Polybium humanum quoque responsum significat pag. 1125. lin. 12.

Ibid. v. 11. ἔπταισαν) scilicet πρὸς τὸν λίθον τοῦ προσκόμματος, supra IX. 32. Polyb. pag. 1307. lin. 6. a f. ὁ δὲ παρεκάλει μὴ δὶς πρὸς αὐτὸν ΛΙΘΟΝ ΠΤΑΙΕΙΝ. *Polybius Demetrium monuit, caveret ad eundem lapidem bis offendere.*

Ibid. v. 29. Ἀμεταμέλητα) Polyb. pag. 1129. lin. 17. a f. ἔσεσθαι γὰρ ΑΜΕΤΑΜΕΛΗΤΟΝ αὐτῷ τὴν τοιαύτην προαίρεσιν. *Fore enim nunquam ut ejus consilii ipsum pœniteat*. Pag. 1206. lin. 7. ἐπαγγελ-

σελλόμενος ΑΜΕΤΑΜΕΛΗΤΟΝ αὐτοῖς ἔσεσθαι τὴν πίστιν. *Pollicitus datam ipsis fidem nunquam iri violatum.*

Ibid. v. 32. Συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν) Optime scholia græca citata a *Jac. Wellero* in Annotat. ad hunc locum: τὸ συνέκλεισεν ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν δύο δύναται δηλοῦν· ἢ ὅτι ἀπειθεῖς ἐποίησεν, ὅπερ οὐκ ἔχει χώραν, ἢ ὅτι ἀπειθεῖς ἀπέδειξεν, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἀληθές. *Deus conclusit omnes sub incredulitatem, potest duo significare, vel quod incredulos effecerit, quod locum non habet, vel quod incredulos demonstrarit, quod & verum est.* Et licet verbum hoc in significatione *demonstrandi* nondum legerim apud auctores: nihilominus tamen cum eam significationem habere affirmet Scholiastes, hoc magis ipsi fidem habeo, quod eum videam verissime dixisse, συγκλείειν εἰς ἀπείθειαν significare etiam posse *incredulos facere*, cujus generis exempla loco opportuniore infra ad Gal. III. 23. allegabuntur. Cum ergo in priore verus esse deprehendatur, quidni & in posteriore ei credam? præsertim cum eodem modo locum hunc interpretetur Chrysostomus: συνέκλεισε τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν ὁ Θεὸς, τουτέστιν, ἤλεγξεν, ἀπέδειξεν ἀπειθοῦντας· οὐχ ἵνα μείνωσιν ἀπειθοῦντες, ἀλλ᾽ ἵνα τοὺς ἑτέρους διὰ τῆς ἑτέρων σώσῃ φιλονεικίας, τούτους διʼ ἐκείνων, κἀκείνους διὰ τούτων. *Sub incredulitatem Deus omnes conclusit, hoc est, coarguit, demonstravit incredulos esse: non ut manerent increduli, sed ut alios per aliorum salvaret contentionem, hos per illorum, & illos per horum.*

Ibid.

Ibid. v. 33. *ὦ βάθ☉ πλύτυ*) *O profundas, immensas, maximas divitias!* Aptissima translatione hæc duo conjunguntur, eaque nec Græcis inusitata, qui elegantissimum inde verbum composuerunt βαθύπλυτ☉, quo Euripides de pace usus est, citatus a Polybio lib. 12. cap. 14. pag. 929. lin. 7. Εἰρήνα ΒΑΘΥΠΛΟΥΤΕ. *O pax alma, datrix opum.* Est & apud Suidam: εὐδαίμονα καὶ βαθύπλυτον εἶναι, id est πολὺν πλῦτον ἔχυσαν. Rationem metaphoræ hanc quidem reddit *Beza*, quia quo major est opum cumulus, eo etiam altior fit ac profundior, ideo profunditatis meminisse. Sed huic opinioni repugnat, quod etiam ἡ κατὰ βάθ☉ πτωχεία dicitur 2. Cor. VIII. 2. Præstat ergo τὸ βάθ☉ accipere tanquam notam magnitudinis cujuscunque. Unde Græci & alia hujusmodi composita formarunt, ut βαθύκληρ☉ *opulentus*, βαθυκτέαν☉ item *locuples*, βαθύποτμ☉ *infelix*, βαθυγήρως *valde senex*, βαθύγλωσσ☉ *eloquens*; & *absinthium* vocatur a nonnullis βαθύπικρον ob summam amaritudinem, teste Dioscor. lib. 3. cap. 26. & εἰς βαθὺ γῆρας προελθὼν dicitur *provectioris ætatis*, Zosim. lib. 5. pag. 786. lin. 37. & βαθεῖα εἰρήνη *altissima pax*, Herodian. lib. 4. pag. 551. lin. 10. Latinis etiam *profundum* dicitur quidvis immensum & modum finemque velut haud habens. Salust. Jugurtha cap. 81. *Jugurtha Bocchi animum oratione accendit: Romanos injustos, profunda avaritia, communes omnium hostes esse.*

Cap. XII. I. λογικὴν) *Joannes Gregorius* in scholiis Græcis ad h. l. ista Epicteti allegat ex Arriano εἰ ἀηδὼν ἤμην, ἐποίουν τὰ τῆς ἀηδόνος· εἰ κύκνος, τὰ τοῦ κύκνου. νῦν δὲ ΛΟΓΙΚΟΣ εἰμι· ὑμνεῖν με δεῖ τὸν Θεόν. τοῦτο μου τὸ ἔργον ἐστί. Quæ exstant lib. I. cap 16. extremo, & hanc habent sententiam: *Si luscinia essem, facerem quæ luscinia solet, si cygnus, quæ cygnus. Nunc vero rationalis sum. Deum me oportet hymno celebrare. Hoc meum officium est.*

Ibid. v. 7. Εἴτε διακονίαν, ἐν τῇ διακονίᾳ.) Sive qvis habet munus, in eo rite obeundo membri vice fungatur in corpore Ecclesiæ, uti versu quinto dicitur, alios aliorum nos esse membra; neque nimium sibi arroget, ut v. 3. præcipitur. Sic etiam supplendæ reliquæ ellipses. Quibus non multum dissimiles sunt apud Arrianum in dissert. Epict. lib. 4. cap. 4. pag. 455. *Cleanthis dictum sit in promptu: Duc me, Jupiter, & tu necessitas.* θέλετ' εἰς Ῥώμην, εἰς Ῥώμην. εἰς Γύαρα, εἰς Γύαρα· εἰς Ἀθήνας εἰς Ἀθήνας· εἰς φυλακήν, εἰς φυλακήν. *Vultis me Romam ducere vel ire?* ducite *Romam*; Vel, ibo Romam &c.

Ibid. v. II. τῷ καιρῷ δουλεύοντες.) Polybius dicit ἀκολουθεῖν τοῖς καιροῖς, pag. 1244. lin. 25. ὁ δ' Ἄρχων ἀκολουθεῖν ἔφη δεῖν τοῖς καιροῖς, καὶ μὴ διδόναι τοῖς ἐχθροῖς ἀφορμὴν εἰς διαβολήν. *Archoni placebat, ut temporum rationem haberent; ne hostibus calumniandi occasio daretur.* Cic. fam. lib. 9. ep. 17. *Nos illis servimus, ipse temporibus.* Et ad

At-

Attic. *Cum sit necesse tempori servire, & non amittere tempus, cum sit datum.*

Ibid. v. 17. κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες.] Polyb. pag. 501. lin. 11. a fine: τοῖς Αἰτωλῶν ἀσεβήμασι συνεξαμαρτάνων διὰ τὸν θυμὸν, καὶ ΚΑΚΩ ΚΑΚΟΝ ΙΩΜΕΝΟΣ, οὐδὲν ᾤετο ποιεῖν ἄτοπον. *Immanibus Ætolorum sceleribus paria delinquens præ ira, & malum malo, quod ajunt, sanans, nihil peccari a se existimabat.*

Ibid. v. 21. νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ) Arrian. de exp. Alex. 6, 23, 8. Ἐς τοσόνδε ΠΡΟΣ ΤΟΥ ΚΑΚΟΥ ΕΝΙΚΩΝΤΟ. *Adeo malo vincebantur.* Quanquam ibi de fame oratio est, qua victi, contra mandatum Alexandri frumento, quod obsignatum ferebant, uti sunt.

Cap. XIII. 1. ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι] Enchirid. Epict. cap. 29. *Ea quæ optima tibi videbuntur, sic teneto,* ὡς ΥΠΟ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΤΕΤΑΓΜΕΝΟΣ εἰς ταύτην τὴν τάξιν, *quasi a Deo sis in ea statione collocatus.*

Ibid. v. 7. ἀπόδοτε τὴν τιμὴν) Polyb. pag. 1433. lin. antep. ΑΠΟΔΙΔΟΝΤΕΣ τῇ μητρὶ τὴν καθήκουσαν χάριτα καὶ ΤΙΜΗΝ. *Obsequio atque honore matri, ut par erat, præstito.*

Ibid. v. 10. κακὸν οὐκ ἐργάζεται.) Polyb. pag. 605. lin. 15. a f. ἄλλο μὲν οὖν οὐκ ἔφθασαν

οὐδὲν

οὐδὲν ΕΡΓΑΣΑΣΘΑΙ ΚΑΚΟΝ, *nihil illi quidem mali aliud cuiquam fecerunt.*

Ibid. v. 11. ὥρα) Polyb. pag. 225. lin. 4. *Nunc postquam res inter cæteras maxime insignes perstrinximus:* ΩΡΑ μνημονεύοντας τῆς προθέσεως ἐπαναγαγεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως· *tempus est, ut propositi memores, ad principium rerum narrandarum orationem nostram referamus.* Pag. 517. lin. 11. ἤδη δὲ τῆς ΩΡΑΣ συναγούσης ἅπαντας. *Cum autem serum diei esset, ac de recipiendo se omnes hora admoneret.* Plato in Apolog. Socrat. ἀλλὰ γὰρ ἤδη ΩΡΑ ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν ἀποθανουμένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις. Cic. 1. Tusc. *Sed tempus est, inquit Socrates, jam hinc abire me, ut moriar, vos ut vitam agatis.*

Ibid. v. 12. ἡ νὺξ προέκοψεν) Polybius hoc sensu dicit προβαίνειν lib. 8. cap. 22. pag. 741. lin. 22. *Ut populi multitudo somnum carpebat,* προὔβαινε δὲ τὰ τῆς νυκτὸς, *jamque multum nox erat provecta.* Pag. 312. lin. 4. ἤδη τῆς ἡμέρας προβαινούσης. & pag. 460. lin. 5. a f. τοῦ δὲ χειμῶνος ἔτι προβαίνοντος, *adulta jam hieme.* Provecta vero nox dicitur, non quæ tota jam, sed cujus maxima pars præteriit; ut, si nox sit duodecim horarum, decem horis præterlapsis, dicimus noctem processisse, proximeque finem esse, quemadmodum hoc verbum explanat Theophylactus. Cæterum totum hunc locum omnium rectissime puto exponi a Græcis, Chrysostomo atque Theophy-

phylacto, qui σωτηρίαν interpretantur salutem æternam, *noctem* vero præsentem vitam, *diem* denique futurum seculum. Neque sententiæ huic obstat, quod Paulus quasi jam ille dies adsit, loquitur, ὡς ἐν ἡμέρᾳ. Nam vel ὡς hic est nota similitudinis, vel, quod verius videtur, ἡμέρα hoc versu metaphorice, proximo superiori autem proprie accipitur; quemadmodum in simili exhortationis argumento fit 1. Thess. V. ubi in exponenda caussa exhortationis, ἡμέρα proprie usurpatur v. 2. & 4. in ipsa vero exhortatione metaphorice v. 5. & 7. plane uti hoc loco. Verba vero v. XI. ὅτε ἐπιστεύσαμεν interpretati sunt *quam cum inciperemus credere*, denn da wir gläubig wurden / sive, denn da wir gläubig worden sind; sicut Act. XIX. 2. πιστεύσαντες optime reddidit Lutherus, da ihr gläubig worden seyd. Monet enim Paulus, quo propius a meta absint, hoc eos oportere contentius currere, neque πρὸς τῷ τέρματι, καθάπερ οἱ κακοὶ τῶν σταδιέων, ἐγκαταλείπειν τὰς ἑαυτῶν προθέσεις, *circa ipsam metam, sicuti mali cursores in stadio solent, studia desistere incepta*, ut ait Polybius pag. 1022. lin. 3. Ita locus hic, secundum vernaculam nostram versionem obscurissimus, perspicuus fit atque evidens. Conf. Annot. Xenoph.

Ibid. ἀποθώμεθα) Polyb. pag. 182. lin. 8. cf. ΑΠΟΘΕΣΘΑΙ τὰς τυραννίδας, *tyrannidem deponere*. Et pag. seq. lin. 1. ΑΠΕΤΙΘΕΤΟ τὴν τυραννίδα, *tyrannidi renunciavit*. Et lin. 6. ἀ-

ty-

tyrannus Argivorum Aristomachus, Hermionensium Xenon, Phliasiorum Cleonymus, τότε ΑΠΟΘΕΜΕΝΟΙ τὰς μοναρχίας, ἐκοινώνησαν ταῖς τῶν Ἀχαιῶν δημοκρατίαις, *abdicato tunc unius dominatu, communionem status popularis Achaeorum sunt donati.* Arrian. Epict. lib. 4. cap. 4. pag. 458. τὸ κακόηθες καὶ λοίδορον ΑΠΟΤΙΘΕΣΘΑΙ, *malos mores & maledicentiam deponere.*

Ibid. v. 14. τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε) Familiarissimum dicendi genus Polybio nostro; uti exempla declarant. Ita pag. 294. lin. 14. a f. ubi & agitur de cura corporis: πολλὴν γὰρ ΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣ ΠΡΟΝΟΙΑΝ Ἀννίβας τῆς ἐπιμελείας αὐτῶν, ἀνεκτᾶτο καὶ τὰς ψυχὰς ἅμα καὶ τὰ σώματα τῶν ἀνδρῶν. *Itaque summo studio Hannibal id operam dabat, ut ipsi animis corporibusque reficerentur.* Pag. 527. lin. 2. δέον ἂν εἴη μεγίστην ἡμᾶς ΠΟΙΕΙΣΘΑΙ ΠΡΟΝΟΙΑΝ, καὶ τοῦ χειρισμοῦ καὶ τῆς οἰκονομίας. *Praecipua videlicet nobis adhibenda cura fuerit, quo sic omnia ordinentur, atque inter se connectantur.* Pag. 616. lin. 20. ὡς ὑπὲρ ἰδίου σώματος βουλεύηται καὶ καθόλου πάντων τῶν τῆς Ἑλλάδος μερῶν, ὡς οἰκείων καὶ προσηκόντων αὐτῷ ΠΟΙΗΣΗ ΠΡΟΝΟΙΑΝ. *Ipsis tanquam corpori suo consuluerit, omniumque in universum Graeciae partium perinde curam habuerit, ac si conjuncti essent ipsi omnes, & proprio jure ad eum pertinerent.* Pag. 668. lin. 13. τῶν δ' ἱππικῶν βραχεῖαν τινα ΠΟΙΟΥΝΤΑΙ ΠΡΟΝΟΙΑΝ. *Equestris rei levem aliquam curam habent.* Pag. 826. lin. 16. ΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ γὰρ ΠΡΟΝΟΙΑΝ εἰς

ἰδίων

[illegible] ἀδελφῶν καὶ θυγατέρων. *Sibi ipsas non secus ac sorores aut natas fore curae.* Usurpatur etiam sine casu pag. 642. lin. 15. pag. 712. lin. 7. Construitur & cum praepositionibus ὑπὲρ pag. 331. lin. 8. pag. 501. lin. 2. atque περὶ pag. 469. lin 9. Caeterum quod additur εἰς ἐπιθυμίας, videtur *Augustino* de doctr. Christ. lib. 4. cap. 20. periodus non satis numerose cadere. Ait enim: *Quod si quisquam ita diceret,* & carnis providentiam ne in concupiscentiis feceritis, *sine dubio aures clausula numerosiore mulceret: sed gravior interpres etiam ordinem maluit tenere verborum. Quomodo autem hoc in Graeco eloquio sonet, quo est loquutus Apostolus, viderint ejus eloquii usque ad ista doctiores. Mihi tamen quod nobis eodem verborum ordine interpretatum est, nec ibi videtur currere numerose.* Ego quidem aures tam doctas tamque elegantes non habeo, ad quarum judicium referre audeam numerorum in Graeca lingua concinnitatem; sed tamen cum a Polybio; qui etsi non valde quaesivit, neque tamen neglexit numerum, simili ratione concludi videam licet non totam periodum, membrum tamen periodi; nihil in hac verborum clausula desiderari posse puto. Ita vero Polybius pag. 1244. lin. 16. a fine: τῷ δ' Ἄρχωνι ἀκολουθεῖν ἐδόκει δεῖν τοῖς καιροῖς, καὶ μὴ διδόναι τοῖς ἐχθροῖς ἀφορμὴν ΕΙΣ ΔΙΑΒΟΛΗΝ, μηδὲ προσδιαγράφας αὑτοὺς εἰς τὴν αὐτὴν ἐλθεῖν διάθεσιν τοῖς περὶ Νίκανδρον. *Archoni placebat, ut temporum rationem haberent, ne hostibus calumniandi occasio daretur: denique cavendum esse, ne sua culpa idem infortunium incurrerent, cum Nicandro.*

Cap.

Cap. XIV. 2. ὁ μὲν) Erasmus testatur nonnullis Græcorum exemplaribus fuisse quomodo & Beza legere mavult, quia non cessit ὁ μὲν, sed ὃς μὲν. Verum uti Græci in distributionibus, non tantum præpositivis, etiam postpositivis articulis utuntur, ut XXIII. 33. 1. Cor. VII. 7. XI. 21. Jud. v. 22. 23 interdum quoque postpositivo subjungunt præpositivum, & vice versa. Ut apud Polyb. 556. lin. 7. ἃ μόλις βασιλεὺς ΤΑ ΜΕΝ ... Ἑρμείαν, Α ΔΕ κατὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην χειρίζων, ... ἐπηρεάζοντι. *Quæ mala Rex ægre tandem, modo Hermiæ verbis leniens, modo pro arbitrio suo ... disponens, mitigavit.* Et pag. 316. lin. 8. ... ΜΕΝ προσήγετο, ΤΑΣ ΔΕ κατεστρέφετο τῶν πόλε... *Alias quidem urbes in amicitiam recepit, alias subegit.*

Ibid. v. xxii. ἐν ᾧ δοκιμάζει] *in eo quod dijudicat,* quod agere decernit. Ita Polyb. pag. 650. lin. 24. δοκιμάζειν dixit pro eligere, unde & paulo post addit nomen ἐκλογῆς. Optime Lutherus: in dem, das er annimmt. Nam verbum hoc non modo locum habet in eligendo eo, quod optimum, sed etiam quod pessimum judicatur. Insignis plane locus est apud Plutarchum in pædag. cap. 7. n. 11. ubi δοκιμάζειν & προαιρεῖσθαι tanquam synonyma ponuntur. Ὁμοιόν τι ποιοῦντες, ὥσπερ εἴ τις τῷ σώματι κάμνων, τὸν μὲν ἐπιστήμῃ δυνηθέντα ἂν σῶσαι παραλιπὼν, χαριζόμενος, τὸν δὲ δι' ἀπειρίαν ἀπολέσαντα τὸν αὐτὸν ΠΡΟΣΕ-

ΛΟΙΤΟ

δ') Ἐκεῖνος ἢ ναύκληρον τὸν ἄριστον ἀφεὶς, τὸν χείριστον ΜΑΣΕΙΕ, φίλου δεηθέντος. *Similiter faciant,* *quis ægrotans, omisso, qui arte mederi posset,* *in amici gratiam deligat, a quo ob ejus insci-* *necetur: aut repudiato navis optimo re-* *amico petente pessimum deligat.*

Cap. XV. 8. βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας] *servandam promissa.* Polyb. lib. 3. cap. 111. 364. lin. 1. θεῶν γὰρ βουλομένων, ὅσον οὔπω ΒΕΒΑΙΩΣΕΙΝ ἡμῖν πέπεισμαι ΤΑΣ ΕΠΑΓΓΕΛΙΑΣ. *Con-* *enim jamjam me, dii modo ceptis annuant, pro-* *fidem exsoluturum.* Ita τὰς ἐγγράπτους ΒΕΒΑΙΟΥΝ *leges pactorum scriptas servare,* pag. 2. lin. 15. & pag. 1133. lin. 15. ὁ δὲ Πόπλιος, μὲν κατὰ τὸν υἱὸν ΕΠΑΓΓΕΛΙΑΝ, ἔφη, δέχεσθαι μεγάλην χάριν ἕξειν ἐπὶ τούτοις, ἐὰν ΒΕΒΑΙΩΣῌ ὑπόσχεσιν. *Publius ad hæc: quod de filio polli-* *retur, id se ait accipere: multumque se illi eo no-* *mine debiturum, si promissi fides existeret.*

Cap. XVI. 18. ἀκάκων.] ἄκακος hic dicitur simplex atque incautus, qui ut ipse est minime malus, ita nec ab aliis quicquam mali suspicatur; unde fit, ut facile decipiatur. Polyb. pag. 345. lin. 5. a f. τοῦτον μὲν ΑΚΑΚΟΝ ὄντα τὸν ἄνδρα καὶ πρᾶον τῇ φύσει, πιστῶς δὲ τὰ πρὸς αὐτὸν διακείμενον. *Hunc virum norat minime malum, natura levem, & qui sibi fideret.* Pag. 512. lin. 10. a f. ἀλλὰ τῇ τῶν κατοικούντων τὸ χωρίον εὐνοίᾳ πιστεύοντες, ΑΚΑΚΩΣ πρὸ τοῦ τείχους αὐτοῦ παρενέβαλον. *Sed be-*

lin. 15. pag. 617. lin. 13. a f. pag. 629. lin. 9. a f. pag. 642. lin. 1. pag. 692. lin. 9. a f. *Quæ res apud reliquos mortales vitio vertitur, ea ipsa continere Romanam Remp. mihi videtur:* ΛΕΓΩ ΔΕ τὴν δεισιδαιμονίαν. *superstitionem dico.*

Cap. II. 2. οὐ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν,) Cum in Christo, eoque crucifixo, annunciando præcipue versaretur munus Apostolicum: hinc Paulus ait, in eo sibi sita fuisse omnia, ut Christum prædicaret, cæterarumq; rerum laudem pro nihilo duxisse, neque ullam vel philosophandi scientiam, vel dicendi artem ad Corinthios attulisse, eamve ostentasse. *Statueram mecum*, inquit, *ita me gerere apud vos, quasi nihil scirem.* Eodem modo Epictetus Philosophum quoque videri vult aliarum rerum omnium rudem, idque solum præ se ferre, quod est Stoici proprium, scire, quomodo efficere possit, ut neque ea quæ velit non consequatur, neque in quæ nolit incidat, lib. 2. cap. 1. sub fin. δόξον δὲ μηδεὶς εἶναι, καὶ ΕΙΔΕΝΑΙ ΜΗΔΕΝ· μόνον τοῦτο εἰδὼς φαίνε, πῶς μήτ' ἀποτύχῃς ποτὲ, μήτε περιπέσῃς· ἄλλοι μελετάτωσαν δίκας, ἄλλοι προβλήματα, ἄλλοι συλλογισμούς· σὺ ἀποθνήσκειν, σὺ δεδέσθαι, σὺ στρεβλοῦσθαι, σὺ ἐξορίζεσθαι. *Videri velis nullus esse, nihilque scire: hoc solum te scire præ te feras, quomodo neque unquam frustra quidquam appetas, neque in malum incidas. Alii meditentur caussas forenses, alii quæstiones philosophicas, alii syllogismos; tu disce mori, vinciri, tormentis cruciari, in exilium agi.* Idem quo-

quoque fieri solet in minoribus artibus, ut, quam quisque profitetur, in ea excellere sibi pulchrum putet, reliquas contemnat, earumque imperitus malit haberi, quam istarum intempestivo usu suæ arti officere.

Ibid. v. 4. πειθοῖς λόγοις) Polybius dicit πειθοῖ καὶ λόγῳ, pag. 175. lin. 11. πολλοὺς δὲ πειθοῖ καὶ λόγῳ προσηγάγετο. *Multos rationibus & apta ad persuadendum oratione adduxit.*

Ibid. v. 10. τὰ βάθη] Polyb. pag. 1441. lin. penult. *Erat Cotys ingenio prorsus Thracum dissimilis:* καὶ γὰρ νήπτης ὑπῆρχε, καὶ πρᾳότητα καὶ ΒΑΘΟΣ ὑπέφαινεν ἐλευθέριον. *quippe sobrietatem ac clementiam & solertiam quandam liberalem eminus præferebat.* Ad quem locum *Henr. Valesius* in Adnotationibus ita scribit: Vox est Polybiana quæ altitudinem mentis atque ingenii significat, qua præditus abdita quæque examinat ac dispicit. Itaque Polybius de Pausistrato supra (pag. 1434. lin. 4.) dixit. βαθύτερος τῇ φύσει καὶ στασιμώτερος μᾶλλον ἢ τολμηρότερος ὑπῆρχεν. *Sagaciori ingenio, & majori constantia quam audacia præditus erat.* βάθος enim fere cum constantia conjunctum est. Ut contra qui a Græcis ἐπιπόλαιοι (*superficiarii*) dicuntur, leves solent esse. Suidas in ἐπιπόλαιος. ὁ δὲ Σιλβανὸς ἐπιεικὴς μὲν ἦν καὶ τἄλλα ἱερὸς καὶ ἀλυσιτελέστερος τὰ ἤθη καὶ ἐπιπόλαιος. quod Suidas explicat ἀντὶ τοῦ οὐ βαθὺς τὸν τρόπον. Optime autem descripsit τὸ βάθος

Æschylus in Septemthebana, de Amphiarao eum dicit, βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. Philo in legatione ad Cajum Tiberii ingenio tribuit τὸ βάθος optimo jure. ὁ γὰρ Τιβέριος φρένας βαθεία χρώμενος. & Nicolaus noster de Assyriis. Eunapius quoque apud Suidam de Rufino tutore Imperatoris Arcadii βαθυγνώμων ἄνθρωπος καὶ κρυψίνους. hanc altitudinem animi vocant Latini. Salustius in bello Jugurthino de Sulla *Ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis*. Hæc *Valesius*. Idem Polybius pag. 655. lin. 6. *Probant autem Romani Centuriones, non tam eos qui sunt audaces & ad pericula subeunda prompti, quam eos qui arte imperatoria valent, suntque firmi ac stabiles*, καὶ βαθεῖς μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς *& alto magis animo*. Sunt ergo τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ abdita Dei consilia, quæ nemo nisi Spiritus Dei perscrutari potest. Sunt & τὰ βάθη τοῦ σατανᾶ Apoc. II. 24.

Cap. III. 16. ναὸς Θεοῦ ἐστε] Epictetus lib. 2. cap. 8. pag. 157. σὺ ἀπόσπασμα εἶ τοῦ Θεοῦ· ἔχεις τι ἐν σεαυτῷ μέρος ἐκείνου. τί οὖν ἀγνοεῖς σου τὴν συγγένειαν; τί οὐκ οἶδας πόθεν ἐλήλυθας; οὐ θέλεις μεμνῆσθαι ὅταν ἐσθίῃς, τίς ὢν ἐσθίεις, καὶ τίνα τρέφεις; ὅταν συνουσίᾳ χρῇ, τίς ὢν χρῇ; ὅταν ὁμιλίᾳ, ὅταν γυμνάζῃ, ὅταν διαλέγῃ; οὐκ οἶδας ὅτι θεὸν τρέφεις; θεὸν γυμνάζεις; θεὸν περιφέρεις τάλας, καὶ ἀγνοεῖς. δοκεῖς με λέγειν ἀργυροῦν τινα, ἢ χρυσοῦν ἔξωθεν; ἐν σαυτῷ φέρεις αὐτὸν, καὶ μολύνων οὐκ αἰσθάνῃ, ἀκαθάρτοις μὲν διανοήμασι, ῥυπαραῖς δὲ πρά-

προσάξεσι· καὶ ἀγάλματος μὲν τοῦ Θεοῦ παρόντος, ἐκ ἂν τολμήσαις τι τέτων ποιεῖν, ὧν ποιεῖς· αὐτοῦ δὲ τοῦ Θεοῦ παρόντος ἔσωθεν, καὶ ἐφορῶντος πάντας καὶ ἐπακέοντος, ἐκ αἰσχύνη ταῦτα ἐνθυμέμενος καὶ ποιῶν, ἀναίσθητος τῆς σαυτοῦ φύσεως καὶ θεοχόλωτε; *Tu delibatum quid es ex Deo, habes partem quandam illius in te ipso. Cur ergo ignoras tuam nobilitatem? Cur non nosti unde veneris? non vis meminisse quando edis, qui sis qui edis, & quem nutrias? quando cum aliis rem habes, qui sis qui habes? quando cum aliis versaris, quando exerceris, quando disseris? non nosti, quod Deum nutrias? Deum exerceas? Deum circumfers & ignoras. Putas me dicere argenteum quendam aut aureum externum? in te ipso fers eum, & eum abs te coinquinari non sentis impuris cogitationibus, & sordidis actionibus. Quodsi Dei effigies adesset, non auderes quidquam horum facere, quae facis: Deo autem ipso praesente intus, & inspiciente omnia, & audiente, non pudet te ista cogitare & facere, tuae ipsius naturae ignarus & Deo invisus.* Item pag. 199. lin. 24. Quanquam sunt in his quaedam omnino non probanda. Quare hic locum habet illud Pauli 1. Thess. V. 21. Πάντα δοκιμάζετε· τὸ καλὸν κατέχετε.

Ibid. v. 18. μωρὸς γενέσθω,) Doctoribus Ecclesiae haec potissimum dicuntur, de quibus etiam inde a v. 12. agit Paulus. Hi cum ostentatione humanae sapientiae id agerent, ut aliis praeferrentur, monet eos Paulus, ut missam faciant istam sapientiam, stultique videri malint

iis, qui istam admirentur. Fieri enim non potest, quin quam quisque sapientiam esse existimat, ea qui destituuntur, aut plane contra sentiunt aguntque, hos pro insipientibus atque stolidis habeat. Pertinet huc praeceptum Epicteti, non recusandam esse amentiae opinionem ei, qui proficere velit in philosophiae studio, enchirid. cap. XVIII. Εἰ προκόψαι θέλεις, ὑπόμεινον, ἕνεκα τῶν ἐκτὸς ἀνόητος δόξαι καὶ ἠλίθιος· μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι· κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τις, ἀπίστει σεαυτῷ. Ἴσθι γὰρ, ὅτι οὐ ῥᾴδιον καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν σεαυτοῦ κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτός· ἀλλὰ τοῦ ἑτέρου ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι, πᾶσα ἀνάγκη. *Si proficere vis, ne recusa, quo minus ob res externas amens & fatuus habearis: ne quid scire videri velis. Quod si quis aliis esse videaris; ipse tibi diffidito. Scito enim, facile non esse, institutum tuum in eo statu, qui sit naturae consentaneus, conservare, & res externas amplecti: sed aliter non posse fieri, quin is, alterum qui curat, alterum negligat.* Caeterum semper mihi visus est hunc locum elegantissime illustrare Origenes contra Celsum, cujus verba non pigebit repetere ex lib. I. pag. 12. οὐκοῦν ὁ μὲν ἀπόστολός φησιν, οὐχ ἁπλῶς, ἡ σοφία μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστιν· ἀλλ', ἡ σοφία τοῦ κόσμου τούτου. καὶ πάλιν· οὐχ, εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν, ἁπαξαπλῶς μωρὸς γενέσθω· ἀλλ' ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. σοφίαν οὖν τούτου τοῦ αἰῶνος λέγομεν, τὴν κατὰ τὰς γραφὰς καταργουμένην πᾶσαν ψευδοδοξοῦσαν φιλοσοφίαν· καὶ μωρίαν λέγομεν ἀγαθὴν, οὐκ ἀπο-

λεχυμένως, ἀλλ᾽ ὅτε τις τῷ αἰῶνι τούτῳ γίνεται μωρὸς. ὡς εἰ λέγομεν καὶ τὸν Πλατωνικὸν, πιστεύοντα τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς, καὶ τοῖς περὶ αὐτῆς λεγομένοις περὶ μετενσωματώσεως, μωρίαν ἀνειληφέναι, ὡς πρὸς τοὺς Στωϊκοὺς, διασύροντας τὴν τούτων συγκατάθεσιν· καὶ ὡς πρὸς Περιπατητικοὺς, θρυλλοῦντας τὰ Πλάτωνος τερετίσματα· καὶ ὡς πρὸς Ἐπικουρείους, δεισιδαιμονίαν ἐγκαλοῦντας τοῖς εἰσάγουσι πρόνοιαν, καὶ Θεὸν ἐφιστᾶσι τοῖς ὅλοις. *Ergo Apostolus non simpliciter ait, sapientiam esse apud Deum stultitiam: sed sapientiam hujus mundi: ac rursum, non si quis videtur esse sapiens inter vos, simpliciter stultus fiat: sed in hoc seculo fiat stultus, ut fiat sapiens. Sapientiam igitur hujus Seculi dicimus eam, quæ per scripturas sacras inutilis & supervacua redditur, universam falsis dogmatibus refertam philosophiam: similiter stultitiam bonam aimus non absolute, sed quoties aliquis huic seculo fit insipiens. Ac si diceremus & Platonicum credentem immortalitatem animæ, quæque traduntur de ipsius transmigratione e corporibus in alia corpora, stultitiam assumpsisse, quantum ad Stoicorum sententiam attinet, hanc eorum credulitatem cavillis exagitantium; quantumque ad Peripateticos ludibrio habentes Platonis deliramenta; tum quantum ad Epicuræos, superstitionem exprobrantes assertoribus providentiæ, & Deum universitati rerum præesse eamque gubernare credentibus.*

Cap. IV. 5. Φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους) *in lucem proferet, palam faciet.* Polyb. pag. 1448.

lin. 11. *Cum cives suos testes haberent omnium dictorum & factorum suorum*, ἔπειτα δὲ τῶν γραμματων ἑαλωκότων καὶ ΠΕΦΩΤΙΣΜΕΝΩΝ, *praeterea interceptis & palam recitatis litteris.* Conf. 2. Ti I. 10.

Ibid. τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν) i. e. qu quidque consilio factum sit. Quas βουλὰς Epi ctetus δόγματα appellat in Enchiridio cap. 6; Λούεταί τις ταχέως; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι ταχέως. πίνει τις πολὺν οἶνον; μὴ εἴπῃς ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι πολύν· πρὶν γὰρ διαγνῶναι τὸ δόγμα, πόθεν οἶσθα εἰ κακῶς; *Lavat quispiam cito? ne dicas lavisse male, sed cito. Bibit quispiam multum vini? ne dicas bibisse male, sed multum. Priusquam enim cognoris consilium ejus: unde scis, an male?* Ad quem locum *Casaubonus* hæc annotat. „Nihil certius, quam δόγμα hoc loco, *consilium* „sive *propositum* ex opinione manans indicare. „Ita enim censent & sciscunt veteres illi sophi, „non tam facta cujusque, ut laudi aut vitio tri„buamus, spectanda esse, quam *dogmata*; id „est, scopum & propositum ex dogmatibus „aptum; quod si rectum sit, & illa recta; sin „pravum, pariter & illa judicanda esse: quod „& Simplicius hic, & Arrianus lib. 12. c. 8. sed & „Antoninus non uno loco latius prosequuntur. „Eadem & Apostoli doctrina, 1. Cor. IV. 5. ὥστε „μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὃς „καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει „τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν (id plane dicit & intelligit,

" ...re; quod Epictetus verbo δόγματα] καὶ τότε "
λόγ. ἔπαινος (id est ἔπαινος ἢ ψόγος, ut alibi do- "
cuimus:) γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Recte "
ad Deum provocat, qui καρδιογνώστης est, ab "
illis quibus nulla legitima ratione judicium "
competit: eorum autem (hominum quoque) "
quibus judicandi provincia incumbit, alia ra- "
tio est; qui ex factis (& hoc quoque Christo "
sanciente) quia corda scrutari non possunt, sen- "
tentiam ferre tenentur.

Ibid. v. 9. ἐσχάτους ἀπέδειξεν) i. e. ἐποίησεν *fecit*; quemadmodum hoc verbo usus est Chrysostomus, locum hunc ita exponens: οὐκ εἶπεν, ὅτι ἁπλῶς ἡμεῖς ἐσμὲν ἔσχατοι, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἡμᾶς ἐσχάτους ἐποίησε. *Non dicit, simpliciter nos sumus ultimi, sed Deus nos ultimos fecit.* Sic & Arrianus sæpe loquitur de exped. 3, 6, 13. *Asclepiodorum satrapam Syriæ* ΑΠΗΔΕΙΞΕ *fecit.* Et 3, 22, 2. 6, 2, 2. nec non 1, 20, 5. 2, 12, 3. Polyb. pag. 176. lin. 18. Herodotus initio operis; ἔργα Ἕλλησιν ἀποδεχθέντα, *opera a Græcis edita*, sive res gestæ. Item pag. 7. D.

Ibid. θέατρον ἐγενήθημεν) Epictetus dicit θέαμα εἶναι, quanquam illud est ἐμφατικώτερον, lib. 3. cap. 22. pag. 349. init. *Ille quidem (de quo dixi) impatiens, haud dubie Deum a quo missus sit, incusabit, quod ipso indignius utatur & præter meritum ipsius:* ὅς γε ἐνεκαλλωπίζετο ταῖς περιστάσεσι, καὶ θέαμα εἶναι ἠξίου τῶν παριόντων, *hic vero*

rebus

rebus dubiis sese ostentabit, & spectaculum esse. vult *accedentium.* Vide ad Hebr. X. 33.

Ibid. v. 13. περικαθάρματα) Hoc eodem nomine appellat Epictetus liberos Priami, quem negat numerosa sobole plus profuisse hominum societati; quam Homerus lib. 3. cap. 22. pag. 353. lin. 10. Ὁμήρε πλείονα τῇ κοινωνίᾳ συνεβάλετο Πρίαμος ὁ πεντήκοντα γεννήσας ΠΕΡΙΚΑΘΑΡΜΑΤΑ; *Num plus quam Homerus societati profuit Priamus qui quinquaginta procreavit* περικαθάρματα? Sed cur eos sic appellet, viderint alii. De nomine καθάρματος multa collegit *Lamb. Bos* in Exerc. phil. ad h. l.

Ibid. v. 16. μιμηταί με γίνεσθε.] Polyb. pag. 176. lin. 14. ὁλοσχερῶς ὥρμησαν ἐπὶ τὸ ΜΙΜΗΤΑΙ ΓΕΝΕΣΘΑΙ τῆς πολιτείας αὐτῶν. *Communi omnes consensu formam Reip. illorum imitari decreverunt.*

Cap. V. 10. ὀφείλετε) *oporteret vos exire*, sive *exeundum vobis esset.* Ita ὀφείλειν *oportere* significat etiam infra VII. 36. & Hebr. II. 17. V. 3. Luthero recte per müssen interpretante. Polyb. pag. 649. lin. 6. *Quodsi casus aliquis gravior urgeat*, ΟΦΕΙΛΟΥΣΙΝ οἱ πεζοὶ στρατεύειν εἴκοσι στρατείας ἐνιαυσίες, *vicena stipendia annua peditibus sunt facienda.* Et pag. 670. lin. 18. Τὸ δ' αὐτὸ πάσχειν ΟΦΕΙΛΕΙ τοῖς προειρημένοις, ὅ, τε οὐραγὸς καὶ ὁ τῆς ἴλης ἡγεμὼν, *idem quoque supplicium manet tam coactorem agminis, quam turmæ præfectum.*

Cap.

Cap. VI. 2. ἐν ὑμῖν κρίνεται) *Beza* interpretatur *inter vos*; i. e. vobis præsentibus, & quasi ipsius Christi judicis ore mundum condemnantibus. *Hieronymus* exponit *per vos vel vestro exemplo*. Eodemque modo *Chrysostomus* fide & factis suis ait sanctos condemnaturos esse mundum. οὐ γὰρ εἶπεν, ὑφ' ὑμῶν, ἀλλ', ἐν ὑμῖν. ὥσπερ ὅταν λέγῃ· *Non dixit, a vobis, sed in vobis. ut cum dicit: Regina austri surget, & condemnabit generationem hanc.* Ego vero omnino ἐν ὑμῖν pro ὑφ' ὑμῶν positum existimo; ut verba ista: *sancti judicabunt mundum*, tantum variatione grammatica sint ita commutata: *mundus judicabitur a sanctis*, sive per sanctos. Alioquin enim enervaretur vis argumenti, eo pertinentis, ut demonstretur, dignos & idoneos esse Christianos, qui controversias hujus vitæ dijudicent, quod ipsi olim judices sint futuri de impiis hominibus & malis angelis. Quem enim Deus dignum æstimat, qui de rebus gravissimis ferat sententiam, ei multo magis par est ab hominibus res minoris momenti cognoscendas committi. Quam autem infirma foret ista argumentandi ratio, si sic colligas: Cujus sanctitate in extremo judicio alterius arguetur impietas, is idoneus quoque est judex rerum temporalium. Nam in judice potissimum sapientia requiritur. Unde Paulus ait v. 5. οὕτως οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν σοφός; Tum vero suum habebit oratio pondus, si ita dicas: Cujus sapientiæ Deus tantum tribuat, ut eum in novissimo die velit judicem sedere in mundum & an-

ge-

gelos, eum omnino parem etiam habendum esse litibus hujus vitæ disceptandis. Videtur autem illud loquendi genus *κρίνεσθαι ἔν τινι*, pro *ὑπό τινος*, Chrysostomo notum non fuisse, propterea fortasse, quod in istis locis & istis temporibus, quibus ipse vixit, homines non ita loquerentur. Id quod fit in omnibus linguis, ut aliis locis aliisque temporibus verba usurpentur, alibi & alias inusitata. Certe in Polybio particulam *ἐν* bis omnino eo ipso sensu reperi. Lib. 27. cap. 6. init. pag. 1039. ΕΝ *μὲν ἴσῳ* ΚΡΙΤΗ *δικαιότερον ἂν νομισθείη τούτους ἡμῖν ἀποδιδόναι τὰς αἰχμαλώτους ναῦς καὶ τοὺς ἄνδρας, ἤπερ ἡμᾶς τούτοις. Si apud æquum judicem res ageretur, justius videretur, ut illi potius naves captas & viros nobis redderent, quam ut nos ipsis.* (Cum quo convenit alius locus pag. 1095. med. *Injuriarum quas Attalus accepit, δίκας ὑπέχειν* ΕΝ *ἴσῳ κριτηρίῳ, apud æquos judices rationem redderet.*) Et lib. 5. cap. 29. pag. 524. lin. 15. a fine: *κακεῖ Πτολεμαῖον*, ΚΡΙΝΑΣ ΕΝ Μα*κεδόσιν ἀπέκτεινε. Ubi Ptolemæum, Macedonibus de caussa ejus cognoscentibus, capitis pœna affecit.* Ita recte doctissimus interpres. Non enim hic, ne quis erret, *ἐν Μακεδόσιν* est tantum inter Macedonas, sive ipsis tantum præsentibus, sed per Macedonas, sive ipsis quoque suffragium ferentibus de ejus capite. Nam apud Macedonas judiciorum potestas erat penes populum. Uti vel ex Curtio constat 6, 8, 25. *De capitalibus rebus vetusto Macedonum modo inquirebat exercitus: in pace, erat vulgi, nihil potestas regum valebat,*

nisi

nisi prius voluisset auctoritas. h. e. nisi prius suam populo reges approbassent sententiam. Et ex Corn. Nep. in Eumene 5, 1. *Hic, qui deseruerant, exercitu* [Macedonico] *suffragium ferente, capitis absentes damnantur.* Quin etiam Polybius hujus ἰσηγορίας Macedonum cum suis regibus mentionem facit lib. 5. cap. 27. sub fin. Bene græcum ergo est κρίνεσθαι ἐν τινι, minimeque Hebræo more *in vobis*, pro *per vos* dictum, uti putat *Justinianus* apud Polum in Synopsi. Magis etiam id intelligetur ex Demosth. Olynth. 3. pag. 10. C. Νομοθέτας καθίσατε. ἘΝ δὲ τούτοις τοῖς νομοθέταις μὴ θῆσθε νόμον μηδένα (εἰσὶ γὰρ ὑμῖν ἱκανοὶ) ἀλλὰ τοὺς εἰς τὸ παρὸν βλάπτοντας ὑμᾶς λύσατε. *Legumlatores constituite: per eos autem legumlatores, nullam sancite legem* [*sunt enim vobis satis multæ*] *sed eas quæ vos in præsentia lædunt, abrogate.*

Cap. VII. 29. οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι.) Obtemperatum fuisse huic præcepto a primis Christianis, testis est Epictetus, qui Galilæos, i. e. Christianos, ait ita erga liberos, uxorem, omnesque res humanas animo affectos fuisse, & quidem ex consuetudine, (οὕτω διατεθῆναι πρὸς ταῦτα ὑπὸ ἔθους,) ut in nullo discrimine posuerint, sive haberent ista, sive non haberent, ὥστε ἐν μηδενὶ ποιεῖσθαι τὸ ἔχειν ταῦτα ἢ μὴ ἔχειν, lib. 4, cap. 7. pag. 277.

Ibid. v. 35. ἀπερισπάστως.] *Knatchbull* interpretatur, *sine violenta abstractione, nempe in verba mea.*

mea. Non ut vi aliqua vos traham in verba mea, & cogam vos & volentes & nolentes in virginitate degere. Hæc ille; sed sine ullius Græci Scriptoris auctoritate, ea sola conjectura adductus, quod περισπᾷν significet *vi abripere.* Audax negotium, tam lubrico innixum fundamento extrudere velle veterem, & quod sciam, uno omnium consensu firmatam significationem, præsertim cum περισπᾶσθαι manifesto sit *curis & negotiis distrahi* Luc. X. 40. In Lexicis etiam sine auctoritate citatur. Quare ex nostris Scriptoribus quædam exempla describemus, ut in tuto collocetur hujus vocabuli significatio, neque posthac ab ullo amplius possit sine temeritate tentari, nisi æque perspicua contrariæ opinionis adducantur testimonia. Arrian. dissert. Epict. lib. 1. cap. 29. pag. 123. lin. 25. ΑΠΕΡΙΣΠΑΣΤΩΣ καθῆσθαι, καὶ ἀκȣ́ειν νῦν μὲν τραγῳδȣ̃. *Sine omni distractione assidere & attentum esse Tragico oportet.* Polyb. lib. 2. cap. 20. extr. Ἤτε τῶν Γαλατῶν τόλμαν ἐν καιρῷ καταπληξάμενοι, λοιπὸν ΑΠΕΡΙΣΠΑΣΤΩΣ τὸ μὲν πρῶτον πρὸς Πύῤῥον κλ. *Tum autem Gallorum audacia opportune repressa, de cætero absque ullo impedimento, primo contra eundem Pyrrhum de Italia bellum gesserunt: deinde cum Carthaginiensibus de Siculorum dominatu certamen susceperunt.* Et pag. 932. lin. 13. opponitur ei παρέργως, *non uti nunc quasi aliud agentes, instituerint; & persuasi rem universam eam esse e maxime sibi necessariis ac pulcherrimis,* ΑΠΕΡΙΣΠΑΣΤΩΣ προσάγωνται πρὸς ȣ̃το τὸ μέρος τὰ κατὰ τὸν βίον, *ita se illi studio applicuerint, ut*

ut per omnem vitam illud non ponant. Eodemque sensu usurpatur adjectivum apud Arrian. in Epict. lib. 2. cap. 21. extr. ΑΠΕΡΙΣΠΑΣΤΟΝ αὐτὴν ἐνέγκατε εἰς τὴν σχολὴν, καὶ γνώσεσθε οἵαν ἰσχὺν ὁ λόγος ἔχει. *Afferte eam non varie distractam in scholam, & intelligetis, quantam vim habeat ratio.* Simillimus est locus de Cynico, uxorem ideo non ducente; ne rerum domesticarum cura ipsum abstrahat a Dei ministerio lib. 3. cap. 22. pag. 350. sub fin. μή ποτ' ΑΠΕΡΙΣΠΑΣΤΟΝ εἶναι δεῖ τὸν κυνικὸν ὅλον πρὸς τῇ διακονίᾳ τοῦ θεοῦ; ἐπιφοιτᾶν ἀνθρώποις δυνάμενον, οὐ προσδεδεμένον καθήκουσιν ἰδιωτικοῖς, οὐδ' ἐμπεπλεγμένον σχέσεσιν, ἃς παραβαίνων οὐκέτι σώσει τὸ τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ πρόσωπον· τηρῶν δ' ἀπολεῖ τὸν ἄγγελον καὶ κατάσκοπον καὶ κήρυκα τῶν θεῶν. κλ. *Nonne Cynicum abstrahi nullo modo posse oportet a ministerio, cui servit, Dei? ut possit semper adesse hominibus non alligatus domesticis officiis, aut districtus his rebus, quas negligens non tueatur boni viri personam; quasque procurans, amittat nomen nuncii, & speculatoris atque etiam praeconis Dei. Nonne oportet ipsum cogitare, quae socero sint danda, aliis quoque affinibus uxoris, ipsi etiam uxori? Deinde operam quoque impendere aegrotantibus cogitur, & rei acquirendae studiosum esse oportebit, ut de caeteris nihil dicam. Quin etiam lebetem & scapham habere oportebit, quae calidam infundat loturo infanti: nec non lanula quoque & oleo, & grabbato & poculo opus erit puerperae. Plura nunc parantur vascula, ut praeteream reliquas occupationes & distractiones negotiorum,* τὴν ἄλλην ἀσχολίαν,

τὸν ΠΕΡΙΣΠΑΣΜΟΝ. Unde apparet, hoc verbum quasi proprium esse matrimonii avocationi a rebus magis necessariis.

Ibid. v. 40. κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην.) Polyb. pag. 416. lin. 11. a f. ἀγνοοῦντες καὶ πολὺ παραπαίοντες τοῦ δέοντος, ΚΑΤΑ γε ΤΗΝ ΕΜΗΝ ΓΝΩΜΗΝ. *Perperam illi quidem, ut judicium meum est, a recta via consiliorum procul aberrantes.* Item pag. 1051. lin 17.

Cap. VIII. 4. οὐδὲν εἴδωλον] Idolum nihil esse dicitur, propterea, quod ejus nulla sit habenda ratio, neque illius respectu ab esu carnium immolatarum abstinendum, cum nullam vim habeat idolum neque ad sanctificandum neque ad polluendum res oblatas, neque cuiquam vel nocere vel prodesse possit, Jer. X. 5. Ita philosophi quidam statuebant, justitiam, pudorem, patrem, filium nihil esse, hoc est, nullum esse justitiæ, ceterarumque virtutum munus, nulla neque liberorum erga parentes, neque parentum erga liberos officia; sed justitiam, pudorem, patrem, filium vana tantum esse nomina. In quos ita invehitur Epictetus lib. 2. cap. 20. pag. 229. lin. 9. πῶς ἡ δικαιοσύνη ΟΥΔΕΝ ἐστι; πῶς ἡ αἰδὼς μωρία ἐστί; πῶς πατὴρ ΟΥΔΕΝ ἐστι; πῶς ὁ υἱὸς ΟΥΔΕΝ ἐστι; *Quomodo justitia nihil est? Quomodo pudor stultitia est? Quomodo pater nihil est? Quomodo filius nihil est?* Sic Chrysostomus interpretatur: οὐκ ἔστιν οὖν εἴδωλα; οὐκ ἔστι ξόανα; ἐστι μὲν, ἀλλ' οὐκ ἔχει τινὰ ἰσχύν. *Non ergo sunt Idola? Non sunt simulachra? Sunt quidem, sed nullam vim habent.* Cap.

Cap. IX. 5. *γυναῖκα περιάγειν,*] Polybius ex Theopompo pag. 1376. lin. 4. a f. *καὶ* ΠΕΡΙΗΓΟΝΤΟ *μὲν δύο καὶ τρεῖς τοὺς ἑταιρευομένους.* *Ac duos quidem tresve meritorios pueros secum circumducebant.*

Ibid. v. 17. *οἰκονομίαν πεπίστευμαι*) Eadem constructio verbi *πιστεύεσθαι* Rom. III. 2. Gal. II. 7. 1. Thess. II. 4. 1. Tim. I. 11. Tit. I. 3. & apud Polyb. pag. 1316. lin. 12. *ἐπιστεύθη δὲ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ὅλων ὑπὸ τοῦ βασιλέως.* *Universo regno eum præfecerat.*

Ibid. v. 25. *Πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται.*] Epictetus in Enchirid. cap. 35 *Θέλεις Ὀλύμπια νικῆσαι* &c. *Vis Olympia vincere? &c. Oportebit te conservare ordinem, vesci ingratis, abstinere bellariis, exerceri necessario, & certo tempore, in æstu, in frigore: non frigidam bibere, non vinum, quando lubet. Ad summam tanquam medico, sic lanistæ te tradas oportet.* Eadem repetuntur in dissert. lib. 3. cap. 15. Et lib. 3. cap. 23. init. *οἱ ἀθλοῦντες πρῶτον κρίνουσι τίνες εἶναι θέλουσιν· εἶθ' οὕτω τὰ ἑξῆς ποιοῦσιν· εἰ δολιχοδρόμος, τοιαύτη τροφή, τοιοῦτος περίπατος; τοιαύτη τρῖψις, τοιαύτη γυμνασία· εἰ σταδιοδρόμος; πάντα ταῦτα ἀλλοῖα. εἰ πένταθλος, ἔτι ἀλλοιότερα· οὕτως εὑρήσεις καὶ ἐπὶ τῶν τεχνῶν.* *Athletæ primum constituunt qui esse velint: deinde quæ necessaria sunt, faciunt. Si Dolichodromos esse velit, certo quodam victu utetur, certis ambulationibus, frictionibus, & exercitiis. Si Stadiodromos velit esse, his omnibus di-*

versis utetur: si Pentathlos, magis etiam diversis. Sic invenies quoque in artibus. Ubi participium ἀθλοῦντες æque ac hic ἀγωνιζόμενος cum articulo vim nominis habet.

Cap. X. 6. ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν,) Præclare his verbis, quæ historiarum sit utilitas, ostenditur; de qua & Livius initio operis sui: *Hoc illud est præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi tuæque reipublicæ quod imitere, capias: inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites.* Et Polybius lib. 28. pag. 1446. ubi etiam exempla ad imitandum vel vitandum proposita, τύποι dicuntur: *Nam cum gravissimi casus & mutationes non solum apud Rhodios, sed in cæteris quoque civitatibus acciderint, operæ precium fuerit dispicere consilia singulorum qui Reip. præerant, & quinam recte ac constanter se gesserint, quinam officio suo defuerint, videre:* ἵνα οἱ ἐπιγινόμενοι ὡσανεὶ ΤΥΠΟΝ ἐκτιθεμένων δύνωνται κατὰ τὰς ὁμοίας περιστάσεις τὰ μὲν αἱρετὰ διώκειν, τὰ [illegible] φευκτὰ φεύγειν ἀληθινῶς. *Ut posteri tanquam [illegible] proposito exemplo discant, ubi similes casus ingruerint, honesta quæque persequi ac fugere contraria.* Item pag. 1451. lin. 15. & seqq.

Ibid. v. 19. & 20. ὅτι εἰδωλόθυτόν τί ἐστ[illegible] Ἀλλ᾽ ὅτι ἃ θύει) Omissa est inter hos duos vers[illegible] particula negandi, uti & ab Arriano disse[illegible] 1. cap. 29. extremo: μήτι ἐν ἐκείνῳ [illegible]

διὰ τοῦτο τὰς γυναῖκας ἀπελύσαμεν; ἈΛΛΑ τοῖς γνωρίμοις, τοῖς δυναμένοις αὐτὰ ἀκοῦσαι· ἐκείνῳ δὲ συμπεριφέρεται, ὡς παιδίῳ. *Num ergo illi dicit: ob hanc causam mulieres dimisimus?* Non. *Sed familiaribus hoc dicit, qui ea poterant audire: illi vero se accommodat, tanquam puero.* Et lib. 4. cap. 7. pag. 483. sub fin. μὴ γὰρ τὸ ἦθος ἐζήλωκα αὐτοῦ; ἈΛΛΑ τὴν παιδίαν σώζων, ἔρχομαι πρὸς αὐτόν. *Num mores ipsius imitandos mihi proposui?* Non. *Sed ne ludum turbem, venio ad ipsum.* Cap. 8. pag. 488. lin. 10. a f. & lib. 2. cap. 23. pag. 246. lin. 10. μήτι τῆς ὁρατικῆς ποτ' ἤκουσας λεγούσης τι περὶ ἑαυτῆς; μήτι τῆς ἀκουστικῆς; μήτι πυρῶν; μήτι κριθῶν; μήτι ἵππου; μήτι κυνός; ἈΛΛ' ὡς διάκονοι καὶ δοῦλοι τεταγμέναι εἰσὶν ὑπηρετεῖν τῇ χρηστικῇ τῶν φαντασιῶν. *Num unquam audivisti videndi facultatem de seipsa quid dicentem? num audiendi facultatem? num frumentum? num hordeum? num equum? num canem?* Non. *Sed tanquam ministra & serva sunt constituta* cæteræ facultates atque res, *ad serviendum ei facultati, quæ visis utitur.* Idem paulo post pag. 247. lin. 9. plenius loquitur: τίς ἐστιν ἡ ἀνοίγουσα καὶ κλείουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ἀφ' ὧν οὐ δεῖ ἀποστρέφουσα, τοῖς δὲ προσάγουσα; ἡ ὁρατική; ΟΥ. ἈΛΛ' ἡ προαιρετική. *Quænam est facultas quæ aperit & claudit oculos, & ab iis, quæ inspici non debent, avertit, ad alia vero advertit? num visus? Non, sed arbitrium voluntatis.*

Cap. XI. 5. ἀκατακαλύπτῳ) Tanquam insignis contumeliæ argumentum notatur a Po-

 lybio,

lybio, mulierem quandam revelata facie per urbem tractam fuisse pag. 993. lin. 19. *Is quo suam cum Tlepolemo discordiam faceret palam, socrum ipsius, Danaen nomine, ex æde Cereris abreptam, καὶ διὰ μέσου τῆς πόλεως ἑλκύσαντες ΑΚΑΤΑΚΑΛΥΠΤΟΝ; & per mediam urbem revelata facie tractam, in carcerem conjecerat.*

Ibid. v. 10. διὰ τοὺς ἀγγέλους) Suum cuique dæmonem a Deo custodem datum esse ait Epictetus, quem etiam in tenebris vereri par sit lib. 1. cap. 14. pag. 64. *Itaque*, inquit, *cum clauseritis fores & tenebras intus feceritis, nolite unquam dicere quod soli sitis; neque estis, ἀλλ' ὁ θεὸς ἔνδον ἐστὶ, καὶ ὁ ὑμέτερος δαίμων ἐστί, sed Deus intus est, & dæmon vester. Et quid his lumine opus, ut videant quid faciatis?*

Ibid. v. 17. οὐκ ἐπαινῶ) In alia re ipsos laudarat v. 2. in hac vero non item v. 22. Est autem in hoc verbo μείωσις Grammatica, de qua Glass. Gramm. Sacr. pag. 478. Dicunt enim Græci οὐκ ἐπαινῶ, de re quam non modo non laudant, sed etiam vehementer vituperant. Arrian. exp. Alex. 4, 7, 6. Καὶ ἐγὼ οὔτε τὴν ἄγαν ταύτην τιμωρίαν Βήσσου ΕΠΑΙΝΩ, ἀλλὰ βαρβαρικὴν εἶναι τίθεμαι τῶν ἀκρωτηρίων τὴν λώβην. *Ego vero atrocem hanc de Besso ultionem nequaquam laudaverim, quinimo barbaricam esse dixerim hanc extremarum corporis partium mutilationem.* Et v. 7. *Et quod vestem Medicam pro Macedonia ac patria assumserit,* οὐδα-

ἐπαινῶ ΕΠΑΙΝΩ; *nullo modo laudo; & quod cidarim Persicam, iis quos prælio vicerat ademptam, cum eo ornatu quem ipse olim victor gestare solebat, commutare non erubueris,* ὐδὲν τέτων ΕΠΑΙΝΩ, *nihil horum laudo.*

Ibid. v. 28. καὶ ὕτως) Arrian. dissert. lib. 3. cap. 15. init. Ἑκάςȣ ἔργȣ σκόπει τὰ καθηγȣ́μενα καὶ τὰ ἀκόλȣθα, ΚΑΙ ΟΥΤΩΣ ἔρχȣ ἐπ' αὐτό. *Cujusque operis considera antecedentia & consequentia, & postea ipsum aggredere.*

Cap. XII. 6. ἐνεργημάτων) Distinguuntur quidem apud Polybium ἐνεργήματα & συνεργήματα pag. 1280. lin. antep. quorum illa dicuntur, quæ Rhodii soli fecerant pro Romanis, hæc vero in quibus ipsos adjuverant: sed videtur hoc discrimen in N. T. non servari, in quo certe ἐνεργεῖν & συνεργεῖν sæpe idem valent.

Ibid. v. 15. παρὰ τȣ̃το) *propterea.* Polyb. pag. 775. lin. 10. ΠΑΡΑ ΤΟΥΤΟ συνέβη, *ex quo factum.* Pag 808. lin. 6. a f. συλλογιζόμενος, ὅτι ΠΑΡΑ ΤΟΥΤΟ συμβαίνει τοῖς περὶ τὸν πατέρα γενέσθαι τὴν περιπέτειαν. *Cum facile inde colligeret, patri patruoque suo eam fuisse exitii caussam.* Pag. 603. lin. 10. a f. καὶ γὰρ νῦν ΠΑΡΑ τὸ μέγεθος αὐτῆς καὶ τὴν ἐρημίαν ἐσφάλθαι. *Nam quod urbe nunc careant, ab hoste diruta, ejus rei caussam exstitisse mœnium vastum ambitum, & colentium infrequentiam.* Et pag. 767. lin. 9. & pag. 768. lin. 9. a f.

Ibid. v. 23. τέτοις τιμὴν περιτίθεμεν] Τιμὴν περιτιθέναι significat generatim *honorem exhibere*, hoc autem loco metonymice *veste contegere ea* corporis membra, quæ adſpectum eſſent deformem habitura atque turpem, qui eſt honor quidam. Proprie περιτιθέναι dicitur de veſtimento Matth. XXVII. 28. ſed translate ſæpius apud Polybium p. 478. lin. 13. τὸς ΠΕΡΙΘΕΝΤΑΣ ἐκείνῳ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ, *qui regem illum creaverant*. Pag. 572. lin. 5. a f. τὴν ὅλης τῆς Ἀσίας ΑΡΧΗΝ Σελεύκῳ ΠΕΡΙΘΕΙΝΑΙ. *Aſiæ univerſæ dominatum Seleuco parare*. Pag. 969. lin. ult. *Sed & deas immortales omnium quæ acciderunt teſtes fuiſſe*: ΠΕΡΙΘΕΝΤΑΣ ΤΟ ΚΡΑΤΟΣ ἐ τοῖς ἄρχεσι χειρῶν ἀδίκων, ἀλλὰ τοῖς ἀμυνομένοις· *qui decus victoriæ iis tribuerint, non qui armis injuſtis priores laceſſiverant, ſed qui vim vi repellebant*. Pag. 1027. lin. 2. ἡ τύχη ΠΕΡΙΘΕΙΣΑ ΤΗΝ ΝΙΚΗΝ ἅμα καὶ τὴν σωτηρίαν τοῖς ἀπηλπισμένοις. *Fortuna victoriam ſimul & ſalutem iis largita, quos omnis penitus ſpes bona deſtituerat*. Ita & τιμὴν περιτιθέναι τινὶ eſt *honorem habere alicui*.

Cap. XIII. 2. ὐδέν εἰμι) *Nihil ſum*, i. e. nihil ago, nihil proficio, &, uti verſu ſequenti dicitur, nihil inde utilitatis capio, nulliusq; pretii ſum. Ita & Socrates loquitur apud Arrianum in Epict. lib. 4. cap. 8. pag. 491. lin. 22. εἴ με τίς (φησι) βλάψαι δύναται, ἐγὼ ὐδὲν ποιῶ· εἰ ἄλλον περιμένω ἵνα με ὠφελήσῃ, ἐγὼ ΟΥΔΕΝ ΕΙΜΙ. θέλω τι, καὶ ὐ γίνεται, ἐγὼ ἀτυχής εἰμι. *Si quis (inquit) nocere mihi poteſt, ego nihil ago. Si alium exſpectem ut mihi*

pro-

rosit, ego nihil sum. Si volo aliquid, & non fit, ego miser sum.

Ibid. v. 4. περπερεύεται] Adjectivum πέρπερος exstat apud Arrianum in dissert. lib. 3. cap. 2. pag. 277. lin. 19. conjungiturque cum multis aliis vitiis, sed ita, ut nihil inde certi de hac voce colligi possit. Vocat enim Epictetus quendam hominem ταπεινὸν, μεμψίμοιρον, ὀξύθυμον, δειλὸν, πάντα μεμφόμενον, πᾶσιν ἐγκαλοῦντα, μηδέποτε ἡσυχίαν ἄγοντα, ΠΕΡΠΕΡΟΝ. Agit autem de ea copiose Stephanus in indice Thesauri sui.

Ibid. v. 11. νήπιος] Arrian. Epict. lib. 3. cap. 24. pag. 380. init. οὕτως οὐδέποτε παύσῃ παιδίον ὢν ΝΗΠΙΟΝ; οὐκ οἶδ' ὅτι Ο ΤΑ ΠΑΙΔΙΟΥ ποιῶν ὅσῳ πρεσβύτερος, τοσούτῳ γελοιότερος; *Adeo nunquam cessabis parvus puer esse? An nescis, quod qui puerilia facit, quo est natu grandior, eo fit magis ridiculus?*

Cap. XIV. 7. φωνὴν - - φθόγγοις) Φωνὴ & φθόγγος eleganter ab Epicteto ita distinguuntur, ut φωνὴ sit sonus quivis, φθόγγος autem sonus musicus, sive in vocum sive in nervorum cantu. Ita enim disserit lib. 3. cap. 6. pag. 290. init. Πυθομένου δέ τινος τί ἐστιν ὁ κοινὸς νοῦς, ὥσπερ (φησὶ) κοινή τις ἀκοὴ λέγοιτ' ἂν, ἡ μόνων ΦΩΝΩΝ διακριτικὴ, ἡ δὲ τῶν ΦΘΟΓΓΩΝ οὐκέτι κοινὴ, ἀλλὰ τεχνική· οὕτως ἔστι τινὰ, ἃ οἱ μὴ παντάπασι

διεστραμμένοι τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰς κοινὰς ἀφορμὰς ὁρῶσιν. ἡ τοιαύτη κατάστασις, κοινὸς νοῦς καλεῖται. *Interrogante quodam, quid esset communis intellectus, ut, inquit, communis auditus is potest dici, qui tantum sonos discernit, qui vero sonos musicos discernit, non jam est communis, sed artificiosus: ita sunt quædam, quæ homines non plane obtusi secundum communes notitias vident. Talis constitutio, communis intellectus vocatur.* Stephanus in Thesauro annotat: φθόγγους esse sonitus vocis discretos „contentione æquali aut inæquali. Idem ex „vulgatis Lexicis hæc affert ad vocem σύστημα. „tom. I. pag. 1796. Σύστημα pro constitutione „vox est proprie Musicorum: a quibus inter„valla dicuntur διαστήματα, id est vocis spatia, „quibus acuta & gravis includitur. Ex eis fiunt „constitutiones, quæ συστήματα appellantur, ut „ipsa intervalla constant ex *phthongis* [hi sunt so„nitus Vitruvio] qui elementorum vice in musi„ca funguntur, autore Adrasto Peripatetico. „Vel sic ex Chalcidio, Apud Musicos συστήματα „principales partes vocanrur. Hæc autem ipsa „constant ex certo tractu pronunciationis: quæ „dicuntur διαστήματα διαστημάτων. Porro ipso„rum partes sunt ΦΘΟΓΓΟΙ, qui sonitus dicun„tur: suntque cantus elementa atque fundamenta. Dicitur quidem φθόγγος de humano quoque sermone non modulato Rom. X. 18. uti & φθέγγεσθαι Act. IV. 18. imo etiam ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθέγγεσθαι 2. Petr. II. 16. nihilominus tamen videtur Paulus omnino φωνὴν & φθόγγον non

non tantum variandæ orationis, sed differentiæ significandæ caussa usurpasse. Ita licet bellum nonnunquam declaret prælium: quando tamen in una eademque oratione hæc duo ponuntur, tanquam totum & pars distinguuntur. Qua de re paulo post ad v. 8.

Ibid. v. 8. ἄδηλον] In quodam Polybii fragmento dicitur ἀδιανόητον eodem sensu, pag. 1556 lin 14. a fine: οἱ μὲν αὐλητα̣ὶ φυσῶντες ΑΔΙΑΝΟΗΤΑ καὶ διαφέροντες τοὺς αὐλοὺς, *tibicines insana quadam ac temeraria tibiis canentes.*

Ibid. εἰς πόλεμον) *ad prælium.* Sic Apoc. IX. 7. & 9. & apud Arrian. Indic. 14, 4. *Nonnulli elephantes rectores suos* ἐν ΠΟΛΕΜΩ ἀποθανόντας *in prælio cæsos, sublatos ad sepulturam detulerunt: alii jacentes propugnarunt: alii pro sessoribus lapsis neci sese objecerunt.* Ita & Curt. 3, 10, 3. *Alexander ante prima signa ibat, identidem manu suos inhibens; ne suspensi, acrius ob nimiam festinationem concitato spiritu, capesserent bellum,* i. e. prælium. Et Justin. 2, 12, 23. *inter primos duces bellum acerrime ciebat.* 9, 4, 4. *bello consumptorum corpora sepulturæ reddidit.* 22, 8, 8. *cum in castra fugisset, versamque in se invidiam temere commissi belli videret.* Eandem significationem etiam Casaubonus annotat Comment. in Polyb. pag. 147. Πόλεμος, inquit, sæpe Diodoro pugnam significat, & cædem, non bellum. libro 3. in descriptione navalis prælii: πολὺς ἐγένετο ΠΟΛΕΜΟΣ ἁπάντων ἀφειδῶς τὰ σώματα

τοῖς

τοῖς κινδύνοις ἐπιῤῥιπτούντων· *acriter pugnatum est*, vel, *multa cædes facta est*. (Plura exempla ex Diodoro vide ad Apoc. XII. 7.) In Leonis Imp. constitutionibus πολέμου καιρὸς vel ἡμέρα & μάχης καιρὸς pro eodem ponuntur. Ita apud alios. Sic *bellum* pro pugna sæpius usurpasse Hieronymum in vertendo Chronico Eusebiano observat Josephus Scaliger. Sed & vetustiores Romanæ linguæ auctores ita locuti. Livius libro 21. *acrius deinde obortum est bellum*. Etiam apud Cæsarem *bellum gerere* pro pugnare. Ut in primo de bello Gallico: *seque esse ad bellum gerendum paratissimum confirmavit*. Hæc Casaubonus. Quoties vero hæc duo in una periodo conjunguntur, prælium a bello, ut pars a toto, discernitur. Liv. 30, 35, 8. *Non prælio modo, sed bello victus Annibal*. Curtius 4, 14, 25. *Bello vicerimus, si vincimus prælio*.

Ibid. v. 10. γένη φωνῶν) *genera linguarum*. Polyb. pag. 112. lin ult. *Omnino vir hic in conciliis plurimum poterat*, διὰ τὸ πολλοὺς τὴν ΦΩΝΗΝ αὐτοῦ συνιέναι, *quod dicentem multi intelligerent*. Pag. 292. lin. 12. a f. ἔτι δὲ χαλεπώτερον, τὸ περὶ τῶν ὁραθέντων διὰ λόγου τι γνῶναι καὶ μαθεῖν, διὰ τὸ τῆς ΦΩΝΗΣ ἐξηλλαγμένον. *Ut autem de iis quæ videras, sermone ab aliis ipse docereris aliquid; id vero propter linguarum diversitatem, difficilius etiam erat*. Arrian. exp. Alex. 1, 26, 6. & 6, 30, 4. ΦΩΝΗΝ τὴν Περσικὴν ἐκμαθών, *linguam Persicam didicit*. 4, 3, 16. ἐμπείρως τῆς ΦΩΝΗΣ ἔχειν, *linguam callere*. In-

dic.

dic. 33, 5. *φωνὴν Ἑλλάδα ἐφώνει, linguam Græcam sonabat.*

Ibid. v. 14. *ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι.)* Mens atque sententia eorum, quæ a me peregrina lingua dicuntur, nullum afferunt audientibus fructum, cum ea non intelligant. Ita *νοῦς* orationis argumentum vocatur apud Polyb. pag. 592. lin. 21. *ἦν δὲ παρακλήσεως ὁ ΝΟΥΣ τῶν ὑπὸ ἑκατέρου παρακαλουμένων. Quæ irritandi militis caussa utrinque ex parte dicebantur a Regibus, ea dissimili argumento non erant.* Et pag. 1280. lin. 20. *ἦν δ' Ο ΝΟΥΣ τῆς ἀποκρίσεως τοιοῦτος. Erat autem responsi hæc fere sententia.* Arrian. de exped. 2, 5, 4. *Ο ΝΟΥΣ ἦν τῷ ἐπιγράμματι, sententia epigrammatis erat.* Et 6, 13, 14. *τὸν δὲ ΝΟΥΝ εἶναι τοῦ ἰαμβείου, sententiam Jambici versus fuisse.*

Ibid. v. 21. *ἑτερογλώσσοις)* Polyb. pag. 1438. lin. 7. *πλείστοις ἀλλοφύλοις καὶ ΕΤΕΡΟΓΛΩΤΤΟΙΣ ἀνδράσι χρησάμενος. Hannibal plurimorum barbarorum lingua ac moribus diversorum auxiliis usus.*

Cap. XV. 15. *Εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες]* Polyb. pag. 1415. lin. 11. a f. *ἐὰν μὲν κατὰ πρόθεσιν ΕΥΡΙΣΚΩΜΕΘΑ πού κατὰ πραγματείαν ΔΙΑΨΕΥΔΟΜΕΝΟΙ. Sicubi in hoc opere de industria mentitus compertus fuero.* Et pag. 482. lin. ult. *Ἐπείπερ οὕτως ἀχαρίστους ὑμᾶς ὁ βασιλεὺς, καὶ λίαν ἀγνώμονας ΕΥΡΙΣΚΕΙ. Quandoquidem usque adeo ingratos, & beneficiis suis tam insigniter indignos vos experitur.*

Ibid.

Ibid. v. 28. ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι.) Penes quem est summa imperii, adeo ut unus omnia possit, is τὰ πάντα, sive τὸ πᾶν esse dicitur. Ita de Apelle, regis Philippi præfecto loquitur Polybius lib. 5. cap. 26. pag. 520. lin. 12. *Administrationem omnium rerum & summum imperium ad se trahebat. Quamobrem qui per Macedoniam ac Thessaliam in magistratibus aut negotiorum procurationibus erant constituti, ad ipsum de omnibus referebant: & Græciæ urbes in suis decretis, & honoribus donisque deferendis, levem admodum regis mentionem faciebant,* τὸ δ' ὅλον αὐτοῖς ΗΝ καὶ ΤΟ ΠΑΝ Ἀπελλῆς. *Apellis autem nomine primam pariter & imam ceram complebant.* Plurali numero, cum præpositione ἐν æque ac hic Paulus, utitur Herodotus Thalia, sive libro 3. pag. 253. A. ὡς δὲ καὶ τοῦτο κατέργαστο, ΠΑΝΤΑ δὴ ΗΝ ΕΝ τοῖσι Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος, καὶ στρατάρχης τε οὗτος σφι καὶ τειχοφύλαξ ἀπεδέδεκτο. *Zopyrus hoc tertio opere edito, omnia apud Babylonios erat, adeo ut & dux exercitus & murorum custos declararetur.* Atque ut Herodotus ait ἐν τοῖσι Βαβυλωνίοισι, ita & hic πᾶσι puto rectius in masculino genere accipi. Loquitur enim Apostolus de summo Dei imperio tum in omnes hostes v. 25. tum in ipsum Filium hoc versu. Omnes ergo erunt Deo subjecti; id quod significatur hoc loquendi genere; cujus quædam præterea exempla habet *Stephanus* in Thes. t. 3. p. 46. & *Er. Schmidius* ad h. l.

Ibid. v. 29. Ἐπεὶ τί) *Alioqui.* Adhibetur

hæc

hæc particula ad confirmandam rem a consequente falso vel inconveniente, ni ita sit. Polyb. pag. 416. lin. 8. a f. *Metuendum esse bellum equidem non abnuo: sed non usque adeo metuendum, ut ejus vitandi gratia omnia velis sufferre.* ΕΠΕΙ ΤΙ καὶ θρασύνομεν τὴν ἰσηγορίαν καὶ παῤῥησίαν καὶ τὸ τῆς ἐλευθερίας ὄνομα πάντες, ΕΙ μηδὲν ἔσται προυργιαίτερον τῆς εἰρήνης; *quo enim juris æquabilitas nobis, & facultas ex æquo dicendi quæ sentias, quo libertatis nomen, quæ ferociter admodum jactitamus, si nihil est omnium quod potius ducamus pace?* Sic Rom. XI. 6. & 1. Cor. VII. 14.

Ibid. v. 32. τί μοι τὸ ὄφελος;) Arriani dissert. lib. 1. cap. 4. pag. 19. lin. 6. Καὶ τί σοι ὄφελος; *At quem inde percipies fructum?* Pag. 209. lin. 13. καὶ τί σοι ὄφελος ἔσται; Et in Enchirid. cap. 31. τί ὄφελος ἂν αὐτῇ γένοιτο;

Cap. XVI. 3. οὓς ἂν δοκιμάσητε) *quoscunque probaveritis,* i. e. probatos judicaveritis. Arrian. Epict. pag. 462. med. οἵους χαρακτῆρας καὶ ἐπὶ τῶν νομισμάτων ζητοῦντες, ἂν μὲν εὕρωμεν, ΔΟΚΙΜΑΖΟΜΕΝ· ἂν δὲ μὴ εὕρωμεν, ῥίπτομεν. *Quales notas etiam in monetis quærentes, si quidem inveniamus, approbamus, si vero non inveniamus, rejicimus.*

In

In II. ad CORINTHIOS

„CAP. I. 1. Ἀχαΐα.) Polybius lib. 2. docet cur
„ Peloponnesus sua ætate & deinceps Achaia
„dicta sit. Nam Peloponnesii omnes, ut veri
„caussa Lacedæmonii, Argivi, Sicyonii, Corin-
„thii & alii, ita admirati sunt Remp. Achæorum
„bene moratam beneq; constitutam, ut cum A-
„chæis fidem fœdusque jungerent, & ad reti-
„nendam συμμαχικὴν καὶ φιλικὴν κοινωνίαν so-
„cialem & amicabilem communicationem, ute-
„rentur iisdem legibus, ponderibus, mensuris
„& nomismatis, adhæc iisdem ducibus, consi-
„liariis & judicibus, &c. Quare cum legis in
„Paulo Achaiam, intellige κατὰ συνεκδοχὴν to-
tam Peloponnesum. Hæc *Victorinus Strigelius* in Hypomnematis ad hunc locum ex Polybii no-
stri lib. 2. cap. 38. quod ita incipit: Πρῶτον δὲ, πῶς ἐπεκράτησέ ποτε, καὶ τίνι τρόπῳ τὸ τῶν ΑΧΑΙΩΝ ὄνομα κατὰ πάντων Πελοποννησίων, οὐκ ἄχρηστον μαθεῖν. *Ipsum primo nomen Achæorum quomodo & qua ratione de omnibus Peloponnesiis cœperit usurpari, pretium operæ fuerit scire.*

Ibid. v. 23. Ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι) Non sine caussa additur ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, cum istud loquendi genus, si solum ponatur, etiam significet Dei fidem h. e. auxilium implorare, apud Polybium pag. 874. lin. 5. a fine: ὑμεῖς δὲ τότε ΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ ΕΠΙΚΑΛΕΣΕΣΘΕ ΜΑΡ-

ΤΥΡΑΣ, ὅτ' ἂν μήτε τῶν θεῶν βούληται, μήτε τῶν ἀνθρώπων ἔτι δύνηται βοηθεῖν ὑμῖν μηδείς. *Tum enimvero deum fidem testabimini, cum neque deorum ullus voluntatem, neq; hominum facultatem ferenda vobis opis habebit.*

Cap. II. 8. κυρῶσαι) τουτέστι, inquit Chrysostomus, βεβαιῶσαι, μὴ ἁπλῶς, μηδὲ ὡς ἔτυχε, προσέσθαι, hoc est, *confirmetis, nec eum leviter ac vulgari modo suscipiatis.* Notat vero κυρῶν πρός τι etiam *valere ad aliquid*, quæ significatio in Lexicis non reperitur. Polyb. lib. 12. cap. 6. pag. 919. lin. 4. ὑπὲρ ὧν δεῖ τὸν συγγραφέα, μὴ μόνον τὰ πρὸς διαβολὴν ΚΥΡΟΥΝΤΑ καὶ κατηγορίαν ἐξηγεῖσθαι τοῖς ἐπιγιγνομένοις, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς ἔπαινον ἥκοντα περὶ τὸν ἄνδρα. τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι τῆς ἱστορίας. *Propterea debent rerum gestarum scriptores, non ea solum quæ ad criminandum & accusandum Agathoclem valent tradere posteris; verum etiam illa, quæ cum ejus laude sunt conjuncta. Id enim vere proprium est historiæ.* Ubi κυροῦντα & ἥκοντα apparet eandem habere significationem.

Ibid. v. 14. θριαμβεύοντι) Ex Polybio videtur colligi posse, verbum hoc origine fuisse Latinum. Ita enim ille pag. 644. lin. 5. a f. τοὺς προσαγορευομένους παρ' αὐτοῖς ΘΡΙΑΜΒΟΥΣ, δι' ὧν ὑπὸ τὴν ὄψιν ἄγεται τοῖς πολίταις ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἡ τῶν κατειργασμένων πραγμάτων ἐνάργεια. *Triumphos quos ipsi* (Romani) *vocant, quibus rerum ab imperatoribus gestarum imago quadam*

dam evidenter expressa, civium oculis subjicitur.

Ibid. v. 16. πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός;] Hæc locutio ne videatur exemplis aliis destitui, cum in Lexicis nulla sint annotata, pauca quædam proferemus. Arrian. Epict. pag. 454. lin. 9. ποῖος θόρυβος ΠΡΟΣ ΤΟΥΤΟ ΙΚΑΝΟΣ; *Quæ turbatio ad impedienda hæc sat virium habebit?* Polyb. pag. 767. lin. 4. a f. οὕτως ἡ φύσις ΠΡΟΣ τὰς ἀποτυχίας τῶν ἐπινοηθέντων, ΙΚΑΝΟΝ ἓν καὶ τὸ τυχὸν ἐποίησε τῶν κατὰ μέρος· ΠΡΟΣ δὲ τὸ κατορθοῦν μόλις ΙΚΑΝΑ πάντα. *Adeo Natura, ut excogitata consilia exitum ne habeant, unam quamvis levem e partibus totius voluit sufficere; quum ut propositum assequaris, vix cuncta sufficiant.* Pag. 817. lin. 5. a f. οὐδὲν ΙΚΑΝΟΝ ἦν ΠΡΟΣ τὸ κωλύειν.

Cap. III. 5. ἀφ' ἑαυτῶν λογίσασθαί τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν] Ἀφ' ἑαυτοῦ λογίζεσθαι *a seipso cogitare* est ex ingenio suo aliquid efferre, ab aliis non acceptum, solisque naturæ viribus excogitare. Sic ἀπὸ accipitur Luc. XXI. 30. Joh. VII. 17. 18. XI. 51. XIV. 10. XVIII. 34. Cumque ἐξ ἑαυτοῦ idem significet apud Polybium: videtur particula ὡς limitative accipi pro *ut* sive *quatenus*. Ita enim Polyb. pag. 850. lin. 4. a fine: ὥστε πάντας τοὺς ὑποταττομένους, ΕΞ ΑΥΤΩΝ ἐπί τε ταύτην κατενεχθῆναι τὴν διάληψιν καὶ τὴν ὀνομασίαν. *Ut omnes qui ejus imperio tenebantur, per se, nemine suggerente, in eam cogitationem devenirent, & in Regis*

ap-

appellatione ei deferenda consentirent. Quamvis ergo ἀφ' ἑαυτῶν sufficere poterat ad coërcendam orationem, additur tamen majoris evidentiæ caussa & altera limitatio ἐξ ἑαυτῶν. Possunt vero hæ limitationes etiam conjungi cum nomine ἱκανοὶ quia sequitur ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ. Ubi ἐκ pro ἀπὸ, uti apud Arrian. exped. Alex. 3, 26, 1. ἡ ΕΞ αὐτοῦ ἐς Παρμενίωνα τιμὴ, *ab ipso habitus Parmenioni honor.* 1, 12, 19. ἡ ΕΚ βασιλέως τιμή. 4, 14, 2. διὰ μῖσος τὸ πρὸς Καλλισθένην ΕΞ Ἀλεξάνδρου, *propter odium Alexandri erga Callisthenem.* Item 2. Cor. IV. 7.

Ibid. v. 10. ἕνεκεν) *respectu illius supereminentis gloriæ*, quantum attinet ad excellentissimam gloriam novi fœderis, cum qua si alterum illud fœdus conferatur, umbræ instar videbitur. Cujus quidem significationis jam exempla exstant in Xenophonteis annotationibus: tamen & hic quædam legi non inutile duximus, ut ista minus frequens particulæ hujus notio, pluribus exemplis fiat familiarior. Arrian. de exp. Alex. 2, 27, 4. *Capturus urbem videbatur*, Ἀριστάνδρου ΕΝΕΚΑ, *quia Aristander ita fore prædixerat.* Polyb. p. 1204. lin. 22. Ταύτην δὲ τὴν ἀπόκρισιν ἐκθέμενοι, κηρύγματος ἐχουσαν διάθεσιν τοῖς βουλομένοις ΕΝΕΚΕΝ Ῥωμαίων ἀφίστασθαι τῆς τῶν Ἀχαιῶν πολιτείας. *Hoc edito responso, quod instar præconii fuit, si quis vellet ab Achæorum concilio recedere, ut per Romanos id sibi sciret licere.* Eodem sensu διὰ usurpatur a Polybio, pag. 517. lin. 5. a f. *Ille qui ibi castra*

posuerit, & imminentem collem semel occupaverit, δοκεῖν ἐν ἀσφαλεῖ στρατοπεδεύειν διὰ τὴν παρὰ θέσιν τῆς πόλεως, consedisse in tuto (quod ad propinquam quidem urbem attinet,) dici queat. Hoc est, qui illum collem tenebant, iis nullum erat ab hostibus ex propinqua licet urbe periculum. Et Demosth. de corona: ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπολώλατε. *Nam quantum in vobis fuit, jam diu periissetis.* Wolf. Annot. in Demost. p. 352. B.

Ibid. ὑπερβαλλούσης δόξης.) Polyb. pag. 598. lin. 9. a f. λαμβάνειν δωρεὰς ΥΠΕΡΒΑΛΛΟΥΣΑΣ *dona ingentia accipere*, p. 738. l. 13. διὰ τὴν ΥΠΕΡΒΑΛΛΟΥΣΑΝ ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιθυμίαν. *Quia ei studio supra modum erat deditus.* Pag 870. lin. 5. a f. χαρᾶς ΥΠΕΡΒΑΛΛΟΥΣΗΣ ἦν ἡ πόλις πλήρης. *Lætitia insanum magna civitas est repleta.*

Cap. IV. 4. ἐτύφλωσε τὰ νοήματα) Epictetus apud Arrian pag. 75. lin. 12. ΑΠΟΤΕΤΥΦΛΩΜΕΝΟΝ, οὐ τὴν ὄψιν τὴν διακριτικὴν τῶν λευκῶν καὶ μελάνων, ἀλλὰ ΤΗΝ ΓΝΩΜΗΝ τὴν διακριτικὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν. *Excæcatum non visu, qui discernit alba a nigris, sed mente, quæ discernit bona a malis.*

Ibid. v. 7. ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως) Sic 2. Cor. XII. 7. & apud Polybium frequenter. Pag. 347. lin. 10. ΥΠΕΡΒΟΛΗ προθυμίας, *incredibilis alacritas.* Pag. 851. lin. 2. πολὺ δὲ μᾶλλον ἄν τις θαυμάσειε τὴν ΥΠΕΡΒΟΛΗΝ τῆς περὶ τὸν ἄνδρα μεγα-

γαλοψυχίας. *Multo tamen magis incomparabilem ejus magnitudinem animi admirabitur.* Pag. 989. lin. 23. μὴ δύνασθαι πιστεῦσαι διὰ τὴν ΥΠΕΡΒΟΛΗΝ τῆς ἀθεσίας. *Ut non possent credere propter magnitudinem perfidiæ.* Pag. 1109. lin. 6. a f. διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς χαρᾶς. Unde elegans phrasis εἰς ἀπολιπεῖν ὑπερβολὴν, qua tanta significatur magnitudo, ut ad eam nihil accedere possit. Pag. 597. lin. 2. εἰς ἀπέλιπον ὑπερβολὴν ἀρεσκείας. *Ad demerendam ejus gratiam, nullum blandimenti genus prætermiserunt.* Pag. 233. lin. 9. ὥστε μὴ καταλιπεῖν ὑπερβολὴν δυσμενείας. *Ut ad malevolentia vehementiam addi nihil posset.* Item pag. 389. lin. 9. a f. & pag. 692. lin. 4. a f.

Ibid. v. 9. οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι) Subaudi ὑπὸ τῦ Θεῦ, tanquam Duce nostro. Vide, quam perite ac scienter Paulus Græco sermone utatur, hæc duo διωκόμενοι & ἐγκαταλειπόμενοι conjungens. Nam ἐγκαταλείπεσθαι dicuntur, qui vel a duce, vel a civibus aut sociis suis in ipso belli discrimine deseruntur, aut in hostium potestate relinquuntur, aliove modo produntur. Ut plane idem sit, quod est in nostra lingua, im Stiche gelassen werden. Apud Polybium Euripidas dux Eleorum, cum cognito hostium adventu, assumtis aliquot equitibus, præsenti discrimini se eripuisset, pag. 462. med. tum τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν Ηλείων ΕΓΚΑΤΑΛΕΛΕΙΜΜΕΝΟΝ ὑπὸ τῦ προεστῶτος, καὶ γεγονὸς ἐκπλαγὲς ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι, κατὰ πορείαν ἔμενε διαπορούμενον τί δεῖ ποιεῖν,

καὶ ποῖ τρέπεσθαι, *caetera multitudo Eleorum a duce suo prodita, novitate rei stupens, gradum sistere, & quid consilii caperet, quo se verteret, haerere.* Pag. 977. lin. 5. Carthaginiensium mercenarii cum graviter urgerentur a Romanis, neque Carthaginienses ipsis opem ferrent, *ad extremum in fugam inclinarunt:* καὶ δόξαντες ΕΓΚΑΤΑΛΕΙΠΕΣΘΑΙ προφανῶς ὑπὸ τῶν ἰδίων, ἐπιστάντες κατὰ τὴν ὑποχώρησιν εἰς τοὺς ἐφεστῶτας, ἔκτεινον τούτους. *Atqui manifesto proditos sese putavere a suis, dum se retro recipiunt, in eos quos a tergo habuerant irruentes, ipsos occidunt.* Pag. 475. lin. 17. *Hoc premium ea tempestate socii Aetolorum referre soliti,* τὸ ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις καιροῖς ΕΓΚΑΤΑΛΕΙΠΕΣΘΑΙ προφανῶς, *ut necessariis maxime temporibus manifeste ab illis derelinquerentur.* Pag. 268. lin. 7. à f. ἀπέστησαν ἀπὸ Ῥωμαίων, ΕΓΚΑΤΑΛΙΠΟΝΤΕΣ τοὺς ὁμήρους, οὓς ἔδοσαν ἐκβαίνοντες ἐκ τοῦ πολέμου τοῦ προγεγονότος. *Defecerunt a Romanis, proditis* (in hostium potestate relictis) *obsidibus, quos in exitu belli superioris Romanis dederant.*

Cap. V. 1. οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ,) Καταλύειν τὰς σκηνὰς est *detendere tentoria,* vasisque collectis itineri se aptare; e contrario ἀναστῆσαι τὰς σκηνὰς *eadem iterum tendere* atque figere, apud Polybium lib. 6. cap. 38. principio pag. 674. lin. 4. & 7.

Ibid. v. 3. εὑρεθησόμεθα.] Idem verbum de vitae exitu usurpat Epictetus, qui, cum necesse

cesse sit, ut tandem nos morbus aut mors opprimat, in eo se opere deprehensum exstingui velle ait, quo voluntatem suam exerceat, ἵν' ἀπαθὴς, ἵν' ἀκώλυτος, ἵν' ἀναγκαστὸς, ἵν' ἐλεύθερος· ταῦτα ἐπιτηδεύων θέλω ΕΥΡΕΘΗΝΑΙ, ἵν' εἰπεῖν δύνωμαι τῷ θεῷ, μήτι παρέβην σου τὰς ἐντολάς; *ut ea sit sine affectibus, ut sit non impedita, ut non coacta, ut libera. Hac exercens volo inveniri ut dicere possim Deo: num transgressus sum tua pracepta?* pag. 286. lin. 8. a f. & pag. 500. sub fin. Ἐπεὶ γὰρ δεῖ πάντως ἀποθανεῖν, ἀνάγκη τί ποτε ποιοῦντα ΕΥΡΕΘΗΝΑΙ, ἢ γεωργοῦντα, ἢ σκάπτοντα, ἢ ἐμπορευόμενον, ἢ ὑπατεύοντα, ἢ ἀπεπτοῦντα, ἢ διαῤῥοιζόμενον. Τί οὖν θέλεις ποιῶν ΕΥΡΕΘΗΝΑΙ ὑπὸ τοῦ θανάτου;

Cap. VI. 2. Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας.) Anaphora elegantissima, & ad excitandam animadversionem aptissima; cujusmodi etiam apud Polybium est pag. 1055. lin. 7. a f. *Fugiunt hostes, o Rex:* μὴ παρῇς τὸν καιρόν· οὐ μένουσιν ἡμᾶς οἱ Βάρβαροι. ΣΗ ΝΥΝ ἐστιν ΗΜΕΡΑ, ΣΟΣ Ο ΚΑΙΡΟΣ. *Ne occasionem pratermiseris: non sustinent nos barbari: tuus hic est dies, tua hac opportunitas.*

Ibid. v. 15. Τίς δὲ συμφώνησις χριστῷ πρὸς βελίαλ;) Epictetus apud Arrianum proverbii loco usurpari ait, χύτρα καὶ πέτρα οὐ ΣΥΜΦΩΝΕΙ, *olla & petra non consentiunt*, de rebus hominibusve male junctis, lib. 3. cap. 12. pag. 309. lin. 2.

Cap. VII. 2. οὐδένα ἐφθείραμεν,) τουτέστιν, οὐδένα ἠπατήσαμεν· ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ λέγει, Μήποτε ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἠπάτησεν, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν. Hoc eſt, neminem decepimus. Quemadmodum & alibi dicit: *Ne forte ut ſerpens Evam decepit, ita corrumpantur ſenſus veſtri.* Ita *Chryſoſtomus.* Eſt nimirum φθείρειν ſive corrumpere, aliquem in malas partes vel in perverſam ſententiam ſuam adducere. Ut apud Polybium corrumpere ſocios blanditiis & ſimulatione pacis, eosque ab Achæis alienare velle pag. 395. lin. 12. a f. κακοπραγμονοῦντες καὶ βουλόμενοι ΦΘΕΙΡΕΙΝ καὶ λυμαίνεσθαι τοὺς τῶν Ἀχαιῶν συμμάχους. *Malo animo, & ut ſocios Achæorum corrumperent, atque ab illis averterent.* Et pag. 421. lin. 10. a f. *Tum vero ſeditionis nuperæ auctores, quum præſenti ſtatui acquieſcere nullo poſſent modo, facinus auſi ſunt ſceleſtiſſimum*, ΦΘΕΙΡΑΝΤΕΣ τινὰς τῶν νέων, *nonnullis e juventute corruptis.* Xenoph. Memor. lib. 1. init. ἀδικεῖ δὲ, καὶ τοὺς νέους ΔΙΑΦΘΕΙΡΩΝ. *Socrates etiam injuſte agit, quod adoleſcentes corrumpat*, prava nempe doctrina. Id enim ipſi crimini dabatur ab adverſariis.

Ibid. v. 10. ἡ κατὰ Θεὸν λύπη) *triſtitia ſecundum Deum*, ſive triſtitia imitans triſtitiam, quam Deus ex peccatis noſtris concipit, inquit *D. Treunerus in Primitiis Auguſtanis* pag. 10. Sic ἡ κατὰ τοὺς βαρβάρους βασιλέας ξυνδιαίτησις dicitur *conſuetudo, qualis eſt barborum regum*, ſive imitans barbaros reges, apud Arrianum de exp. Alex.

Alex. 4, 7, 6. καὶ ὑπαχθῆναι Ἀλέξανδρον ξύμφημι ἐς ζῆλον τῦ Μηδικῦ τε καὶ Περσικῦ πλύτυ, καὶ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΒΑΡΒΑΡΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΑΣ ὐκ ἴσης ἐς τὺς ὑπηκόυς ΞΥΝΔΙΑΙΤΗΣΕΩΣ. *Adductum vero regem fuisse judicaverim æmulatione quadam Medicæ Persicæque superbiæ, atque barbarorum regum inæqualis in eos quibus imperant consuetudinis.* Ita quod v. 9. Paulus dicit: ἐλυπήθητε κατὰ Θεὸν, similiter Arrianus 3, 27, 10. καὶ αὐτὸς καταμαθὼν ἄνδρας ὐ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΑΛΛΟΥΣ τὺς ταύτη βαρβάρυς ΠΟΛΙΤΕΥΟΝΤΑΣ, ἀλλὰ τῦ δικαίυ ἴσα καὶ τοῖς κρατίστοις τῶν Ἑλλήνων μεταποιυμένυς. *Quumque ipse intelligeret, eos non more reliquorum ejus regionis barbarorum vivere, sed perinde atque qui apud Græcos optime instituti sunt, justitiam colere.* Item 4, 25, 4. Et Indic. 6, 9. οἱ δὲ βορειότεροι τύτων, ΚΑΤ᾽ Αἰγυπτίυς μάλιστα ἂν εἶεν τὰ σώματα. *Qui vero magis ad septentrionem incolunt, Ægyptios potius corporis forma referunt.* In quibus exemplis κατὰ vim comparandi habet, uti & in ipso N. T. 1. Petr. I. 15. & Gal. IV. 28. Rom. XV. 5. Sed quando eadem particula Deo adjungitur, eum esse alicujus rei autorem significari, dicique κατὰ θεὸν pro instinctu divino, divinitus, annotat Budæus p. 1366. l. 8. ex Platone in Euthyd. Κατὰ θεὸν γὰρ τινα ἔτυχον καθήμενος ἐνταῦθα, ὗπερ σύ με εἶδες. Et apud Euripidem κατὰ θεὸν νοσεῖ redditur. *Dei impulsu insanit*, ut est in Stephani Thesauro sub voce θεός. Unde κατὰ θεὸν λυπηθῆναι verti queat *divino instinctu contristari.* Quæ sane interpretatio magnam habet probabilitatem, modo

satis certum sit, istis locis, quæ mihi inspicere apud ipsos auctores non licuit, κατὰ θεὸν eo sensu accipi. Dubium enim movet Græcus Scholiastes Aristophanis, qui κατὰ θεῖον, quod idem est ac κατὰ θεὸν, interpretatur *subito*, sive *præter exspectationem*, in Equitibus Act. I. sc. I. p. m. 198. Verba Aristophanis sunt:

Δη. ζητῶμεν αὐτόν. Νι. ἀλλ' ὁδὶ προσέρχεται,
ὥσπερ κατὰ θεῖον, εἰς ἀγοράν.

h. e. ex interpretatione Frischlini: *De. Quæramus ipsum. -- Ni. eccum ipso in tempore, in forum huc advenit, quasi fato quodam.* Ad quæ Scholiastes: Ὥσπερ κατὰ θεῖον εἰς ἀγοράν.) ἐπὶ τῶν ἐξαίφνης γινομένων, τουτέστιν εὐκαίρως ἐπιφαινομένων, κατὰ θεῖον ἔλεγον. ἐπεὶ καὶ ὁ ἀλλαντοπώλης αἰφνίδιον βουλομένοις, μὴ προσδοκήσασι δὲ ἐπεφάνη αὐτοῖς. ἄλλως. κατὰ θεοῦ πρόνοιαν. τοὺς δὲ ἐξαίφνης φαινομένους, οὕτως ἔλεγον κατὰ θεῖον ὦφθαι. ὅ ἐστι κατὰ πρόνοιαν θεοῦ. *De iis, quæ subito fiunt, id est, opportune sese offerunt, secundum Deum dicebant, Siquidem & fartor subito volentibus, non tamen exspectantibus se ipsis obtulit. Aliter. Secundum Dei providentiam. Subito se offerentes, dicebant secundum Deum offerri: quod est secundum Dei providentiam.* Cum qua ultima interpretatione convenit, quod Budæus pag. 1366. lin. 12. dicit κατὰ θεὸν apud Synes. esse ἀντὶ τοῦ σὺν θεῷ, id est, divina benignitate, Σοὶ γὰρ ἂν κατὰ θεὸν γένοιτο συγγενέσθαι καὶ ἡμῶν περὶ τούτων καὶ πολλοῖς ἄμεινον εἰδόσιν, *Tibi Deo benevolente, & si Deo visum fuerit, continget* tibi

tibi aliquando. Cum ergo neque hæc plane certa sit sententia: afferamus & aliam significationem τ̃ κατὰ, ut multis propositis probabilibus, quod cuique videtur verosimillimum, possit eligere; donec alicunde forte eruatur totum istud loquendi genus λυπεῖσθαι κατὰ Θεὸν, & ἡ κατὰ Θεὸν λύπη, vel certe κατά τινα. Notat igitur κατὰ etiam objectum, uti vocant, & quasi materiam circa quam quid versatur. Ut ἐλπὶς κατά τινος *spes de aliquo.* Polyb. lib. 15. cap. 8. pag. 971. lin. 8. ἀλλὰ νῦν μεθ' ἱκετηρίας τυχόντες ὧν παρεκάλουν, ὅτι βραχείας ΕΛΠΙΔΟΣ ἐπελάβοντο ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΣΕ, παρὰ πόδας ὡς ἐχθροῖς ἡμῖν κέχρηνται καὶ πολεμίοις. *Atenim, quæ modo cum vittis & infulis postulabant ea consecuti, simul exiguam spem aliquam per te sunt nacti, loco inimicorum atque hostium e vestigio habere nos ceperunt.* Et lib. 10. cap. 16. pag. 822. τ̃ ΕΛΠΙΔΟΣ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΩΦΕΛΕΙΑΝ ἐκ ἀπιςεμένης ἀλλήλοις. *Quoniam de consequenda præda non diffidunt sibi invicem.* Et lib. 2. cap. 16. pag. 146. lin. 19. ΤΟ ΚΑΤΑ ΦΑΕΘΟΝΤΑ ΠΕΝΘΟΣ, *luctus ob Phaëthontem.* Ita tristitia secundum Deum foret, quæ circa Deum versatur, & ex ejus offensione concipitur: uti λύπη τ̃ κόσμε, sive ut Chrysostomus vocat, λύπη κατὰ τὸν κόσμον, quæ ex rebus adversis hujus mundi oritur. Licet vero non satis constet, num in hac locutione κατὰ indicet caussam exemplarem, an efficientem, vel denique objectum, aut alium quendam tristitiæ modum atque respectum,

non

non tamen propterea ipsa loci sentententia est ambigua. Nam *tristitia secundum Deum fit propter peccata, tristitia secundum mundum propter pecunias, gloriam, mortem alicujus*, ut ex Chrysostomo exponit *Theophylactus*. In qua tristitia tria illa simul insint necesse est, ut & imitetur Dei tristitiam, & ab ipso nobis immittatur, & in eum feratur; quam vero ex istis aliisve rationibus hic *κατὰ* potissimum declaret, ex usu Græce loquentium judicandum est, qui mihi quidem nullo adhuc exemplo satis innotuit. Dices: Quæ ergo ex labore tuo utilitas, cum rem in dubium adducas, neque explicare possis? At hoc saltem boni consequimur, quod in litterarum studiis magnum est, ne incerta pro certis habeamus, neque ea quæ nescimus, scire nos arbitremur, inquirendique studium remittamus.

Cap. VIII. 12. *ἡ προθυμία πρόκειται*) Polyb. pag. 467. lin. 14. ΠΡΟΚΕΙΣΘΑΙ γὰρ αὐτῷ τὰ δυνατὰ χαρίζεσθαι, καὶ μηδὲν ἐλλείπειν ΠΡΟΘΥΜΙΑΣ. *Propositum enim sibi esse, quibus posset cunque modis illis gratificari, & ad declarandum suum studium nihil reliqui facere.* Et pag. 407. lin. 18. γινώσκειν δὲ, διότι ΠΡΟΚΕΙΤΑΙ διατηρεῖν αὐτοῖς πάντα τὰ δίκαια καὶ φιλάνθρωπα πρὸς Μακεδόνας. *Pro certo interim haberet, propositum ipsis esse, fidem in omnibus atque amicitiam Macedonibus præstare.*

Ibid.

Ibid. v. 13. ἐξ ἰσότητος) Non intelligimus qualitas possessionum, quæ Polybio lib 6. c. 46. .683. l. 5. a f. dicitur ἡ περὶ τὰς κτήσεις ΙΣΟΤΗΣ *qualitas in possessionibus fundorum.* De eadem ait ag. 680. lin. 9. a f. ὧν οὐδενὶ μέτεστι πλεῖον· ἀλλὰ πάντας τοὺς πολίτας ΙΣΟΝ ἔχειν δεῖ τῆς πολιτικῆς χώρας. *In ea parte nemo alium superet: sed omnes ives æqualem publici agri modum necesse est obtinere.* ed de ea loquitur Paulus æqualitate, quæ Jacobi imul & Polybii verbis dici possit ἡ περὶ τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος ἰσότης, & τὸ ἴσον ἔχειν τῆς ἐφημέρου τροφῆς, Jac. II. 15. 16. ut ditiores suppeditent pauperibus, quæ ad victum & cultum sunt necessaria, ne hi rebus omnibus egeant, illi circumfluant & abundent; sed ut hac in parte sint æquales, quod omnibus ex æquo suppetat, unde vitam sustentent. Licet enim opulenti lautius, egeni tenuius vivant; æquales tamen in eo sunt, quod uterque tantum habeat, unde vivat. *Neque enim*, ut eleganter ait Camerarius ad Luc. XII. 15. *totis granariis aut cellis aluntur divites, sed eo cibo atque potu quem natura desiderat, id quod & a tenuioribus fit.* Quo pertinet typus ille mannæ, quod æqualiter omnibus distribuebatur, quantum ad diurnum cibum satis esset, sive quis paulo plus, sive paulo minus collegisset; ut alio atque alio die hic illius, ille hujus defectum sua ubertate suppleret. Quare eandem utrobique v. 13. & 14. æqualitatem intelligi puto; quam duplicem facit Beza, alteram priori loco, qua par pari referatur, quo sensu equidem vocabulum hoc

non-

nonquam reperi; alteram quam hic descripsimus.

Cap. IX. 3. ἐν τῷ μέρει τούτῳ) Polybius pag. 1426. lin. 7. a f. τὴν πίστιν EN TOYTΩ TΩ MEPEI διαφυλάττειν *fidem hac in parte præstare.* Et pag. 677. lin. 3. *Ac mihi videntur Romani eam potissimum ob caussam, quia facilitati in hoc negotio studebant,* τὴν ἐναντίαν ὁδὸν πορεύεσθαι τοῖς Ἕλλησι KATA TOYTO TO MEPOΣ, *contrariam Græcis hac in parte viam institisse.* Et omnino sæpius hoc ἔτο τὸ μέρ@ usurpat, ut pag. 616. lin. ult. σπουδάζειν περὶ τούτου τοῦ μέρους, *summa cum id operam dare.* Pag. 675. lin. 14. a f. pag. 692. lin. 7. a f. pag. 709. lin. 3. pag. 738. lin. 14. pag. 1038. lin. 12.

Ibid. v. 7. ἱλαρὸν δότην] Polybius pag. 1160. lin. 11. Ἐὰν δὲ μὴ διδῷ φ´ τάλαντα META ΜΕΓΑΛΗΣ ΧΑΡΑΣ, *sed si quingenta talenta alacri animo sibi non numeraret, non agros tantum se populaturum dixit, verum ipsam quoque urbem obsessurum & direpturum.*

Ibid. v. 10. ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσαι] Ἐπιχορηγεῖν & χορηγεῖν sæpe promiscue usurpari non nego; hoc tamen loco Paulum non sine caussa ista variatione usum puto; cum χορηγεῖν significet *suppeditare,* ἐπιχορηγεῖν autem *addere aliquid ad istam suppeditationem.* Ut Paulus hoc voto simul complectatur argumentum spei, quod Deus, qui

qui tantum bonorum ipsis largiatur; unde in alios quoque possint esse liberales, multo magis quibus ipsi ad vitam tuendam indigeant, sit suppeditaturus. Polyb. pag. 306. lin. 1. δαψιλῶς ΕΧΟΡΗΓΕΙ τὸ στρατόπεδον τοῖς ἐπιτηδείοις. *Commeatus & necessaria omnia largiter exercitui subministrabat.* Pag. 75. lin. 22. τὰς τε σιταρχίας παρακομίζοντα τοῖς τὸ Λιλύβαιον πολιορκοῦσι, καὶ τὰς ἄλλας ἀγορὰς καὶ ΧΟΡΗΓΙΑΣ τῷ στρατοπέδῳ. *Qui obsidentibus Lilybaeum annonam deferret, ac necessaria alia exercitui, omnisque generis commeatum.* Ἐπιχορηγεῖν vero significare insuper præbere, insuper subministrare & suppeditare, colligere licet ex nomine ἐπιχορήγημα, de quo Budæus in Comment. pag. 1190. lin. 15. Ἐπιχορήγημα sic dicitur, ut ἐπίβλημα, ἐπίμετρον, ἐπιπρινηράρχημα, & significat corollarium legitimi & constituti cibi. Ubi & aliam affert interpretationem; priorem tamen repetit pag. 1417. lin. 31. Ἐπιχορήγημα dicitur suppeditationis corollarium, hoc est, uberius χορήγημα, vel ad justam legitimamque suppeditationem additamentum.

Ibid. v. 12. εὐχαριστιῶν τῷ Θεῷ) Eadem syntaxi Epictetus dicit ἐγκλήματα τῷ Θεῷ *accusationes adversus Deum* apud Arrianum pag. 30. lin. ult. & τὴν χρῆσιν τὴν ὀρθὴν ταῖς φαντασίαις *usum rectum visorum* pag. 4. lin. 6. a f. Conf. Welleri Synt. reg. 6.

Cap. X. 1. ὃς κατὰ πρόσωπον) *secundum fa-*

faciem, id est, *coram*. Polyb. lib. 5. ἐπεὶ παρῆσαν οἱ βασιλεῖς ἀμφότεροι ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ. *Postquam fuere in conspectu ambo reges.* Ita *Vict. Strigelius.* Et quanquam vel ex ipso Paulo intelligi potest, κατὰ πρόσωπον significare *præsentem*, cum opponatur ἀπὼν, tamen & alia quædam loca ex Polybio addamus. Pag. 1329. lin. 13. a f. ποιησαμένων λόγους ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ. *Hi apud Senatum caussam suam præsentes disceptarunt.* Pag. 1093. lin. antepen. *Deinde populo in concionem congregato, eo regem vocarunt: qui tamen venire supersedit, ea excusatione usus, quod diceret rem fore illiberalem ac sibi molestiam*, τὸ ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ εἰσελθόντα διεξπορεύεσθαι τὰς εὐεργεσίας τὰς αὐτοῦ τοῖς εὖ πεπονθόσι, *si ipse incoram prodiret, ac sua ipse beneficia in os illis commemoraret qui acceperant.* Pag. 1211. lin. penult. ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ λεγομένων τῶν λόγων, *dum in præsentia negotium tractaretur.*

Ibid. v. 6. ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες) *parati sumus.* Polyb. pag. 169. lin. 4. ΕΙΧΟΝ ΕΝ ΕΤΟΙΜΩ, καὶ προσεδόκων τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον. *Parati erant, & præstolabantur hostium adventum.*

Ibid. v. 7. Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε;] Epictetus τὰ κατὰ πρόσωπον vocat ea, quæ cujusque personæ sunt propria, eique instituto, quod sibi quisque sequendum in vita proposuit, lib. 1. cap. 2. pag. 9. lin. 21. εἰς δὲ τὴν τοῦ εὐλόγου καὶ ἀλόγου κρίσιν, οὐ μόνον ταῖς τῶν ἐκτὸς ἀξίαις συγχρώμεθα, ἀλλὰ καὶ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ ἑαυ-

τοῦ

τ῎ ἕκαςος. *Ad judicandum quid deceat, quid minus, non solum rerum externarum momentis utimur, sed etiam suæ quisque personæ respectu.* Ibidem pag. 13. τοιοῦτόν ἐςι ΤΟ ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ, οὕτως ἰσχυρὸν παρὰ τοῖς εἰθισμένοις αὐτὸ συνεισφέρειν ἐξ αὐτοῦ ἐν ταῖς σκέψεσιν. *Tale est cujusque personæ proprium, tanta ejus vis est apud eos, qui assueti sunt illud in consilium adhibere ex seipsis in deliberationibus.* Et lin. 15. ἐπύθετό τις, πόθεν οὖν αἰσθησόμεθα ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ ἕκαςος; *Interrogabat quispiam, unde ergo suam quisque personam intelligemus?* Latini dicunt *personam*; idemque Epictetus, nisi fallor, ἴδιον πρόσωπον appellat pag. 10. lin. 8. a fine: ὁ γὰρ ἅπαξ εἰς τὴν περὶ τῶν τοιούτων σκέψιν καὶ τὰς ἐκ τῶν ἐκτὸς ἀξίας συγκαθεὶς καὶ ψηφίζων, ἐγγύς ἐςι τῶν ἐπιλελησμένων τοῦ ἰδίου προσώπου. *Qui enim semel ad deliberationem de hujusmodi rebus, etiam rerum externarum pretia una admittit & computat, prope abest ab illis qui obliviscuntur suæ ipsorum personæ.* Duabus autem Cicero ait quasi nos a natura indutos esse personis, quarum una est communis, ex eo, quod omnes participes sumus rationis, præstantiæque ejus, qua antecellimus bestiis: altera autem, quæ proprie singulis est tributa offic. lib. 1. cap. 30. Aliorum enim inest in animis audacia, in corpore majestas, in sermone auctoritas, in aliis hæc omnia sunt contraria; quo in numero videtur fuisse Paulus. Unde ait hoc ipso capite v. 1. *qui coram quidem humilis sive timidus sum inter vos; absens autem audax sum erga*

vos. Et v.10. *præsentia corporis infirma; & sermo contemtus.* Et 1.Cor.II.13. *Et ego in infirmitate & timore & tremore multo eram apud vos.* Pseudoapostolorum contra diversissima erat natura. Audacter enim & imperiose cuncta agebant apud Corinthios, sicut de ipsis ait 2.Cor.XI.20. *Sufferetis si quis vos in servitutem adigit, si quis exedit, si quis accipit, si quis extollit se, si quis in faciem cædit.* Ex quibus satis apparet, quæ & Pauli & Pseudoapostolorum fuerint τὰ κατὰ πρόσωπον, h. e. quæ natura ipsorum. Cum ergo Paulus minitetur Corinthiis v. 6. ne ipsius minæ, tanquam ab eo profectæ, in quo nihil sit animi, nihil nervorum, fulgura videantur esse ex pelvi, a contemtu sese vindicans ait: *Personam respicitis?* atque naturam tum meam tum pseudoapostolorum, minasque meas propterea spernitis, quod natura sim timidior, quodque præsentia corporis sit infirma, & sermo contemtus, uti vobis suggerunt pseudoapostoli? Qui velim hoc cogitent, non minus me, quam ipsos, esse Christi Apostolum, quin imo majorem mihi concessam a Domino potestatem ulciscendi omnem inobedientiam, ad ædificationem tamen, non ad destructionem vestri. Imposuerat quidem Deus Paulo etiam quasi tertiam quandam personam, Apostoli munus; ad quam ipse sponte sua quartam adjunxerat, dum uxorem non duxerat, gratisque docuerat Evangelium; quam quidem personam ita constanter sibi tuendam censuit, ut satius sibi duxerit mori,

ri, quam eam relinquere, 1. Cor. IX. 15. Verum de istis Paulum nunc loqui non puto. Similiter τὸ κατὰ τρόπον dicitur de modo servando in quavis re lib. 1. cap. 6. pag. 26. extr. τούτῳ τὸ κατὰ τρόπον ἂν μὴ προσῇ, *huic si modus defuerit*, nisi modum adhibuerit.

Ibid. v. 12. ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι) *praeferre aut conferre.* Ita puto elegantem horum duorum verborum paronomasiam rectius exprimi, quam per *adjungere vel conjungere.* Utrumque hoc sensu reperitur apud Polybium, lib. 9. cap. 2. pag. 753. lin. 13. *Hac igitur tum propter ista sunt omissa, tum propter alia plura.* ὁ δὲ πραγματικὸς τρόπος ΕΝΕΚΡΙΘΗ, *illud contra historia genus quo res gesta explicantur iccirco probavimus*, sive praelatum est alteri isti historiae generi, quo gentium atque urbium origines exponuntur; *quia continenter qua eo spectant innovantur, ut nova etiam narratione subinde sit opus.* Pro quo paulo ante ponitur προαιρεῖσθαι pag. 752. lin. 10. a f. *Sed qua nos causa impulerint, ut caeteris historia partibus rejectis*, αὐτὰ τὰ κατὰ τὰς πράξεις προαιλόμεθα γράφειν, *res dumtaxat gestas susciperemus scribendas, pluribus alibi exposuimus.* Eandem sententiam admittit in iis quoque locis, quae a Budaeo aliisque citantur. Ut ex Plat. de leg. 12. *alios* ἀποκρίναντες *repudiantes, alios autem* ΕΓΚΡΙΝΟΝΤΕΣ *deligentes.* Qui enim caeteris repudiatis deligitur, is certe iis praefertur. Eodem modo a Plutarcho opponuntur ἀπελάται *abigere*

arcere, repellere, & ἐγκρίνειν *deligere, admittere, preferre*, in pædagogia cap. 14. §. 37. ubi loquitur de puerorum amatoribus: Τοὺς μὲν οὖν τῆς ὥρας ἐπιθυμοῦντας ἀπελαύνειν προσήκε· τοὺς δὲ τῆς ψυχῆς ἐραστὰς ΕΓΚΡΙΝΕΙΝ κατὰ τὸ σύνολον. *Qui igitur pulcbritudinem corporis concupiscunt, arcendi sunt: anima vero amatores omnino deligendi.* Et Hesych. ἔγκριτος, ἐκλελεγμένος, *delectus.* Polyb. lib. 1. cap. 2. pag. 2. lin. 19. *Quod autem inopinata novitatis plenum & magnificum sit nostre scriptionis argumentum, ita facillime manifestum erit: si nobilissima quaque priorum temporum dynastia, de quibus utplurimum extant historia,* παραβάλλοιμεν καὶ ΣΥΓΚΡΙΝΑΙΜΕΝ πρὸς τὴν Ρωμαίων ὑπεροχήν. Εἰσὶ δ' αἱ τῆς παραβολῆς ἄξιαι καὶ ΣΥΓΚΡΙΣΕΩΣ αὗται. *cum Romano imperio componamus ac comparemus. Sunt vero digna componi compararique ha.* Et lib. 12. extremo πειρᾶται ΣΥΓΚΡΙΝΕΙΝ αὐτὸς ἐκ παραβολῆς τὴν ἱστορίαν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς λόγοις. *Historiam cum orationibus in demonstrativo genere contendens, scriptionem utramque inter se conatur comparare.* Ita ergo Polybius historiam suam aliis historiarum generibus & σύγκρίνει & ἐγκρίνει & confert & præfert. Utroque enim verbo utitur in eodem argumento de historiæ suæ præstantia.

Cap. XI. 1. ἀνείχεσθε) Polyb. pag. 791. lin. 14. a f. Ἐρῶ γὰρ τὸ φαινόμενον, ἄνδρες· ὑμεῖς δ' ΑΝΕΞΕΣΘΕ. *Dicam equidem quod sentio, viri Lacedæmonii, vos dicentem feretis.* Et pag. 873. lin 2.

per-

ῥηθήσεται γὰρ τὸ δοκεῖν μετὰ παῤῥησίας· ὑμεῖς δὲ ἂν εὖ φρονῆτε, μεθ' ἡσυχίας ΑΝΕΞΕΣΘΕ. *Dicam enim libere quod sentio; vos si sapitis, orationem meam aequis animis accipietis.*

Ibid. v. 2. παραςῆσαι) Polyb. pag. 826. lin. 8. a f. *Juvenes quidam Romani virginem nacti & aetatis flore, & formae bonitate caeteris mulieribus longe praestantem; qui non ignorarent Scipionem natura mulierosum esse,* ἧκον αὐτὴν ἄγοντες, καὶ ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΝΤΕΣ ἔφασκον αὐτῷ δωρεῖσθαι τὴν κόρην. *Puellam ad ipsum adducunt, atque in conspectu illius sistunt, & hanc se illi donare muneri dicunt.*

Ibid. v. 15. οὐ μέγα) i. e. οὐ θαυμαςὸν, ut modo v. 14. Sic Arrianus dissertat. Epict. lib. 2. cap. 19. pag. 218. lin. 8. a f. καὶ ἐνταῦθα μὲν οὐδὲν ΜΕΓΑ τῆς ἱςορίας κρατεῖν. *Quanquam in his mirum non est sola historia esse contentum.* Et Indic. 10, 8. εἶναι δὲ καὶ τόδε ΜΕΓΑ ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, *Hoc etiam esse memorabile in India, omnes Indos liberos esse, neque ullum omnino Indum servum esse.*

Ibid. τὸ τέλος ἔςαι κατὰ τὰ ἔργα) Notus est versus de congruentia vitae & mortis, οἷα τ' ἀνὴρ ἔρξει, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει, *Qualia quisque facit, talem quoque finem sortitur.* Et Polybius lib. 3. de Demetrio rege Illyrico inquit: ἀνὴρ θράσος μὲν καὶ τόλμαν κεκτημένος, ἀλόγιςον δὲ ταύτην καὶ τελέως ἄκριτον. διὸ καὶ τὴν καταςροφὴν παραπλησίαν αὐτῷ συνέβη γενέσθαι τῇ

 κατὰ

ſui apta eſt. Modo enim additur iis quæ prætereuntur, modo iis, quæ antecedentibus ſubnectuntur. Priori ſenſu eſt apud Polyb. p. 693. l. 14. ΧΩΡΙΣ τῶν ἄλλων, *ut de cæteris taceam*. Poſteriori pag. 926. lin. 15. & apud Plutarch. pædag. cap. 5. n. 7. χωρὶς δὲ τέτων *absque his vero, absque hoc etiam eſſet, præterea vero*. Item cap. 9. n. 10. & cap. 20. n. 5. Τῶν παρεκτὸς exempla profanorum Scriptorum adhuc nobis deſunt. Ἐπισύςασις videtur eſſe *concurſus occupationum*, ut Cicero loquitur ad fam. lib. 7. ep. ult.

Ibid. v. 33. ἐξέφυγον τὰς χεῖρας) Polyb. pag. 1424. lin. 21. ἐ μὴν ἀλλ' ἐὰν καὶ τὰς τέτων ΔΙΑΦΥΓΩΣΙ ΧΕΙΡΑΣ, τάς γε δὴ τῶν παρασπονδηθέντων ἐ ῥᾳδίως ΕΚΦΥΓΓΑΝΟΥΣΙΝ. *Quod ſi illorum manus forte effugerint, at eorum quos prodiderint non effugient*.

Cap. XII. 9. ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ) Polyb. lib. 4. cap. 18. pag. 399. lin. penult. τὸ δὲ τελευταῖον ΕΠΙΣΚΗΝΩΣΑΝΤΕΣ ΕΠΙ τὰς οἰκίας, *ac tandem victores cum in civium domos immigraſſent*, ſive in iis habitarent. Pag. 466 lin. 15. a f. μετὰ δὲ ταῦτα ταῖς οἰκίαις ΕΠΙΣΚΗΝΩΣΑΝΤΕΣ, κατεῖχον τὴν πόλιν. *Deinde in civium domicilia immigrantes, urbem tenebant*.

Ibid. v. 11. εἰ καὶ ἐδέν εἰμι.) Arrian. Epict. pag. 320. lin. 2. ΟΥΔΕΝ ΗΝ ὁ Ἐπίκτητ☉ο, ἐσολοίκιζεν, ἐβαρβάριζε. *Nihil erat Epicurus, inconcinne & barbare loquebatur*. *Ibid.*

Ibid. v. 21. ταπεινώσῃ) Verbum hoc animum demissum atque mœrorem significat, ex eo conceptum, quod optatis nostris eventus non respondeat. Ei opponitur ἐπαίρεσθαι *efferri* apud Arrian. dissert. lib. 2. cap. 16. pag. 196 lin 10. κἂν μὲν τύχῃ, ἐπῆρται καὶ λέγει· πῶς γὰρ ἡμεῖς καλῶς ἐβουλευσάμεθα. οὐκ ἔλεγόν σοι ἀδελφὲ, ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν, ἡμῶν τι σκεψαμένων, μὴ οὕτως ἐκβῆναι; ἂν δ᾽ ἑτέρως χωρήσῃ, ΤΕΤΑΠΕΙΝΩΤΑΙ. *Et si quidem id adipiscatur, sese effert & dicit: Quam bellum cepimus consilium! Non dicebam tibi frater, fieri non posse, ut nobis rem considerantibus, non feliciter eveniat? sin aliter cedat, animum demittit.* Et lib. 3. cap. 23. pag. 361. lin. 7. a f. alloquitur Epictetus eum, qui se philosophum profitetur: πρώην ψυχρότερόν σου τῶν ἀκροατῶν συνελθόντων, καὶ μὴ ἐπιβοησάντων σοι, ΤΕΤΑΠΕΙΝΩΜΕΝΟΣ ἐξῆλθες. πρώην ἐπαινεθεὶς, περιήρχου, καὶ πᾶσιν ἔλεγες, τί σοι ἔδοξα; *Nuper cum aliquanto segnius auditores tui convenissent nec tibi acclamassent, humilis & abjectus discessisti. Proxime autem collaudatus, obambulabas & rogabas singulos: Quinam tibi sum visus?* Et pag. 434. lin. ult. *Sola enim hæc sunt quæ faciunt beatos, quæ liberos & solutos,* τὰ τὸν τράχηλον ἐπαίροντα τῶν ΤΕΤΑΠΕΙΝΩΜΕΝΩΝ, *quæ faciunt ut caput atque cervicem in sublime porrigamus, cum antea essemus humiles & abjecti.* Polyb. lib. 3. cap. 116. pag. 370. lin. 10. *Deinde aversam Romanorum aciem invadens, atque ex multis simul partibus per intervalla cum alis equitum in eos invehens,* ἐπέῤῥωσε μὲν τοὺς Λίβυας, ΕΤΑΠΕΙΝΩΣΕ δὲ καὶ κατέ-

In EPIST. ad GALATAS.

HI Galatæ in Asia sedes habuere; quare Polybio οἱ ἐκ τῆς Ἀσίας Γαλάται dicuntur pag. 1292. med. & pag. 1434. lin. 12. ὅτι Ὀρτιάγων ὁ βασιλεὺς τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ Γαλατῶν ἐπεβάλετο τὴν ἁπάντων τῶν Γαλατῶν δυναστείαν εἰς αὐτὸν μεταστῆσαι. *Ortiago Galatiæ regulus qui in Asia sunt Gallorum, principatum omnium Gallorum ambibat.* Latissime enim coluere. Venerunt autem in Asiam sine dubio ex Gallia nostra Europæa, quæ & ipsa Galatia vocatur, pag. 268. lin. 18. & pag. 846. lin. 15. uti & Galli qui Romam occupaverunt, Galatæ dicuntur pag. 7. lin. 5. a f. nominantur & Γαλάται Τρανσαλπῖνοι pag. 144. lin. 13. a f. & Γαλάται Σήνωνες pag. 150. lin. 18. a f. Quo autem duce hi Galli in Asiam venerint, video dubitari posse. Nam qui cum Brenno domo profecti Græciam invaserunt, plerique omnes ad Delphos cæsi sunt, qua de re Justinus lib. 24. cap. 8. qui vero isti periculo superfuerunt, eos nequaquam in Asiam trajecisse, sed bonitate agrorum circa Byzantium captos, sedes ibidem posuisse, Thracibus devictis, regni sui sedem Tulæ instituisse, ait Polybius lib. 4. cap. 46. Quæ tamen universa gens tandem a Thracibus versa vice debellata, funditus interiit, ut idem narrat.

Cap. I. 4. ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος] Polyb. pag. 988. lin. 7. a f. ἐξελόμενοι τοὺς κινδύνους

ἐκ

ἐκ τῶν περιεστώτων κακῶν, ut Cianos ex urgentibus calamitatibus liberarent.

Ibid. v. 6. μετατίθεσθε) Μετατίθημι proprie *transpono, in alium locum transfero;* metaphorice *in aliam sententiam traduco, persuadeo, ut quis aliud institutum, alias partes sequatur;* ut quando Achabum a cultu Dei ad idolorum venerationem transtulit uxor Jezabel, quem locum citat Hieronymus ex 1. Reg. XXI. 25. ΜΕΤΕΘΗΚΕΝ αὐτὸν Ἰεζάβελ ἡ γυνὴ αὐτοῦ. Polyb. pag. 1420. lin. ult. *Eos proditores habendos non esse,* τοὺς κατὰ περιστάσεις ΜΕΤΑΤΙΘΕΝΤΑΣ τὰς αὐτῶν πατρίδας ἀπό τινων ὑποκειμένων πρὸς ἑτέρας φιλίας καὶ συμμαχίας, *qui ob temporum necessitatem cives suos ab amicitia ac societate jam constituta, ad nova fœdera cum aliis ferienda traducunt.* Et pag. 503. lin. 16. a f. *Et hæc quidem victoria magna cum damnis ad officium male sanos revocat: illa vero sine detrimento* πρὸς βέλτιον ΜΕΤΑΤΙΘΗΣΙ τοὺς ἁμαρτάνοντας, *delinquentes in viam rectam sistit.* Arrian. Epict. pag. 191. lin. penult. ἐκεῖνος μὲν οὖν μόγις μετεπείσθη· τῶν δὲ νῦν τινας οὐκ ἔστι ΜΕΤΑΘΕΙΝΑΙ. *Et ille quidem quanquam difficulter tamen a sententia sua dimotus fuit. Eorum autem qui nunc sunt quosdam nullo modo possis ad aliam sententiam traducere.* Ubi μεταπείθειν & μετατιθέναι apparet synonyma esse. Et lib. 3. cap. 16. init. *Enim qui cum aliis conversatur plurimum, aut colloquendo aut convivando, aut omnino familiariter vitam agendo, necesse est.*

est, ἢ αὐτὸν ἐκείνοις ἐξομοιωθῆναι, ἢ ἐκείνους ΜΕΤΑΘΕΙΝΑΙ ἐπὶ τὰ αὑτοῦ, *aut ipsum illis similem fieri, aut illos traducere in suam sententiam.* Unde passivum μετατίθεσθαι *mutari, in aliam sententiam traduci, ad alias partes deficere.* Polyb. pag. 624. lin. 13. a f. *In Italia vero post pugnam ad Cannas,* τὰ πλεῖστα ΜΕΤΕΤΙΘΕΤΟ πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, *pleraque omnia ad Carthaginienses deficiebant.* Pag. 1070. lin. 6. ΜΕΤΑΘΕΜΕΝΟΣ τοῖς ἐκ τῆς τύχης ἐλαττώμασιν, *una cum mutata in deterius fortuna mutatus ipse.* Pag. 1217. lin. penult. τοὺς πολιτευομένους ΜΕΤΑΘΕΣΘΑΙ πρὸς τὴν Ῥωμαίων αἵρεσιν, *omnes civitatum principes ad Romanam partem esse transituros.* Item pag. 1227. lin. 6. pag. 1386. lin. 5. & Arrian. Epict. pag. 192. lin. 24. Et compositum apud Polyb. pag. 1383. med. ταῖς τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς συμμετατίθεσθαι, & substantivum μετάθεσις pag. 51. lin. 8. pag. 596. lin. 12. a f. & pag. 1266. lin. 20. ἡ τοῦ Γεντίου μετάθεσις, *Gentii transitus ad Persei partem.* Erudite *Hieronymus*, Sapientes quoque seculi, in„quit, eos qui de dogmate transferuntur ad „dogmata, *translatos* vocant, ut Dionysius ille „cujus fuit ante sententia, dolorem non esse „malum; postquam oppressus calamitatibus „& dolore cruciatus, cœpit affirmare quod do„lor esset summum omnium malorum, ab his „appellatus est *transpositus* sive translatus, quod „scilicet a priori decreto recedens in contrarium recidisset. Meminit hujus Dionysii Heracleotæ Athenæus lib. 10. nec non lib. 7. ubi eandem hu-

hujus cognominis caussam affert, quod μεταθέμενος vocatus fuerit, quia ex Stoica secta ad Epicuream transfugisset. Vid. Steph. Thes.

Ibid. v. 11. κατὰ ἄνθρωπον) Polyb. lib. 6. cap. 46. pag. 683. lin. 7. a f. *Puto equidem Lycurgum eas leges tulisse, & omnibus prudenter prospexisse adeo praeclare*, ὥστε θειοτέραν τὴν ἐπίνοιαν ἢ ΚΑΤ' ΑΝΘΡΩΠΟΝ αὐτοῦ νομίζειν, *ut inventum divinius censeam, quam ut ab homine sit profectum.*

Ibid. v. 12. ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ,) Polyb. pag. 1385. lin. 16. Ταύτην δὲ τὴν ἱστορίαν ΕΓΩ ΠΑΡΕΛΑΒΟΝ μὲν καὶ ΠΑΡ αὐτῶν Καρχηδονίων. *Atque hanc ego rem ab ipsis Carthaginiensibus accepi.*

Cap. II. 4. παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι) Chrysostomus, οὐ τῷ τῶν κατασκόπων ὀνόματι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ τρόπῳ τῆς λαθραίας εἰσόδου καὶ παρεισδύσεως τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῶν ἐνδεικνύμενος. *Non tantum exploratorum vocabulo, sed etiam eo quod clam introierint & furtim ingressi sint, insidias eorum demonstrat.* Κατασκοπεῖν de exploratoribus bellicis dici notissimum est. Quibus mire convenit verbum παρεισελθεῖν, ut Polybii exempla declarant pag. 9. lin. 9. ΠΑΡΕΙΣΕΛΘΟΝΤΕΣ δ' ὡς φίλιοι, καὶ κατασχόντες τὴν πόλιν, οὓς μὲν ἐξέβαλον τῶν πολιτῶν, οὓς δ' ἀπέσφαξαν. *Subdole namque specie amicorum ingressi, urbis potiti, cives*

cives partim ejecerant, partim jugulaverunt. Pag. 11. lin. 5. ὁ δὲ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, καὶ ΠΑΡΕΙΣΕΛΘΩΝ εἰς τὴν πόλιν διά τινων οἰκείων. *Is ubi magistratum suscepisset, atque urbem necessariorum quorundam opera clandestina fuisset ingressus.* Pag. 195. lin. 24. ΠΑΡΕΙΣΗΛΘΕ διὰ τούτων λάθρα νυκτὸς τῶν τειχῶν. *Horum ope noctu omnibus inscius, in urbem irrupit.* Item pag. 550. lin. 11. a f. pag. 731. lin. 2. a f. & pag. 1074. lin. 24.

Ibid. v. 10. Μόνον) Supplet Beza *monuerunt*, annotatque verbum desiderari, sed ex communi loquendi usu, ut ista ellipsis nihil obscuritatis adferat. Cujusmodi ellipsis est apud Polybium pag. 1473. lin. 12. a f. *Ego vero, ait Hasdrubal, a te peto, ut apud Imperatorem Rom. legationem obire velis, ac spondere nos imperata facturos:* ΜΟΝΟΝ ἀποσχέσθαι (vel ut alii legunt ἀπόσχεσθε) τῆς ταλαιπώρου πόλεως ταύτης, *tantum ut ab hac misera civitate abstineat.* Conf. Gal. V. 13.

Ibid. v. 11. κατὰ πρόσωπον) Dissenserunt hoc de loco inter se maximi Ecclesiæ Doctores, *Hieronymus* & *Augustinus*. Quorum ille statuit, non vere & ex animo, sed simulate tantum Paulum Petro restitisse, ut simulatio observandæ legis, quæ iis qui ex gentibus crediderant nocebat, alia simulatione reprehensionis corrigeretur. Quod interpretamentum Augustinus solide refellit epist. ad Hier. 8. 9. & 19. Defendit Hieronymum suum *Erasmus*; sed Augustini

stini sententiam tuentur *Lutherus*, *Beza*, *Aretius*, aliique, ad unum omnes urgentes verba hæc κατὰ πρόσωπον. In quibus *Hunnius*. Non de-" sunt, inquit, exempla, quando hæc vocula con-" structa cum Accusativo eandem plane signifi-" cationem reddit, quam hoc loco nos urgemus;" qualiter apud Aristoph. legitur κατ' ὀφθαλμοὺς" λέγειν h. e. coram, palam, ante oculos & in faciem dicere. Sed & ipsum hoc κατὰ πρόσωπον sæpius occurrit in hac eadem significatione apud Polybium pag. 1418. lin. 17. *Consilium coëgit, atque in medium progressus*, ἐκείνους μὲν ἔφη λάθρα καὶ κατ' ἰδίαν ποιεῖσθαι κατ' αὐτοῦ τὰς διαβολάς. αὐτὸς δ' ἔκρινε κοινῇ καὶ ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ αὐτῶν ποιήσασθαι τὴν κατηγορίαν. *Ipsos quidem clam & singulos seipsum calumniari dixit. Sibi vero in animo esse adversus ipsos simul omnes coram accusationem instituere.* Et pag. 1103. lin. 10. γενομένης δ' ἀντιῤῥήσεως κατὰ τὸ παρὸν διὰ τὸ ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ Ἠλείους μὲν ἀμφισβητεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς ὑπὲρ τῆς Τριφυλίας. *Sed quod existerent qui petitioni illius sese opponerent; Elei namque in os dixerunt, velle se Achæis litem movere super Triphylia.* Pag. 1179. lin. 5. *Placuit Senatui, extemplo legationem mittere, quæ de Philippi rebus cognosceret, & securitatem omnibus præstaret*, τοῖς βουλομένοις ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ λέγειν τὸ φαινόμενον, καὶ κατηγορεῖν τοῦ βασιλέως, *qui coram rege expostulare & eum incusare vellent.* Pag. 1318. lin. 14. ὧν εἰσελθόντων εἰς τὴν σύγκλητον, καὶ πολλῶν λόγων γινομένων καὶ φιλαπεχθῶν ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ εἰς ἀλλήλους. *Post-*

quam legati in Senatum sunt ingressi, longa inter ipsos altercatione habita, quum alter alteri os convitio verberasset. Pag. 1418. lin. 18. αὐτὸς δ' ἐκεῖνε κοινῇ καὶ ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ αὐτῶν ποιήσασθαι τὴν κατηγορίαν. *Sibi vero in animo esse adversus ipsos simul omnes coram accusationem instituere.* Pag. 1448. lin. 17. a f. ἐλεγχόμενοι γὰρ ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ ὑπὸ τῶν ἰδίων χειρογράφων καὶ τῶν ὑπουργῶν &c. *Nam coram convicti suismet ipsorum chirographis ac ministris, non infelices sed impudentissimi esse videbantur.* Pag. 1452. lin. penult. ἐθάρρει δὲ καὶ τὰ παιδάρια κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐκ τῶν διδασκαλείων ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΩΠΟΝ αὐτοὺς προδότας ἀποκαλεῖν. *Ipsi pueri e scholis redeuntes, coram proditores eos compellare per vicos non verebantur.* Item pag. 1093. lin. antepen. Exstat etiam in Actis Apost. XXV. 16. κατὰ πρόσωπον ἔχοι τοὺς κατηγόρους. Propriissime usurpatur pag. 1109. lin. ante penult. οἱ μὲν γὰρ αὐτοφθαλμῆσαι κατὰ πρόσωπον, καὶ σωτῆρα προσφωνῆσαι βουλόμενοι. *Quippe alii suis ipsorum oculis incoram eum spectare, & salutis suæ auctorem salutare cupientes.* Et Act. III. 13. nec non 2. Cor. X. 1. Frequentissime autem dicitur de aciei fronte, ut pag. 326. lin. 5. οἱ μὲν κατὰ πρόσωπον, οἱ δ' ἐκ τῶν πλαγίων αὐτοῖς προσέπιπτον. *Alii a fronte, alii a tergo, alii abs lateribus in ipsos pugnabant.* Pag. 211. lin. 5. a f. pag. 226. lin. 19. pag. 326. lin. 5. pag. 327. lin. 3. pag. 386. lin. ult. pag. 553. lin. 16. pag. 593. lin. 11. pag. 594. lin. 16. pag. 755. lin. 5. Cum Hieronymo facit Chrysostomus, qui tamen non ex ver-

verbis κατὰ πρόσωπον simulationem istam elicit, uti nec Hieronymus, quantum equidem ex utriusque Commentariis intelligere possum; sed nimio quodam studio erga Petrum mitius hæc sunt interpretati in eam sententiam, cujus sane nullam verba ipsa per se præbent suspicionem. Longa exstat hac de re disputatio Chrysostomi tom. 5. pag. 715. & seqq.

Ibid. v. 13. συνυπεκρίθησαν αὐτῷ] Ne videatur verbum hoc exemplis destitui, cum in Lexicis nulla compareant, exstat illud apud Polybium aliquot locis, ut pag. 549. lin. 6. Ταχὺ δὲ ΣΥΝΥΠΟΚΡΙΘΕΙΣ καὶ μεταπεσὼν Ἑρμείας. *Ibi tum Hermias totum sese ad sententiam aliorum componere, fierique repente alius.* Pag. 285. lin. 10. a f. ΣΥΝΥΠΕΚΡΙΘΗ τίθεσθαι φιλίαν πρὸς αὐτοὺς, *amicitiam velle se cum illis jungere pariter simulavit.* Item pag. 337. lin. 17. pag. 518. lin. 19. a f. & pag. 614. lin. 4.

Ibid. v. 21. ἀθετῶ τὴν χάριν) Utitur hac phrasi & Polybius, nisi quod is gratiam accipientis, χάριν πρός τινα, Paulus dantis beneficium, χάριν τινὸς, intelligat. Pag. 200. lin. 11. τὴν πρὸς τὸ ἔθνος ΧΑΡΙΝ καὶ φιλίαν ΑΘΕΤΕΙΝ, *beneficii quod ab Achæis acceperant, & mutuæ amicitiæ memoriam fidem mutando delere.* Sic dicitur πίστιν ἀθετεῖν pag. 712. lin. 21. *Præcipuum illud est, ut vincula fidei ejusmodi accipiamus*, δι' ὧν ὁ πιστευθεὶς οὐ δυνήσεται τὴν πίστιν ἀθετεῖν, *per quæ is cui fidis, mutare fidem nequeat.*

Cap. III. 1. κατ' ὀφθαλμὺς) Oculi hi sunt mentis sive fidei. Chrysostomus: Καὶ μὴν ὐκ ἐν τῇ Γαλατῶν χώρᾳ, ἀλλ' ἐν Ἱεροσολύμοις ἐςαυρώθη. πῶς ὖν φησιν, ἐν ὑμῖν; τ̃ πίςεως δεικνὺς τὴν ἰσχὺν καὶ τὰ πόῤῥωθεν δυναμένης ὁρᾷν. καὶ ὐκ εἶπεν, ἐςαυρώθη, ἀλλὰ, προεγράφη ἐςαυρωμένος, δηλῶν ὅτι τοῖς τ̃ πίςεως ὀφθαλμοῖς ἀκριβέςερον ἐθεώρησαν τῶν παρόντων ἐνίων καὶ τὰ γινόμενα θεωμένων. *Atqui non in Galatarum regione, sed Hierosolymis crucifixus fuit. Quomodo ergo dicit,* in vobis? *Ut fidei vim ostendat, quæ possit & procul dissita cernere. Neque dixit, crucifixus est, sed* præscriptus *sive depictus* est crucifixus, *ostendens, quod fidei oculis accuratius viderint quam nonnulli qui præsentes adfuerant, eaque quæ gerebantur conspexerant.* Similis metaphora est apud Polyb. pag. 226. lin. 9. a f. ἔτι δὲ καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος τῶν ἐσομένων ἄθλων ἐκ τ̃ πολέμυ ΠΡΟ ΟΦΘΑΛΜΩΝ ΘΕΜΕΝΟΣ. *Cum etiam ob oculos sibi posuisset magnitudinem ac decus præmiorum, quæ eo bello consecuturus esset.* Pag. 360. lin. 20. αὐτοὶ ΛΑΜΒΑΝΟΝΤΕΣ ΠΡΟ ΟΦΘΑΛΜΩΝ τὴν ἐκ τ̃ λείπεσθαι καὶ τ̃ νικᾷν διαφορὰν, *ipsi facite diligenter cogitetis, quam diversa vos victores aut victos maneant.* Item pag. 502. lin. 8. a f. & pag. 533. lin. 12. & pag. 689. lin. 17. a fine.

Ibid. v. 4. Τοσαῦτα ἐπάθετε] Non sine caussa quæritur, τοσαῦτα κακὰ, an ἀγαθὰ sint intelligenda? Nam ἐπάθετε utrumque admitttit. Ita Arrian. Indic. 26, 1. κακὰ ΤΟ-

ΣΑΥ-

ΣΑΥΤΑ ΕΠΑΘΕΝ, *tot incommoda accepit.* 32, 1. τὰ πολλὰ κακὰ ἔπαθε. & 34. 1. μέγα δή τι ἐξ Ἀλεξάνδρου ΑΓΑΘΟΝ ἀνέγνω ΠΕΙΣΕΣΘΑΙ, *magnum aliquod munus se ab Alexandro accepturum arbitratus est.* Dissert. Epict. lib. 2. cap. 1. pag. 133. lin. 11. a f. ὁ ταῦτα ΠΑΘΩΝ, οὐ γέγονεν ἐλεύθερος; *Qui hæc beneficia accepit, non factus est liber?* Lysias, Τίς οὖν ἐλπὶς ὑπὸ τούτου τι ΑΓΑΘΟΝ ΠΕΙΣΕΣΘΑΙ; *Quæ ergo spes est consequendi ab hoc quidquam boni?* Notissimæ sunt phrases κακῶς πάσχειν *incommodo affici*, & εὖ πάσχειν *beneficium accipere*, cujus contrarium εὖ ποιεῖν, *beneficium dare.* Unde compositum ἀντευπάσχω, *beneficium pro beneficio accipio.* Sed & sine adjectione πάσχειν pro *beneficium accipere* dicit Euripides in Hecuba Act. 2. v. 35.

Ὃς ἐξ ἐμοῦ μὲν ΕΠΑΘΕΣ οἷα φὴς ΠΑΘΕΙΝ,
Δρᾷς δ' οὐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ' ὅσον δύνῃ.

Quod perinde est ac si dictum esset, ἔπαθες ἀγαθὰ, οἷα φὴς παθεῖν.

Qui quum a me tuleris, quæ te tulisse non negas,
Nihil contra nobis bene facias, sed quantum potes male.

Atque hoc sensu verbum ἐπάθετε hic interpretatur exegeta acerrimi judicii *Schomerus*, cujus explicatio digna mihi visa est, quæ tota huc transcriberetur. Non videtur, inquit, Paulus « passiones dolorosas hic innuere; nam eo tem- « pore nondum erant a Gentibus excitati mo- « tus contra Christianos, sed omnia a Judæis pro- «

„veniebant adversa, quibus se Galatæ non op-
„posuerunt, quippe subito discedentes in Judai-
„cam hypothesin, de subeundo jugo legis Mo-
„saicæ, neque Paulus in præcedentibus ullam
„mentionem fecit adversorum, quæ in ipsos re-
„ciderint propter fidem, cum tamen vox τοσαῦ-
„τα ad quædam præcedentia sese referat necessa-
„rio. Sed & antecedentia & consequentia do-
„cent, de felicitate illorum agi, quam ex fide
„senserint, nempe de virtutibus Spiritus San-
„cti. Itaque verbum ἐπάθετε, eo sensu acci-
„piendum est, quo occurrit apud Plutarchum
„& alios Scriptores Græcos, ut explicetur de
„quovis affectu aut re, quæ alicui accidit, & sic
„sententia est hæc: Tantane signa gratiæ divi-
„næ sensistis frustra? Hæc *Schomerus*.

Ibid. v. 10. ἐμμένει ἐν) Polyb. pag. 1091. lin. 18. *ἐμμένειν ἐν ταῖς συνθήκαις, manere in amicitia, sive fœdere.*

Ibid. v. 13. ἐξηγόρασεν) Polyb. pag. 1294. lin. 23. *Caunum a Ptolemæi ducibus talentis ducentis ἐξηγοράσαμεν redemimus.*

Cap. III. 23 ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα, συγκεκλεισμένοι εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι.] Συγκλείειν εἰς πίστιν significat *ad fidem adigere*, eo necessitatis quem redigere, ut ad fidem tanquam sacram anchoram confugere cogatur. Quæ interpretatio si cui forsan nova & insolens

vi-

videtur, velim consideret sequentia loca Polybii, lib. 15. cap. 20. pag 986. lin. 14. a f. *Mox enim ambo victi armis*, οὐ μόνον ἐκωλύθησαν τῆς τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας, ἀλλὰ καὶ ΣΥΓΚΛΕΙΣΘΕΝΤΕΣ ΕΙΣ ΦΟΡΟΥΣ, ὑπέμειναν Ῥωμαίοις τὸ προςαττόμενον, *non solum aliena concupiscere sunt impediti, sed etiam eo necessitatis redacti, ut tributum pensitarent, & dicto audientes esse Romanis cogerentur.* Lib. 17. cap. 34. pag. 1073. lin. 4. a f. ἐκεῖνος μὲν γὰρ προκαταληφθεὶς, ΕΙΣ ΑΥΤΑΣ ΣΥΝΕΚΛΕΙΣΘΗ τὰς ἐν τοῖς ἰδίοις οἰκέταις καὶ φίλοις ΕΛΠΙΔΑΣ. *Nam ille ab inimicis præventus, eo angustiarum est redactus, ut spes omnes suas in propriis duntaxat famulis & amicis haberet sitas.* Excerpt. Legat. 22. pag. 1129. lin. 7. Φίλιππον καταπολεμήσαντες καὶ ΣΥΓΚΛΕΙΣΑΝΤΕΣ ΕΙΣ ὅμηρα καὶ φόρους. *Philippum bello victum, eoque necessitatis adactum, ut obsides dare, tributa pendere consentiret.* Et Legat. 46. p. 1193. lin. 16. a f. Τοῦ γὰρ Φιλίππου ΣΥΓΚΛΕΙΣΘΕΝΤΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ κατὰ τὸ σύμβολον ΔΙΚΑΙΟΔΟΣΙΑΝ πρὸς τοὺς ἀςυγείτονας. *Postea enim quam eo redactus est Philippus, ut disceptare e formula fœderis cogeretur cum finitimis.* Pag. 1339. lin. antep. οὐ μὴν ἀλλὰ τέλος ΕΙΣ ΤΟΥΤΟ ΣΥΝΕΚΛΕΙΣΘΗΣΑΝ οἱ Καρχηδόνιοι, *veruntamen eo tandem necessitatis redacti sunt Carthaginienses, ut non solum agri, & urbium illarum jacturam facerent; sed hoc amplius, talenta quingenta fructuum nomine, quos a principio controversiæ perceperant, penderent.* Item lib. 3. cap. 63. pag. 298. lin. 14. ΕΙΣ παραπλήσιον γὰρ αὐτοὺς ΑΓΩΝΑ καὶ καιρὸν τὴν τύχην ΣΥΓΚΕΚΛΕΙΚΕΝΑΙ. *Fortu-*

nam enim simili ipsos dimicandi necessitate conclusisse. Et lib. 1. cap. 58. init. pag. 82. lin. 15. a f. ὐ μὴν ἀλλ᾽ ὥσπερ ἀγαθὸς βραβευτὴς ἡ τύχη μεταβιβάσασα παραβόλως αὐτοὺς ἐκ τοῦ προειρημένου τόπου καὶ τοῦ προϋπάρχοντος ἀθλήματος, ΕΙΣ παραβολώτερον ΑΓΩΝΙΣΜΑ, καὶ τόπον ἐλάττω ΣΥΝΕΚΛΕΙΣΕΝ. *Sed fortuna, tanquam brabeuta bonus e dicto loco & certato aliquamdiu certamine audacter translatos, in certamen aliud longe periculosius, ac locum breviorem eos conclusit.* Hic, ubi simul cum nomine loci construitur συγκλείειν, apparet, unde ducta sit metaphora. Nempe proprie de locis verbum hoc cum præpositione εἰς dicitur. Ut apud eundem Polybium pag. 874. lin. 21. συγκεκλεισμένου τοῦ Βρεττίας εἰς πάνυ βραχεῖς τόπους Ἀννίβου. *Coacto Hannibale in angulum quendam agri Brutii concedere.* Item pag. 1140. lin. 6. a f. ὑπεμείναμεν ΣΥΓΚΛΕΙΣΘΕΝΤΕΣ ΕΙΣ αὐτὸν τὸν Πέργαμον πολιορκεῖσθαι καὶ κινδυνεύειν ἅμα περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ἀρχῆς. *Includi in urbem Pergamum sustinuimus, atque in ea obsessi de vita simul & regno sumus periclitati.* Et pag. 1333. lin. ult. & apud Arrian. exp. Alex. 1, 3, 5. ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ ἐς στενὸν συγκεκλεισμένον, *fluminis cursus arctis spatiis conclusus.* Et 1, 8, 6. Τοὺς μέν τοι Θηβαίους ἐς τὴν κοίλην ὁδὸν τὴν κατὰ τὸ Ἡράκλειον φέρουσαν οἱ ἅμα αὐτῷ εἰσπεσόντες ὁμοῦ τοῖς παρ᾽ Ἀλεξάνδρῳ τοξόταις συνέκλεισαν. *Ac Thebanos quidem ii, qui cum Perdicca vallum perruperant una cum Alexandri sagittariis, in cavam viam, quæ ad Herculis templum fert, concludunt.* Unde & sine præpositione εἰς usurpatur de iis, qui

qui ab hostibus conclusi tenentur, vel alioqui in summas angustias sunt redacti, apud Polybium pag. 203. lin. 12. & pag. 1026. lin. 11. a f. & pag. 1332. lin. 16. Hinc etiam in *carcerem includere* significat item sine εἰς pag. 533. lin. 18. pag. 535. lin. 19. a f. pag. 1480. lin. 15. & cum εἰς dicitur de obsidibus asservatis pag. 1351. lin. 13. a f. Arrianus propriissime dicit ξυγκλείειν τὰν πύλας, de exp. Alex. 1, 8, 10. & translate συγκλείειν τὴν φάλαγγα, ibid 3, 12, 2. Sed hæ significationes non sunt hujus loci, ubi certum est, verbum hoc necessitatem quandam & coactionem declarare. Quo sensu non tantum cum εἰς, sed etiam cum πρὸς construitur apud Polyb. pag. 869. lin. 6. a f. Ἐπεὶ δὲ πάσας ἀφελομένη τὰς εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας ἡ τύχη ΣΥΝΕΚΛΕΙΣΕ ΠΡΟΣ τὸν ἔσχατον καιρὸν, *ubi vero nudatum omni spe inposterum fortuna ad hujus postremi certaminis necessitatem adegit.* Reperitur & sine præpositione pag. 890. lin. 16. ἐ μὴν ἀλλὰ διαπορήσας, ὑπὸ δὲ τῶν πραγμάτων ΣΥΓΚΛΕΙΟΜΕΝΟΣ ἐπὶ τῷ συγχρῆσθαι κατηνέχθη τοῖς Ἴβηρσιν. *Post longam animi fluctuationem rerum necessitate adactus, in eam ad extremum devenit sententiam, ut Hispanorum auxiliis statueret sibi utendum.* Jam ut hæc ad præsentem locum accommodem, cum συγκλεῖσθαι εἰς φόρυς, εἰς τὴν δικαιοδοσίαν, & quod exemplum huc maxime pertinet, εἰς τὰς ἐλπίδας, significet, eo necessitatis aliquem redigi, ut tributum pensitet, ut cum altero disceptet, ut spes suas omnes in aliquo ponat: dubium omnino nullum est, quin συγ-

κλεῖσθαι εἰς πίστιν significare possit ad fidem a-gi, atque necessitate quadam impelli. Qu- notionem verbi συγκλείειν agnoscit etiam gr- cus Scholiastes, cujus verba supra adduxim- ad Rom. XI. 32. ait enim συγκλείειν εἰς ἀπείθει- significare posse ἀπειθεῖς ποιεῖν incredulos fac- Eam autem significationem hic oportere a- mitti, antecedentia & consequentia satis osten-dunt; quæ si quis diligenter consideret, han- interpretationem probaturum spero. Nam u- de solo verbo φρουρεῖσθαι aliquid addam, usurpa-tur id de iis, qui ab hostibus undique clausi tenentur apud Arrian. exped. Alex. 2, 1, 6. οἱ Μι-τυληναῖοι τῆς τε γῆς εἰργόμενοι, καὶ ἀπὸ θαλάττης πολλαῖς ναυσὶν ἐφορμούσαις ΦΡΟΥΡΟΥΜΕΝΟΙ. *Mitylenai & terra interclusi, & mari ingenti classe obsessi.* Et 4, 3, 10. Καὶ τούτους περιστρατοπεδεύ-σας Ἀλέξανδρος ἡμέρα μιᾷ ΕΦΡΟΥΡΗΣΕΝ· οἱ δὲ ἐνδείᾳ ὕδατος ἐνεχείρισαν σφᾶς Ἀλεξάνδρῳ. *Quos cum Alexander uno die obsessos tenuisset, aqua-rum inopia presi deditionem fecerunt.* Et 1, 7, 14. Οἱ γὰρ Θηβαῖοι τὴν Καδμείαν διπλῷ χάρακι ΕΦΡΟΥ-ΡΟΥΝ ἀποτειχίσαντες. *Thebani enim arcem illam duplici vallo in orbem jacto sepserant: ita ut neque extrinsecus quisquam subsidio venire obsessis posset, neque ipsi excurrentes suos lædere.* Qui vero ita circumsidentur, ut omnes aditus & exitus ipsis sint occlusi, eos necesse est, dum omnia ipsis in-dies fiunt arctiora, tandem in summas angu-stias adduci. Quæ angustiæ etiam verbo συγ-κλεῖσθαι exprimuntur a Polybio pag. 1026. lin. 11.

11. 25. Ἀβυδηνοὶ δὲ ΣΥΓΚΕΚΛΕΙΣΜΕΝΟΙ, καὶ σχεδὸν ἀπηλπικότες τὴν σωτηρίαν. *Abydeni vero omni ex parte conclusi, & salutem suam prope jam desperantes.* Et pag. 1332. lin. 16. Τότε δὲ ΣΥΓΚΛΕΙΟΜΕΝΟΙ τελέως, καὶ πρὸς τούτοις καὶ πολιορκουμένων τῶν πόλεων Ἀντιπόλεως, καὶ Νικαίας. *Tum vero in magnas angustias redigebantur: nam & urbes eorum Antipolis atque Nicaa obsessa tenebantur.* Hoc igitur Apostolus dicit, ipsos legis onere pressos, ejusque minis territos, præceptisque undique quasi muro quodam clausos, eo necessitatis redactos fuisse, ut ad fidem sese conferre fuerint coacti, in qua sola spes sit liberationis a lege. Eandem fere significationem habet ἐκκλεῖσθαι εἴς τι apud Arrianum dissert. lib. 3. cap. 22. ubi de philosopho sermo est, qui, si uxorem ducat, familiæ caussa multos labores suscipere cogatur, pag. 351. lin. 8. ΕΙΣ νοσοκομίας λοιπὸν ΕΚΚΛΕΙΕΤΑΙ, εἰς πορισμόν. *Deinde operam quoque impendere ægrotantibus cogitur, & rei acquirendæ studiosum esse oportet.*

Ibid. v. 29. Εἰ δὲ ὑμεῖς χριστοῦ.) Sic infra v. 24. Οἱ δὲ τοῦ χριστοῦ. Polyb. pag. 761. lin. 3. δειπνοποιήσασθαι ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΥ καθ' ὥραν παραγγείλας, *ipse dato suis præcepto ut tempori cœnarent, sub noctem primam exercitum eduxit.*

Cap. IV. v. 2. ἐπιτρόπους] Polyb. pag. 1418. init. Διὰ τὸν Τληπόλεμον καὶ τὰ πράγματα, καὶ τὰ χρήματα μὴ ὡς ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ, ἀλλ' ὡς ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΝ χειρίζειν. *Eo quod Tle-*

Tlepolemus negotia ac pecuniam regiam, non ut curator, sed quasi hares administrabat.

Ibid v 9. μᾶλλον δὲ) His duabus particulis Græci utuntur, ut corrigant quod modo dixerunt, & quasi satis id non sit, amplius quid addant. Ita Rom. VIII. 34. & apud Polyb. pag. 196. lin. 17. χρήσιμον εἴη, ΜΑΛΛΟΝ Δ' ἀναγκαῖον *utile aut necesse potius fuerit.* Pag. 216. lin. 1. χρήσιμον ἐδόκει, ΜΑΛΛΟΝ Δ' ἀναγκαῖον εἶναι. *Utile, imo vero necessarium duximus.* Item pag. 344. lin. 2. & pag. 359. lin. 13. a f. Καὶ γὰρ ἄτοπον, ΜΑΛΛΟΝ Δ', ὡς εἰπεῖν, ἀδύνατον. *Absurdum enim foret, imo vero ne fieri quidem potest.* Pag. 417. lin. 7. a f. δυσὶ γειτνιῶντες ἔθνεσι τοῖς μεγίστοις τῶν κατὰ Πελοπόννησον, ΜΑΛΛΟΝ ΔΕ σχεδὸν καὶ τῶν Ἑλληνικῶν. *Vicini quum essent duobus maximis totius Peloponnesi, imo vero omnium pene Græciæ, populis.*

Ibid. v. 17. ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν,) ἡμᾶς habet Chrysostomus, & *vos* Hieronymus. Et Chrysostomus quidem ita exponit: ἔστι γὰρ καὶ ζῆλος ἀγαθὸς, ὅταν τις οὕτω ζηλοῖ, ὥστε μιμήσασθαι τὴν ἀρετήν· ἔστι καὶ ζῆλος πονηρὸς, ὥστε ΕΚΒΑΛΛΕΙΝ τῆς ἀρετῆς τὸν κατορθοῦντα· ὃ δὴ καὶ αὐτοὶ νῦν ἐπιχειροῦσι, τῆς μὲν τελείας γνώσεως ΕΚΒΑΛΛΕΙΝ θέλοντες, εἰς δὲ τὴν ἠκρωτηριασμένην καὶ νόθον ἀγαγεῖν, δι' οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἵνα αὐτοὶ μὲν ἐν τάξει κάθωνται διδασκάλων, ὑμᾶς δὲ τοὺς νῦν ὑψηλοτέρους αὐτῶν ὄντας, ἐν τάξει καταστήσωσι μαθητῶν· οὗτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπὼν, ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε. *Est enim & æmulatio bona, cum quis sic æmulatur, ut imi-*

imitetur virtutem: est & æmulatio mala, cum quis quærit depellere a virtute recte agentem. Quod sane & isti nunc conantur, a perfecta cognitione vos ejicere volentes, & ad mutilatam ac notham adducere; non ob aliam caussam, nisi ut ipsi quidem in loco magistrorum sedeant, vos autem qui nunc estis illis sublimiores, in classe discipulorum collocent. Hoc enim declaravit dicens: ut ipsos æmulemini. Eodem modo Theophylactus. Accipiunt ergo hi Græci ἐκκλείειν pro *ἐκβάλλειν ejicere*. Apud Polybium ponitur pro *non admittere* lib. 6. cap. 7. pag. 637. lin. 19. ΕΚΚΛΕΙΟΜΕΝΟΝ διὰ πενίαν τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ τιμῶν. *Cui aditum ad honores publicos paupertas precludit.* Et apud Arrianum proprie magis pro *foribus occlusis excludere* differt. lib. 2. cap. 6. pag. 149. lin. 18. & pag. 482. lin. 13. quod & ἀποκλείειν dicitur pag. 476. lin. 4. a f. & pag. 481. lin. 10. 12. 16. Suidas interpretatur *impedire*, citans Polybium: Ἐκκλείουσι· κωλύουσιν, εἴργουσιν. Πολύβιος. Ἐπεὶ τὸν Φίλιππον ΕΚΚΛΕΙΟΥΣΙΝ οἱ καιροὶ, κλ. Cui similis locus exstat pag. 1041. lin. 25. Quo sensu Hieronymus exponit. Ait enim, qui liberatus est a servitute legis, si quis huic persuadere velit, ut circumcidatur, *æmulatur eum non bene: sed concito cursu ad majora gradientem retrahere festinat, ut se potius æmuletur qui retrorsum vadit: aut certe ut multum ultra non promoveat.* Sed habet hoc verbum aliam etiam significationem, *cogendi, movendi, impellendi ad aliquid*, apud Arrian. Epict. lib. 3. cap. 22. pag. 351. lin. 8. Philosophum

ait rerum domesticarum cura impediri, quo minus rite suo fungi possit officio. Varia enim ipsi exhiberi negotia, ad quæ obeunda adigitur: εἰς νοσοκομίας λοιπὸν ΕΚΚΛΕΙΕΤΑΙ, εἰς πορισμόν. *Ægrotos denique curare cogitur, & rem quærere.* Quam significationem si sequamur, sententia foret: falsos istos doctores hoc agere, ut Galatas isto quasi fascino æmulationis ri quadam ad mutuam æmulationem pertrahant. Communem hujus loci expositionem, qua Paulus rivali comparatur, quem falsi doctores tanquam proci ab Ecclesia quasi ab amica excludere velint, fateor concinnam quidem atque elegantem esse; sed nimis audax negotium videtur, ὑμᾶς propterea mutare in ἡμᾶς, ut a *Beza* factum, quod, ut ipse scribit, ita *poscat sententia.* Quem amica excludit, Epictetus ἀποκλειόμενον dicit pag. 402. lin. 24. Retinendum ὑμᾶς censet *Er. Schmidius.* Legit quoque & interpretatus est *Lutherus. Grotius* etiam testatur in MS. ὑμᾶς esse. Denique pro illo ἡμᾶς *Millius* non nisi Wecheliana Biblia & editos aliquot libros allegat.

Ibid. v. 20. Ἤθελον δὲ παρεῖναι) Epictetus apud Arrianum pag. 46. sub fin. ΗΘΕΛΟΝ αὐτὸν νῦν παρὼν ὑπομνῆσαι τῶν λόγων, οὓς ἔλεγε παρερχόμενος. *Velim ei nunc coram in memoriam redigere sermones, quos habebat cum hac transiret.* Sic etiam pag. 120. lin. 12.

Ibid. v. 25. συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ,] *similis est ei Hierosolyma quæ nunc est.* Ita ὅμοια καὶ σύστοιχα tanquam synonyma ponuntur apud Polybium pag. 1402. lin. a f. καὶ τὰ λοιπὰ δ' ἦν τούτοις ὅμοια καὶ ΣΥΣΤΟΙΧΑ κατὰ τὴν ἀρχήν. *Reliqua erant in ejus imperio bis similia ac consentanea.* Proprie verbum tacticum sive militare est. Nam στοῖχοι dicuntur a fronte ad tergum sigillatim porrecti; uti ζυγὰ ab uno cornu ad alterum ordines instructi. Quare οἱ κατὰ στοῖχον τεταγμένοι, στοιχεῖν dicuntur ab Æliano: ut illi ζυγεῖν qui juga efficiunt. Συστοιχεῖν autem dicuntur οἱ τοῦ αὐτοῦ στοίχου ὄντες, hoc est οἱ ἐφ' ἑνὸς τεταγμένοι, & συζυγεῖν οἱ ἐν τῷ αὐτῷ ζυγῷ. Polybius lib. 10. cap. 21. pag. 829. lin. 19. ἐκ δὲ τούτου, τὰς ἐπαγωγὰς τὰς ἐπὶ τοὺς ἐναντίους, καὶ τὰς ἀποχωρήσεις ἔδει συνεθίζειν ἐν πάσαις ταῖς κινήσεσιν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε δεινῷ τῷ τάχει προσάγειν, ἐφ' ὅσον συζυγοῦντας καὶ ΣΥΣΤΟΙΧΟΥΝΤΑΣ διαμένειν. *Secundum ista erat accessio ad hostes & receptus. Atque hos motus omnes ita oportebat didicisse, ut si addere gradum necessitas cogeret, neque latitudinis neque longitudinis seriem ullo modo corrumperent.* Σύστοιχοι etiam & συστοιχοῦντες sunt ejusdem sortis & ordinis, & qui eandem seriem efficiunt. & σύστοιχα sunt cognata & συγγενῆ, & consociabilia; ut si dicas hominem cum cæteris animantibus συστοιχεῖν ἐφ' ὅσον θνητός ἐστιν. atque etiam τὸν ἄνθρωπον τῇ ἀλόγῳ ψυχῇ χρώμενον, τοῖς λοιποῖς τῶν ζώων σύστοιχον εἶναι. *Budæus* in Comm. Gr. Lingv. pag. 882. & 883. ubi copiosius de hoc

verbo

verbo agit. In eo autem συςοιχεῖ sive similis est Agar Hierosolymæ, ejusdemque cum ea ordinis atque conditionis, quod utraque serviat, & Hierosolyma quidem cum civibus suis servitutem legalem.

Ibid. v. 28. *κατὰ ἰσαὰκ,*) Rectam Lutheri interpretationem corrupit in nonnullis editionibus depravata interpunctio. Comma enim, quod post nach poni debet, in quibusdam reperitur post Isaac, quasi nos dicat Paulus Isaaci filios esse; quo sensu etiam intellexit *D. Joh. Habermannus* in expos. epist domin. Neque dubium est, quin multi alii ex versione Germanica in eundem incidant errorem, ni veram sententiam, sublata ambiguitate, ostendat comma post Isaac, ut sit Isaac nach / i. e. sicut Isaac, ceu & Lutherus exponit in Commentario. Κατὰ enim hic nota est similitudinis, ut Rom. XV, 5. I. Petr. I. 15. Cujus generis exemplum etiam ex Xenophonte dedimus. Sed plura exstant in Arriano de exp. Alex. 3, 27. 10. *ὐ ΚΑΤᾺ τοὺς ἄλλους βαρβάρους πολιτεύοντες, non sicut alii barbari viventes.* 4, 7, 6. *ἡ ΚΑΤᾺ τοὺς βαρβάρους βασιλέας ξυνδιαίτησις, consuetudo qualis est barbarorum regum.* It. 4, 25, 4. 5, 29, 2. 6, 22, 7. Ind. 6, 9.

Cap. V, 4. *Τῆς χάριτος ἐξεπέσατε*) Polyb. pag. 423. lin. 9. ΕΞΕΠΕΣΕ *Λεωνίδης ἐκ τῆς ἀρχῆς, Leonidas regno excidit, regno privatus est.*

Ibid.

Ibid. v. 5. ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα.] *ſpem juſtitiæ exſpectamus*, i. e. exſpectamus juſtitiam, ſive ut eſt in latina interpretatione Theophylacti, ſperamus juſtificari. Sic Polybius dicit ὀρέγεσθαι ἐλπίδων *ad ſpem erigi* lib. 1. cap. 8. pag. 11. lin. 16. μειζόνων ὀρεγόμενος ἐλπίδων, ἢ κατὰ τὴν στρατηγίαν, *ad majorum rerum ſpem erectus, quam ut ipſum prætura caperet.* Item τῆς ἐλπίδος τῶν ὅλων ἐφίεσθαι *ſpem ſummi imperii appetere*, pro appetere ſummum imperium; lib. 5. cap. 102. pag. 613. lin. 18. a f. *Rex Philippus ex ea domo ortus erat*, ἢ μάλιστα πῶς ἀεὶ τῆς τῶν ὅλων ἐλπίδος ἐφίεται, *quæ neſcio quomodo præ cæteris, ſummi imperii ſpe ducitur.* Similiter fere lib. 11. cap. 26. pag. 899. lin. 4. a f. *Tres ſiquidem eſſe cauſſas, propter quas contra patriam & eos qui ſummam rerum obtinent, ſeditionem concitare homines audeant: cum vel iis qui præſunt aliquo nomine ſuccenſent, & eorum imperium graviter ferunt, vel in præſenti ſtatu non acquieſcunt*; ἢ καὶ νὴ Δία μειζόνων ὀρεχθῶσι καὶ καλλιόνων ἐλπίδων, *vel denique ubi majora concupiſcentes in lætioris fortunæ ſpem venerunt.* Sed contra iſta loca hoc video afferri poſſe, quod id tantum dicatur, & reges illos, & hos novarum rerum cupidos optaſſe eum rerum ſtatum, quo poſſent illi quidem ſummum imperium, hi vero res meliores ſperare; vel etiam hoc ultimo loco ſpem pro rebus ſperatis poni. Quare alium locum proferamus, cui eadem objici non poſſint, in quo προσδοκᾶσθαι ἐλπίδες ὠφελείας *exſpectari ſpes prædæ dicuntur.*

lib. 8. cap. 26. extr. pag. 746 lin. 5. a f. *γενομένης ὠφελείας τοῖς Καρχηδονίοις ἀξίας τῶν* ΠΡΟΣΔΟΚΩΜΕΝΩΝ ΕΛΠΙΔΩΝ, *cum Carthaginienses nihilo inferiorem spe sua prædam eßent nacti.* Citat & Suidas ex Polybio, uti videtur, hæc: *οἱ δὲ ἠναγκάζοντο παντὶ τῷ λεγομένῳ προσέχειν, καὶ πᾶσαν* ΕΛΠΙΔΑ *σωματοποιεῖν καὶ* ΠΡΟΣΔΕΧΕΣΘΑΙ. Licet vero jam nunc simus justi per fidem: nihilominus recte hanc justitiam sperare & exspectare dicimur, ob id ipsum, quia per fidem nobis ea imputatur, fides autem est *ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων*, Hebr. XI. 1. Neque enim nunc videmus aut ullis sensibus percipimus justificationem nostri, ut quæ non in nobis, sed in judicio divino peragitur. Uti ergo legis assertores omnem justitiæ spem in legis operibus ponebant: ita Paulus se vero ait non aliunde quam ex fide justitiam exspectare.

Ibid. v. 12. *ἀποκόψονται*) Ἀποκόπτεσθαι dicuntur, *quibus virilitas exscinditur*, vel in media significatione, *qui ipsi illam sibi amputant.* Arrian. Epict. lib. 2. cap. 20. pag. 227. lin. 9. a f. *οἱ* ΑΠΟΚΟΠΤΟΜΕΝΟΙ, *τάς γε προθυμίας τὰς τῶν ἀνδρῶν ἀποκόψασθαι οὐ δύνανται. Qui virilia sibi resecant, cupiditates tamen virorum resecare non possunt.* Eunuchi namque amatores mulierum esse dicuntur maximi, Eun. 4, 3, 23. Et ita hunc locum intellexit *Chrysostomus* aliique Patres & Græci & Latini. Eodem verbo exsectus dici-

citur ἀποκεκομμένος Deut. XXIII. 1. qui ab aliis vocatur ἀπόκοπος.

Ibid. v. 13. μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ,) Similis ellipsis apud Arrianum dissert. Epict. pag. 373. lin. 5. a f. ἀπὸ Ρώμης τις ἥκει· ΜΟΝΟΝ ΜΗ τι κακόν. *Advenit quispiam Roma. Modo nequid mali*, scil. apportet. Item pag. 380. lin. 14. Καὶ ἐνθάδε ἐκεῖνον θέλε ὁρᾷν· καὶ ὃν βούλει, ὄψει. ΜΟΝΟΝ ΜΗ ταπεινῶς, μὴ μετ' ὀρέξεως ἢ ἐκκλίσεως, καὶ ἔσται τὰ σὰ καλῶς. Ubi interpres recte supplet *Tantum id cave.* Sic enim convertit: *Etiam hic illum velis videre: & quem vis, videbis. Tantum id cave, ne quid abjecte facias, ne quid appetas aut declines, & res tua bene habebunt.*

Ibid. v. 15. ἀλλήλους δάκνετε) Arrian. Epict. lib. 2. cap. 22. pag. 242. lin. 5. a f. οὐ γὰρ ἀνθρωπικὸν δόγμα ἐστὶ, τὸ ποιοῦν ΔΑΚΝΕΙΝ ΑΛΛΗΛΟΥΣ, καὶ λοιδορεῖσθαι. *Etenim decretum illud humanum non est, quod facit ut se invicem mordeant ac conviciis lacessant.* Et pag. 276. lin. 2. ad eum, qui jam in virtute multum profecit, ait, ἂν ὁ γείτων σου κληρονομήσῃ, οὐ δάκνῃ, *quando vicinus tuus hereditatem creverit, non morderis.* Ubi δάκνεσθαι apparet esse *invidere.* Chrysostomus: καὶ ταῖς λέξεσι δὲ ἐμφαντικῶς ἐχρήσατο. οὐ γὰρ εἶπε, δάκνετε, μόνον, ὅπερ ἐστὶ θυμουμένου, ἀλλὰ καὶ κατεσθίετε, ὅπερ ἐστὶν ἐμμένοντος τῇ πονηρίᾳ. ὁ μὲν γὰρ δάκνων, ὀργῆς ἐπλήρωσε πάθος· ὁ δὲ κατε-

lib. 8. cap. 26. extr. pag. 746 lin. 5. ... τῶν
ὠφελείας τοῖς Καρχηδονίοις ἀξίας τῶν ...
ΜΕΝΩΝ ΕΛΠΙΔΩΝ, *cum Carth...*
feriorem spe sua prædam essent ...
das ex Polybio, uti videtur, ...
ζοντο παντὶ τῷ λεγομένῳ ...
ΕΛΠΙΔΑ σωματοποιεῖν καὶ ...
cet vero jam nunc sin...
hilominus recte hanc ...
spectare dicimur, c...
nobis ea imputatur ...
ὑπόστασις, πραγ...
Hebr. XI. 1. N...
ullis sensibus p...
ut quæ non in... *prædico*, ante dico
agitur. Uti ... sed non caret emphasi.
stitiæ spem ... ρεσθαι copulavit Demo-
lus se vero ... am in oratione pro corona, ut
exspectat ... is. Camerarius in Comment.
... uæ pag. 13. lin. 135. citat, sed sine
... προλέγει θάνατον, *lex præfinit*
dicunt ... *mortis.* Apud Polybium est lib. 5. cap.
dia ... δεύτερον δὲ ΠΡΟΛΕΓΩΝ, ὡς οὐ λανθάνει
Arri... αγῶν Πτολεμαίῳ. *Denuntians deinde illi,*
οἱ ... *se habere initam ab eo cum Ptolemaeo consilio-*
τῶν ... *societatem.* Magna ergo asseveratione Pau-
... hæc prædicit atque denunciat.

Cap. VI. 3. δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὤν,) Arrian. Epict. lib. 2. cap. 24. pag. 258. lin. 7. a fine: *Nec toleraturum ea quæ oportet, sed penitus*

cæcum

GAL. V. 13. 15. ... Deut. XXIII. 1. qui ab ...
... ellipsis apud Arrianum ... lin. 5. a f. ἀπὸ Ῥώμης ... Item ...

...ambulaturum, ΔΟΚΩΝ μὲν ΤΙ
...Σ: ut videatur sibi quidem ali-
...hil sit. Pag. 135. lin. 17.
...n percipiat, neque lau-
...δὲ ΜΗΔΕΙΣ ΕΙΝΑΙ,
...esse videri ma-
...121. *Ista co-*
...διώσομαι,
...*am', & nullo*
...ΕΙΣ οὐδαμοῦ ἔσῃ,
...τί σοι, ἐν οἷς ἔξεστι,
...*ullo usquam loco eris?*
...*sse oportet, quæ penes te*
...*mi pretii esse potes?*

...ὐκ εἰς τὸν ἕτερον.) Hoc est, quod
... τὸ μὴ τὰς τῶν πέλας ἁμαρτίας ἴδια
...α νομίζειν, *non ex alienis erratis gloriam*
pag. 1415. lin. 16.

Ibid. v. 9. καιρῷ γὰρ ἰδίῳ) Polyb. pag. 1003. lin. 17. a f. ἐγενήθησαν ἀμφότεροι κατὰ ΤΟΥΣ ΙΔΙΟΥΣ ΚΑΙΡΟΥΣ τύραννοι Συρακουσῶν. *Evaserunt ambo suis temporibus tyranni Syracusarum.* Et pag. 775. lin. 19. παραλιπεῖν ΤΟΥΣ ΙΔΙΟΥΣ ΚΑΙΡΟΥΣ, *occasionem* suis consulendi *prætermittere.* Conf. 1. Tim. II. 6.

Ibid. v. 10. καιρὸν ἔχομεν) Polyb. pag. 1485. lin. 12. a fine: *Integer ac puris manibus ex provincia rediit, summaque humanitate in omnibus est*

σθίων, θηριωδίας ἐχάτης παρέχειν ἀπόδειξιν. Verbis autem significanter usus est. Non enim tantum dixit, mordetis, quod est irascentis, sed etiam devoratis, quod est perseverantis in malitia. Nam qui mordet, ira explevit affectum: qui vero devorat, immanitatis extremæ præbuit specimen. Compositum διαδάκνειν est apud Polyb. pag. 484. lin. antep. ὅτε λάβοι καιρὸν ΔΙΕΔΑΚΝΕ, *quoties dabatur occasio, maligno dente appetebat.* Simplex proprie apud eundem pag. 1001. lin. 9. a f. *Quibus simul omnibus populo traditis, οἱ μὲν ΕΔΑΚΝΟΝ, οἱ δὲ ἐκέντων, οἱ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξέκοπτον. alii mordere, alii mucronibus configere, alii oculos eruere,*

Ibid. v. 21. προλέγω) *prædico*, ante dico quod futurum est. Sed non caret emphasi. Unde cum διαμαρτύρεσθαι copulavit Demosthenes cum alibi, tum in oratione pro corona, ut annotat Stephanus. Camerarius in Comment. utriusque linguæ pag. 13. lin. 135. citat, sed sine auctore: νόμος προλέγει θάνατον, *lex præfinit supplicium mortis.* Apud Polybium est lib. 5. cap. 57. init. δεύτερον δὲ ΠΡΟΛΕΓΩΝ, ὡς οὐ λανθάνει κοινοπραγῶν Πτολεμαίῳ. *Denuntians deinde illi, notam se habere initam ab eo cum Ptolemæo consiliorum societatem.* Magna ergo asseveratione Paulus hæc prædicit atque denunciat.

Cap. VI. 3. δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὤν,) Arrian. Epict. lib. 2. cap. 24. pag. 258. lin. 7. a fine: *Nec toleraturum ea quæ oportet, sed penitus*

cæcum

cæcum & surdum obambulaturum, ΔΟΚΩΝ μὲν ΤΙ ΕΙΝΑΙ, ΩΝ δ' ΟΥΔΕΙΣ· *ut videatur sibi quidem aliquid esse, cum tamen nihil sit.* Pag. 135. lin. 17. *De his nemo ex te vocem ullam percipiat, neque laudari propter illa sustineas.* δόξον δὲ ΜΗΔΕΙΣ ΕΙΝΑΙ, καὶ εἰδέναι μηδέν. *Quin nullus in his esse videri malis, ac nihil scire.* Et in Enchirid. cap. 31. *Istæ cogitationes ne te crucient:* ἄτιμος ἐγὼ βιώσομαι, καὶ ΟΥΔΕΙΣ ὀυδαμοῦ. *Sine honore vivam, & nullo ero loco.* Paulo post: Πῶς δὲ ΟΥΔΕΙΣ ὀυδαμοῦ ἔσῃ, ὃν ἐν μόνοις εἶναί ΤΙΝΑ δεῖ τοῖς ἐπὶ σοι, ἐν οἷς ἔξεστί σοι εἶναι πλείστου ἀξίῳ; *Qui nullo usquam loco eris? quem in iis solis aliquem esse oportet, quæ penes te sunt, in quibus vel maximi pretii esse potes?*

Ibid. v. 4. ὀυκ εἰς τὸν ἕτερον.) Hoc est, quod Polybius ait, τὸ μὴ τὰς τῶν πέλας ἁμαρτίας ἴδια προτερήματα νομίζειν, *non ex alienis erratis gloriam captare*, pag. 1415. lin. 16.

Ibid. v. 9. καιρῷ γὰρ ἰδίῳ) Polyb. pag. 1003. lin. 17. a f. ἐγενήθησαν ἀμφότεροι κατὰ ΤΟΥΣ ΙΔΙΟΥΣ ΚΑΙΡΟΥΣ τύραννοι Συρακουσῶν. *Evaserunt ambo suis temporibus tyranni Syracusarum.* Et pag. 775. lin. 19. παραλιπεῖν ΤΟΥΣ ΙΔΙΟΥΣ ΚΑΙΡΟΥΣ, *occasionem* suis consulendi *prætermittere*. Conf. 1. Tim. II. 6.

Ibid. v. 10. καιρὸν ἔχομεν) Polyb. pag. 1485. lin. 12. a fine: *Integer ac puris manibus ex provincia rediit, summaque humanitate in omnibus*

 est

est usus; μέγαν ΚΑΙΡΟΝ ἐν τοῖς Ἕλλησιν ΕΧΩΝ, καὶ μεγάλην ἐξουσίαν, *tametsi maximam opportunitatem ac licentiam in Achaja nactus esset.*

Ibid. v. 14. Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι) Polyb. pag. 973. lin. 18. ὧν ΜΗΔΕΝΙ ΓΕΝΟΙΤΟ πεῖραν ὑμῶν λαβεῖν. *Quæ superi a vobis omnibus avertant.*

Ibid. v. 17. στίγματα βαστάζω.) Arrian. de exp. Alex. 7, 10, 3. ubi Alexander ait: *nullum teli genus est*, οὗγε οὐκ ἴχνη ἐν ἐμαυτῷ φέρω, *cujus in meo corpore aliqua vestigia non extent.*

In EPIST. ad EPHESIOS.

CAP. I. 10. εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν,) h. e. ut illam voluntatem suam exequeretur tempore, quod huic rei præstitutum erat, exacto. Notat enim οἰκονομία cujuscunque negotii gestionem atque administrationem. Ita Polyb. lib. 5 cap. 40. pag. 537. med. *Theodotus Cælæ Syriæ præfectus Antiochum statuit convenire, & Cœlæ Syriæ urbes illi tradere.* Τοῦ δὲ ἀσμένως δεξαμένου τὴν ἐλπίδα, ταχεῖαν ἐλάμβανε τὸ πρᾶγμα τὴν ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΝ *Cum oblatam spem lætus Rex acciperet, Theodotus brevi tempore ad exitum rem perducit.* Item pag. 186. lin. 16. a fine. *Et facere & dicere multa in vulgus cogebatur*, δι' ὧν ἤμελλε τὴν ἐναντίαν ἔμφασιν ὑποδεικνύων, ταύτην ἐπικρύψασθαι

σθαι τὴν ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΝ· *per qua contrariam mentem præ se ferens, molitionem hanc suam occultaret.*

Ibid. ἀνακεφαλαιώσασθαι) Contuli hoc verbum cum συγκεφαλαιοῦσθαι ex Xenophonte, hoc sensu: Christo tanquam capiti subjecta esse omnia. In qua sententia me confirmat & Chrysostomus, qui eodem modo exponit: μίαν κεφαλὴν ἅπασιν ἐπέθηκε τὸ κατὰ σάρκα Χριστόν. *Unum caput omnibus imposuit Christum secundum carnem*; & Polybius, qui pro ἀνακεφαλαιοῦσθαι *copiosius dicta summatim repetere* ponit συγκεφαλαιοῦσθαι pag. 527. lin. 11. a f. συγκεφαλαιώσασθαι πράγματα, *rerum expositarum summam in extremo colligere.* Ut constet hæc verba promiscue usurpari.

Ibid. v. 12. προηλπικότας) Citatur quidem hoc verbum in Lexicis, sed sine exemplis & sine auctore. Unde cum ambigua maneat ejus notio, non mirum est, interpretes in eo explicando non consentire. Nam προελπίζειν dici possunt, & qui prius quam alii sperant, & qui spem de aliqua re præcipiunt. Priorem sententiam defendit *Beza*, tanquam solam veram, alteram prorsus rejiciens, quæ *Ambrosii* est, statuentis, Apostolos in Judaismo quoque versantes, tamen spem habuisse in Christo venturo, utpote quem ex Prophetarum oraculis exspectarint. Quæ sane sententia nequaquam mihi a scopo aberrare videtur. Distinguit

enim Paulus Judæos a Gentilibus hoc discrimine, quod illi in Christo etiam venturo spem posuerint, hi vero ante evangelium fuerint sine Christo, ut infra II. 12. dicit: ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ. Quo quidem non minus inter se differunt, quam quod Judæis prioribus exhibitus fuerit Christus, & apud eos cœperit Ecclesia, quo hæc refert Beza, interpretans: *qui priores spem posuimus in Christo.* Quodsi Græcos ita verbo isto usos demonstrasset, facile cuivis sententiam suam probaret. Nunc mihi quidem altera plus probabilitatis habere videtur, quia προκατελπίζειν apud Polybium duobus locis declarat *spe futura præcipere.* Lib. 2. cap. 4. pag. 129. lin. 10. μηδὲ ΠΡΟΚΑΤΕΛΠΙΖΕΙΝ βεβαιουμένους ὑπὲρ ὧν ἀκμὴν ἐνδεχόμενόν ἐστιν ἄλλως γενέσθαι. *Neque spem ullam quasi certam præciperent, eorum quæ secus evenire adhuc possent.* Lib. 14. cap. 3. init. pag. 946. lin. 8. ὁ δὲ Σύφαξ ταῦτα διακούσας, ἔφερε μὲν δυσχερῶς, διὰ τὸ ΠΡΟΚΑΤΗΛΠΙΚΕΝΑΙ περὶ τῶν διαλύσεων. *Cum molestia Rex Syphax hæc accepit; ut qui de pace certam jam spem præcepisset.*

Cap. II. 1. νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι] Simili quodam modo Epictetus mortuos appellat eos, qui expertes sunt virtutis, rectamque vivendi rationem ignorant, dissert. lib. 1. cap. 9. pag. 43. *Ita sane hortari bonæ indolis adolescentes debebat præceptor. Nunc autem quid fit?* ΝΕΚΡΟΣ μὲν ὁ παιδευτής, ΝΕΚΡΟΙ δ' ὑμεῖς. ὅτε χορτασθῆτε

σή-

σήμερον, κάθηαθε κλαίοντες περὶ τ̃ αὔριον, πόθεν φάγητε. *Mortuus est præceptor, mortui estis etiam vos. Quando saturati estis hodie, sedetis flentes ob crastinum, unde esuri sitis.* Cujusmodi translationes, quæ paulo duriores atque obscuriores videri queant, non inutiliter puto ex Gentilium quoque scriptis ostendi, ne Gentilibus, quibus hæc a Paulo scripta sunt, eas plane inusitatas atque ignotas fuisse putemus. Mortuos autem hujusmodi homines Epictetus dicit propterea, quod nihil homine dignum sapiant, sed quasi cadavera sint, nihilque amplius, ut ipse loquitur sub fin. cap. Τῷ γὰρ ὄντι πτῶμα ὁ τοιοῦτός ἐστι, καὶ ξέστης αἱματίου, πλέον δ' οὐδέν. *Nam revera cadaver is est, & sextarius sanguinis, ac præterea nihil.*

Ibid. v. 3. Τὰ θελήματα τ̃ σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν) Cum hic agatur de eo statu, in quo cum Judæi tum Gentiles fuerunt, antequam ad Christum converterentur: non inepte, credo, verba hæc ex ethnico scriptore illustrare conabimur. Videntur ergo voluntates carnis & cogitationum non incommode ita distingui secundum Polybium posse, ut θέλημα σαρκὸς idem sit, quod Polybio διὰ τὴν φύσιν ἁμαρτάνειν, & θέλημα τῶν διανοιῶν idem quod διὰ τὴν ἀλογιστίαν ἁμαρτάνειν, lib. 17. cap. 13. pag. 1047. Τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος δοκοῦν πανουργότατον εἶναι τῶν ζώων, πολὺν ἔχει λόγον τοῦ φαυλότατον ὑπάρχειν. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυ-

θυμίαις αὐταῖς δελεύοντα, διὰ μόνας ταύτας σφάλλεται· τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ προσδεδοξοποιημένον, ἐχ ἧττον διὰ τὴν ἀλογιςίαν, ἢ διὰ τὴν φύσιν ἁμαρτάνει. *Quum videatur genus hominum versutia & vafritie omnia animalia superare; multa dici tamen possunt, cur deterrimum habeatur. Nam cætera animantes, quæ solis cupiditatibus corporis serviunt, per has duntaxat in fraudem labuntur; at humanum genus hoc amplius adscitis imbutum opinionibus, non pauciora per inconsiderantiam & pravam ratiocinationem peccat, quam per naturam.* In eandem sententiam τὰς διανοίας explicat *Schomerus.* Per has διανοίας sive ratiocinationes, inquit, non in„telligitur ipsa ratio sive facultas naturalis, in„tellectui a Deo data, sed usus ejus, quatenus a „prava concupiscentia regitur, id est, abusus „naturalis in statu corrupto; unde dicuntur „voluntates ratiocionationis, quia non a rei „evidentia, sed a nostra cupiditate procedunt, „quæ intellectum istuc impellit & ad consen„sum rapit, ut causationes inveniat, quibus se „ipsum decipiat.

Ibid. v. 17. Καὶ ἐλθὼν εὐηγγελίσατο) Participium ἐλθὼν eleganter sæpe redundat. Arrian. Epict. p. 85. l. 6. a f. ἂν ἐν ΕΛΘΩΝ Ἐπίκερος εἴπῃ, ὅτι ἐν σαρκὶ εἶναι δεῖ τὸ ἀγαθόν, *Cum ergo Epicurus dixerit, in corpore esse oportere bonum.* P. 12 c. l. 2; εἶτα λέγεις μοι ἐλθὼν, ἄλλαξόν μοι τὴν ὑπόθεσιν. Pag. 148. lin. 12. σὸν ἐν ἔργον, ΕΛΘΟΝΤΑ εἰπεῖν ἃ δεῖ. Item παρελθὼν pag. 138.

138. lin. 7. & pag. 139. lin. 12. nec non ἀπελθὼν pag. 166. lin. 25. In vernacula nostra lingua eodem modo superflue usurpamus verbum her-kommen. Ut in primo illo exemplo: Epicurus kommt her und sagt. Quanquam hoc loco, si quis ita malit, potest transferri: *Cum venisset*, in mundum nempe.

Ibid. v. 19. συμπολῖται τῶν ἁγίων) Συμπολῖται sunt non tantum ii, qui unius urbis muris, sed quicunque eodem jure continentur, & ad idem reip. corpus pertinent, licet locis sint disjuncti. Vide ad Phil. III. 20. Cæterum *Camerarius* βαρβαρίζει πως ἡ λέξις, inquit. Nam ut πολίτας Græci, ita Latini, cives dixere, non" συμπολίτας neque concives. Isocrates tamen" συμπολιτευμένοις dixit, in oratione ad Philip-" pum. Hæc ille. Sed cum non tantum verbo συμπολιτεύειν Xenophon. Hellen. 5. & συμπολιτεύεσθαι Isocrates & Polybius pag. 1037. lin. 16. a f. & pag. 1101. lin. 1. & pag. 1153. lin. ult. utantur: verum etiam nomen συμπολιτείας apud eundem Polybium extet pag. 1036. lin. 1. ἀποκαταστῆσαι Περινθίους εἰς τὴν Βυζαντίων συμπολιτείαν. *Perinthios in antiquam communis juris formulam, quod ipsis intercedit cum Byzantiis, esse restituendos.* & lin. 12. αὐτοῖς ἀποκαθιστάναι τὰς πόλεις ἀβλαβεῖς, τὰς πρότερον μετασχούσας τῆς τῶν Αἰτωλῶν συμπολιτείας. *Urbes incorruptas Ætolis redderet, quæ prius juris aut ditionis eorum fuissent.* Item pag. 1111. lin. 19. & pag. 1153. lin. 18. pag. 1206. lin. an-

tep.

tep. pag. 1207. lin. 4. & lin. 15. a f. vix dubitandum videtur, quin & συμπολίτης in usu fuerit.

Cap. IV. 1. τ̃ κλήσεως ἧς ἐκλήθητε,) Arrian. Epict. pag. 122. lin. 3. καταισχύνειν τὴν κλῆσιν ἣν κέκληκεν, *ignominia afficere vocationem, qua is te vocavit.* De eo loquitur, qui ad testimonium dicendum vocatus & productus, prorsus alia dicit, quam quæ ab ipso postulabantur aut exspectabantur.

Ibid v. 13. εἰς ἄνδρα τέλειον, v. 14. νήπιοι,) Virum perfectum a Græcis eum dici, qui ad virilem ætatem pervenit, notum est. Quæ appellatio hic a corporis robore & statura transfertur ad animi habitum atque cognitionem, ejusque perfectionem tantam, quanta quidem in hanc vitam cadit. E contrario infans in utramque partem dicitur, cui hæc omnia desunt. Eadem metaphora & ἄνδρα τέλειον dicit Polybius, & νήπιον Arrianus. Et ille quidem lib. 4. cap. 8. ineunte: Ἄρατος ἦν τὰ μὲν ἄλλα ΤΕΛΕΙΟΣ ΑΝΗΡ εἰς τὸν πραγματικὸν τρόπον, κλ. *Erat Aratus vir cetera numeris omnibus absolutus ad res gerendas, nam & eloquendi facultate, & mente ingenioque & taciturnitate præstabat &c.* Arrianus vero in Hist. Ind. 32, 10. Νέαρχος δὲ ὑποκρίνεται, ΝΗΠΙΟΝ Ὀνησίκριτον, εἰ ἀγνοέει ἐπ' ὅτῳ ἐστάλη πρὸς Ἀλεξάνδρου ὁ στόλος. *Nearchus parum prudentem esse Onesicritum respondit, si nesciret quam ad rem Alexander classem misisset.* Hæc duo contraria juxta

juxta se posita reperiuntur apud Polyb. pag. 523. lin. antep. ἐλπίσαντες δὲ ὡς παιδίῳ ΝΗΠΙΩ χρήσασθαι τῷ Φιλίππῳ, διά τε τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν ἀπειρίαν· τὸν μὲν Φίλιππον εὗρον ΤΕΛΕΙΟΝ ΑΝΔΡΑ, καὶ κατὰ τὰς ἐπιβολὰς καὶ κατὰ τὰς πράξεις. *Qui speraverant cum Philippo sibi tanquam cum puero infante rem futuram, & propter ætatem, & propter rerum imperitiam: Philippum quidem & in suscipiendis & in exsequendis consiliis perfectæ ætatis virum erant experti.*

Ibid. v. 17. μαρτύρομαι ἐν Κυρίῳ,) *obtestor, rogo, obsecro per Dominum.* Quam significationem μαρτύρομαι manifesto habet apud Polyb. pag. 1403. lin. 12. συνδραμόντων δὲ τῶν ἐγχωρίων καὶ ΜΑΡΤΥΡΟΜΕΝΩΝ τοὺς ἄνδρας ἐπανάγειν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. *Cum incolæ concurrissent & obtestarentur, ut hos homines ad Magistratum ducerent.* Usitatius hoc sensu est διαμαρτύρομαι. Ut apud eundem pag. 53. lin. 22. πολλὰ γὰρ τῶν κυβερνητῶν διαμαρτυραμένων μὴ πλεῖν παρὰ τὴν ἔξω πλευρὰν τῆς Σικελίας, *Quippe gubernatoribus sæpe multum obtestantibus, ne secundum exterius Siciliæ latus navigare vellent: quoniam profundum ibi pelagus est, & tota illa ora importuosa.* Conf. Annot. Xenoph. ad 1. Tim. V. 21.

Ibid. v. 18. ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ,) Polyb. pag. 919. lin. 9. ὁ δὲ ΠΑΡΕΣΚΟΤΙΣΜΕΝΟΣ ὑπὸ τῆς ἰδίας πικρίας κτλ. *At hic scriptor maledicendi studio occæcatus &c.*

Ibid. v. 19. *ἀπηλγηκότες*) *Strigelius*, Usitate, inquit, interpretantur hanc vocem, expertes doloris, viventes sine sensu doloris, ut leprosi & epileptici etiamsi in paroxysmo urantur aut secentur, tamen nullo dolore afficiuntur. Non rejicio hanc interpretationem, cum sit vera & rebus consentanea. Sed locus Polybii in lib. 1. me movet, ut desperationem hac voce significatam existimem. Constat enim pollutos nefariis libidinibus, tandem ruere aut in Epicureum contemtum Dei, aut in desperationem. Verba Polybii sunt: *πεπτωκὸς ἄρδην πολίτευμα, καὶ τὰς ἀπηλγηκύιας ψυχὰς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἤγαγεν*, id est, collapsam Remp. Carthaginiensium & animos desperatione fractos erexit & confirmavit. Hactenus ille. Habetur iste locus cap. 35. pag. 51. lin. 2. ubi Casaubonus τὰς ΑΠΗΛΓΗΚΥΙΑΣ ψυχὰς τῶν δυνάμεων interpretatur *militum animos, qui ex desperatione ipsum quoque doloris sensum amiserant.* Reperitur eadem notione etiam lib. 1. cap. 58. extremo: *Romani quoque ac Carthaginienses κάμνοντες ἤδη τοῖς πόνοις διὰ τὴν συνέχειαν τῶν κινδύνων, εἰς τέλος* ΑΠΗΛΓΟΥΝ, *τήν τε δύναμιν παρελέλυντο καὶ παρεῖντο διὰ τὰς πολυχρονίους εἰσφορὰς καὶ δαπάνας laboribus jam defatigati propter continua certamina, ad ultimum desperationis jam venerant, viribus solutis ac remissis ob tot annorum erogationes atque impensas.* Citat & Suidas sub hac voce alia duo exempla Polybii: *οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες πυνθανόμενοι τὴν τῶν Αἰτωλῶν ἔφοδον ἐπὶ σφᾶς, τὰ μὲν* ΑΠΑΛ-

ΓΟΥΝ-

ΓΟΥΝΤΕΣ ταῖς ἐλπίσι· τὰ δὲ καὶ θυμομαχοῦντες ἐπί τινα παράστασιν κατήντησαν. Καὶ αὖθις, ἀπαλγοῦντας δὲ αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πολλοῦ ῥίγους ἐπεῤῥώννυσεν. Cum ergo ἀπαλγεῖν significet *desperare*, hinc factum, ut ab aliquibus vocabulum usitatius ἀπελπικότες pro ἀπηλγηκότες receptum fuerit; quod jam ab ipsis fere Apostolorum temporibus contigisse in aliquibus codicibus testatur *Millius*. Sed lib. 16. cap. II. pag. 1019. lin. 4. summam declarat hoc verbum vel amentiam vel impudentiam: Τὸ γὰρ φάσκειν ἔνια τῶν σωμάτων ἐν φωτὶ τιθέμενα μὴ ποιεῖν σκιὰν, ΑΠΗΛΓΗΚΥΙΑΣ ἐστὶ ψυχῆς· *Dicere enim, quædam corpora in lumine posita umbram non efficere, hominis est deplorate perditi. Hoc tamen Theopompus fecit; qui auctor est, eos qui in templum Jovis in Arcadia, quod a nemine aditur, fuerint ingressi, umbræ expertes reddi.* Ab Hesychio ἀπηλγηκότες etiam exponitur μηκέτι θέλοντες πονεῖν, *non amplius volentes laborare*. Quas omnes fere significationes Theophylactus in hujus loci explicatione conjungit, & mea quidem sententia rectissime, *hoc est*, inquit, *segnes facti, nolentes laborare ut inveniant bonum, omni dolore tantum non vacantes, ac veluti ad stultitiam redacti*. Quam quidem emphasin tantam nullo verbo latino assequi queas. Extrema nempe impietas intelligitur, in qua ista omnia insunt, ut hujusmodi homines, nullam salutis spem habentes, ne quidem amplius conentur ex malis suis eluctari, cum omnem miseriæ suæ sensum perdiderint, neque ullis conscientiæ stimulis

mulis pungantur, sed quidvis sibi licere p[...] tent, intelligentia peccatorum omni orbat[...] qua nulla potest esse major amentia.

Ibid. v. 20. ἐμάθετε τὸν Χριστόν.] Μανθά-νειν cum accusativo personæ; ut apud Xeno-phontem rer. Græc. lib. 2. init. pag. 353. lin. 29. *Id consilii quibus placuisset, hi ut calamum gestarent, visum fuit:* ἵνα ἀλλήλους ΜΑΘΟΙΕΝ ὁπόσοι εἶησαν, *quo se mutuo, quotquot ipsorum erant, nossent.* Quod spicilegii loco addere placuit.

Ibid. v. 25. ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος.) Ar-rian. Epict. pag. 102. lin. 20. *Quæ ergo est causa quod peccem? Ignorantia.* οὐ θέλεις οὖν ΑΠΟΘΩΜΑΙ τὴν ἄγνοιαν; *Non vis igitur ut deponam ignoran-tiam?* Item pag. 235. lin. 14.

Ibid. v. 27. Μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβό-λῳ.) Polyb. pag. 1244. lin. 26. ὁ δ' Ἄρχων ἀκολου-θεῖν ἔφη δεῖν τοῖς καιροῖς, καὶ μὴ διδόναι τοῖς ἐχθροῖς ἀφορμὴν εἰς διαβολήν. *Archoni placebat, ut tem-porum rationem haberent; ne hostibus calumniandi occasio daretur.*

Ibid. v. 29. ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι.) De hac phrasi nos quærere quid mirum, cum ipse Chrysostomus de ea dubitet, ideoque du-pliciter locum hunc exponat, vel ut qui audiunt, gratias vobis agant, quod sermone vestro sint adjuti, vel ut sermo vester eos faciat gratiosos aliis.

aliisque acceptos atque jucundos, ἵνα κεχαριτωμένους αὐτοὺς ἐργάσηται, inquit. Καθάπερ γὰρ τὸ μύρον χάριν δίδωσι τοῖς μεταλαμβάνουσιν, οὕτω καὶ λόγος ἀγαθός. *Quemadmodum enim unguentum dat gratiam iis, qui sunt ejus participes, ita & sermo bonus.* Mihi magis placet Lutheri aliorumque interpretatio: *ut gratus sit audientibus.* Licet enim χάριν διδόναι hoc sensu in Lexicis non reperiatur, sed pro *beneficium conferre*, sive *gratificari*: tamen ut πρὸς χάριν λέγειν *ad voluptatem loqui* vulgatum est dicendi genus, ita & apud Polybium πρὸς χάριν ἀκούειν legitur lib. 11. cap. 4. extr. Πολλῷ γάρ ἐστιν ἄμεινον ὀνειδισθέντας ἐν καιρῷ σωθῆναι, μᾶλλον ἢ ΠΡΟΣ ΧΑΡΙΝ ΑΚΟΥΣΑΝΤΑΣ, μετ' ὀλίγον ἀπολέσθαι μὲν αὐτοὺς, ἀπολέσαι δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς Ἕλληνας. *Præstat enim longe, ut opportune objurgati salutem consequamini, potius quam ut iis nunc auditis quæ futura sint grata, postmodum & ipsi pereatis, & reliquum omne Græcum nomen in eandem vobiscum perniciem trahatis.* Non equidem sum nescius, πρὸς χάριν λέγειν in malam partem solere accipi pro *assentari*; neque nego, apud Polybium πρὸς χάριν ἀκούειν de iis intelligi, quæ auditu sunt suavia, licet usu sint noxia. Ex hoc tamen apparet, χάριν de sermonis gratia atque suavitate usurpari, uti & Col. IV. 6. Demosth. Philipp. I. pag. 19. lin. 16. ἡ τῶν λόγων χάρις, ἂν ἡ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται. *Orationis jucunditas, alieno tempore usurpata, reipsa detrimentosa fit.*

Ibid. v. 30. λυπεῖτε) *contristetis* spurcos... mone. Polyb. pag. 1397. lin. 14. *Demochares in Antipatrum multa dicit*, δυνάμενα ΛΥΠΕΙΝ τὸν Ἀντίπατρον, *qua Antipatrum offendere poterant.* De quibusvis aliis quoque factis usurpatur, quibus alter molestia & dolore afficitur. Ut pag. 139... lin. 4. *Cum, quamdiu Argis moratus est, insolenter potentia abusus esset*, πολλοὺς ΕΛΥΠΕΙ τῶν Ἀχαιῶν, *multos Achaeorum offendit.* Arrian. exp. Alex. 6, 29, 5. ΕΛΥΠΗΣΕ δὲ αὐτὸν ἡ παρανομία ἡ ἐς τὸν Κύρου τοῦ Καμβύσου τάφον. *Alexander aegerrime ferebat scelus in Cyri Cambysis sepulcrum admissum.* 7, 6, 4. Πευκέστας τε ὁ Περσῶν σατράπης... τε σκευῇ καὶ τῇ φωνῇ περσίζων ΕΛΥΠΕΙ αὐτοὺς, ... τῷ βαρβαρισμῷ αὐτοῦ ἔχαιρεν Ἀλέξανδρος. *Male etiam eos habebat, quod Peucestas Persarum satrapes cultu ipso atque sermone Persizaret, quodque Alexander barbarica illa affectatione delectaretur.* Item 7, 11, 10. & 7, 27, 2. ubi Jollas dicitur λελυπῆσθαί τι πρὸς Ἀλεξάνδρου, qui propterea Alexandrum veneno necasse traditur. Unde quae vis sit hujus verbi, intelligere licet.

Cap. V. 13. ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς,) Polyb. pag. 1382. lin. 10. a f. ἔνιοι μὲν γὰρ ΕΛΕΓΧΕΣΘΑΙ φασὶ τὰς φύσεις ΥΠΟ τῶν περιστάσεων. *Enim nonnulli animum uniuscujusque ex fortuna & temporibus maxime deprehendi ajunt.* Et pag. 1383. lin. 16. a f. opponitur ἐπισκοτεῖσθαι, cujus & aliud contrarium hic habetur φανεροῦσθαι· ὥστε μὴ οἷον ΕΛΕΓΧΕΣΘΑΙ τὰς φύσεις διὰ τούτων, τὸ δ' ἐναν-

ἐναντίων ἐπισκοτεῖσθαι μᾶλλον. *Quare tantum abest, ut hujusmodi factis eorum animus prodatur, quin potius absconditur.*

Ibid. v. 32. ἐγὼ δὲ λέγω) Ita Græci loquuntur, ut rem de qua agitur, diserte exprimant. Polyb. pag. 851. lin. 18. a f. *Scipio universos mortales animi magnitudine longo adeo superavit intervallo, ut bonum, quo ne optari quidem a diis majus quisquam ausit,* ΛΕΓΩ ΔΕ βασιλείας, *regnum dico, fortunæ beneficio sibi sæpius oblatum, sit aspernatus.* Item pag. 1484. lin. 5. Sed plura jam exempla annotavimus ad I. Cor. I, 12.

Cap. VI. 8. Εἰδότες, ὅτι) Bene Lutherus und wisset / *atque scitote*, illud cogitate, atque hac cogitatione animos vestros excitate. Sic Casaubonus apud Polybium interpretatur pag. 947. lin. 24. παρακαλέσας ἄνδρας ἀγαθοὺς γενέσθαι, καὶ μηδὲν εἰκῇ πράττειν· σαφῶς ΕΙΔΟΤΑΣ, ΟΤΙ καθ᾽ ὅσον ἐμποδίζει κλ. *Obtestatus, ut viros fortes se præberent, neve temere quicquam facerent: meminissent etiam atque etiam, in nocturnis aggressionibus quantum oculis impedimenti & obstaculi ad res gerendas nox afferat, tantum mente & virtute esse explendum.* Eodem modo & γινώσκειν usurpatur pag. 964. lin. 5. σαφῶς γινώσκοντα, διότι Καρχηδονίων κρατησάντων, δύναται διαφυλάττειν τὴν ἀρχήν. *Ita sibi persuaderet, stare suum imperium ita demum posse, si penes Carthaginienses victoria stetisset.* Conf. ad Rom. VI. 6.

Ibid. v. 11. τὴν πανοπλίαν] Πανοπλία est gravis armatura, sive omnia armorum genera, quibus totum militis corpus tegitur. Ea alia fuit apud alias gentes. Unde πανοπλίας Γαλατικὰς memorat Polybius pag. 297. lin. 14. Qua Romani usi fuerunt, eam idem accurate descripsit lib. 6. cap. 21. toto, quod ut huc apponeretur, quanquam brevitatis caussa verbis fere tantum latinis, operæ pretium visum fuit, quo certius quid de armis istis jam fere desuetis constet. Ἔςι δ' ἡ Ρωμαϊκὴ ΠΑΝΟΠΛΙΑ, πρῶτον μὲν ΘΥΡΕΟΣ, *Justa arma sunt apud Romanos: ante omnia scutum; latum in superficie gibba duos pedes cum dimidio: longum pedes quatuor. Aut, si sit majus, ad hanc mensuram accedit palmus. e duplici tabulato glutine taurino est compactum: extrema superficies linteo, deinde vitulino corio circumtegitur. in ambitu circa superam inferamque partem ferrea prætexitur lamina, qua adversus cæsim illatos ictus munitur; & ne humo incumbens corrumpatur. adaptatur etiam illi concha ferrea, (is est umbo,) quæ ictus vehementiores defendit, lapidum, sarissarum & violentorum omnium telorum.* Ἅμα δὲ τῷ θυρεῷ ΜΑΧΑΙΡΑ. *Simul cum scuto est gladius; quem ad dextrum latus gestat. Hispaniensem ipsi vocant. est hic gladius & ad punctim lædendum excellens; & ad cæsim ex utraque parte feriendum vehemens. Constat enim lamina valida & firma.* Πρὸς δὲ τούτοις, ὑσσοὶ δύο, καὶ ΠΕΡΙΚΕΦΑΛΑΙΑ χαλκῆ, καὶ προκνημίς. *Accedunt pila duo, & galea ærea, & ocrea. Sunt e pilis quædam crassa, quædam tenuia: e solidioribus, quæ rotunda sunt*

pal-

palmarem habent dimetientem: quæ quadrata, latus; tenuia, sibynis mediocribus sunt similia: atque hæc gestant cum jam dictis. Istorum omnium hastile tria fere cubita longum est: aptatur singulis telum ferreum, hamatum, paris longitudinis cum ipsis lignis: cujus nexum usionemque adeo firmant valide, ad media usque ligna religantes, & crebris fibulis configentes, ut non ante nexus inter utendum laxetur, quam ferrum frangatur; etsi crassum in fundo, & qua parte ligno committitur, digitum unum cum dimidio, usque adeo magna cautione prospiciunt huic adnexioni. Accedit ad hæc omnia, quod in galea serto pennaceo insuper ornantur; pennis nempe tribus puniceis aut nigris, iisque rectis, longitudine fere cubitalibus, quæ ubi cæteris armis ad summum verticem accesserunt, vir quidem duplo quam sit major apparet; species autem existit pulchra & hosti formidabilis. Ac multitudo quidem assumtâ ad hæc æreâ laminâ, duodecim ab omni parte digitorum, quam pectori apponunt, & καρδιοφύλακα corditutum sive pectorale dicunt, τελείαν ἔχουσι τὴν καθόπλισιν, plenam habent armaturam. Sed qui centum millium æris censum habent, loco pectoralis, super cætera arma, ἁλυσιδωτοὺς περιτίθενται ΘΩΡΑΚΑΣ, loricas hamis consertas induunt.

Ibid. v. 16. *βέλη πεπυρωμένα)* Facit & Arrianus mentionem ignitorum telorum de exp. Alex. 2, 18; 12. Προκαλύμματα δὲ δέῤῥεις καὶ διφθέραι αὐτοῖς ἦσαν, ὡς μήτε ΠΥΡΦΟΡΟΙΣ ΒΕΛΕΣΙΝ ἀπὸ τοῦ τείχους βάλλεσθαι, τοῖς τε ἐργαζομένοις

προβολὴν ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι πρὸς τὰ τοξεύματα. *Tegmina iis erant coria & pelles, ut neque missilibus ignitis a muro peti possent, & iis qui in opere constituti erant eâdem operâ propugnaculi loco adversus telorum ictus essent.* Et Thucyd lib. 2. pag. 97. Προκαλύμματα εἶχε δέρρεις καὶ διφθέρας, ὥστε τὰς ἐργαζομένους καὶ τὰ ξύλα μήτε ΠΥΡΦΟΡΟΙΣ οἰστοῖς βάλλεσθαι, ἐν ἀσφαλείᾳ τε εἶναι. *Coriis pellibusque intexerunt, ut ipsi tuto in opere versari possent, & ligna ab ignitis jaculis tuta essent.* Cujusmodi telum Livius Falaricam vocat, & ita describit l. 21. c. 8. *Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat. Id, sicut in pilo, quadratum stuppa circumligabant, linebantque pice. Ferrum autem tres in longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Sed id maxime, etiamsi hæsisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod quum medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus præbebat.* Agit de hoc teli ignitii genere Casaubonus ad Æneam Tactic. cap. 34. pag. 1801. & seqq. Quo capite Æneas docet *incendium aceto restinguendum, non enim facile esse, ignem accendere, magis tamen juvare, si prius ligna aceto linantur.* Τούτου γὰρ πῦρ οὐχ ἅπτεται. *Nam a materiâ aceto illita ignis abstinet.* Quo referri forsan possit, quod Paulus jacula illa scuto extingui posse ait.

Ibid.

Ibid. v. 21. κὰ κατ' ἐμὲ) Polyb. pag. 998. lin. 19. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα, βλέποντες ἤδη ΤΑ ΚΑΘ' ΑΥΤΟΥΣ, *Agathocles quo res suæ loco starent intelligens.* Item pag. 557. lin. antepenult.

In EPIST. *ad* PHILIPPENSES.

CAP. I. 12. μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν.) *magis ad profectum Evangelii cesserunt*, quam ut ejus incrementum impedierint. Sic Marc. V. 26. μηδὲν ὠφεληθεῖσα, ἀλλὰ ΜΑΛΛΟΝ ΕΙΣ τὸ χεῖρον ΕΛΘΟΥΣΑ. Arrian. exped. Alex. 4, 19, 9. & 10. καὶ ταύτην ἰδόντα Ἀλέξανδρον, ΕΣ ἔρωτα ΕΛΘΕΙΝ αὐτῆς. *Qua visa, Alexandrum ejus amore captum fuisse.* Καίτοι τῆς Δαρείου οὐκ ΗΛΘΕΝ ΕΣ ἐπιθυμίαν. *Et Darii quidem uxoris desiderio tactus non fuit.* 5, 26, 8. ΕΣ τοσόνδε κλέος ΗΛΘΕΝ, *ad tantam gloriam pervenit.* Plato lib. 2. de republ. ἐλθεῖν εἰς δύναμιν *adipisci potestatem.*

Ibid. v. 16. θλίψιν ἐπιφέρειν] Polyb. pag. 322. lin. 7. a f. *Timor atque inertia* ὄνειδος ΕΠΙΦΕΡΕΙ τοῖς ἔχουσι, *ignominiam, quibus insunt, solent conciliare.* Et lin. ult. κινδύνους ΕΠΙΦΕΡΕΙ τοὺς μεγίστους τοῖς πεπιστευκόσι. *In pericula maxima eos conjiciunt qui tali duce fidebant.* Pag. 873. lin. 21. καὶ τότε μὲν αὐτὰ τὰ γράμματα τὴν αἰσχύνην ὑμῶν ΕΠΕΦΕΡΕ. *Et tunc quidem vel nuda*

scriptis magnam infamiæ notam vestro nomini inurebant.

Ibid. v. 18. προφάσει) Nonnulli interpretantur *occasione*, mea quidem sententia non recte. Licet enim πρόφασις interdum etiam occasionem sonet; hic tamen cum opponatur ἀληθεία, cumque illi dicantur Evangelium annunciasse διὰ φθόνον καὶ ἔριν, καὶ ἐξ ἐριθείας· non potest alia significatio locum habere quam *prætextus*. Prætexebant enim sane invidiæ suæ nocendique cupiditati Evangelii studium. Eodem modo loquitur etiam Polybius pag. 1356. lin. 15. *Critolaus populum in concionem vocare* ΠΡΟΦΑΣΕΙ μὲν χρώμενος, *in speciem quidem, ut quæ acta cum Lacedæmoniis essent, exponeret*: ΤΗ δὲ ΑΛΗΘΕΙΑ κατηγορίαν ποιούμενος Ῥωμαίων, *re autem vera, ut Romanos accusaret*. Et Arrianus de exped. Alex. 1, 25, 6. *Darius Asisinem ad maritimam oram mittit*, ΠΡΟΦΑΣΙΝ μὲν, παρὰ Ἀτιζύην τὸν Φρυγίας σατράπην, τῇ δὲ ΑΛΗΘΕΙΑ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τούτῳ συνεσόμενον, *prætextu quidem legationis ad Atizyem Phrygiæ satrapam: revera autem, ut Alexandrum hunc adiret*. Sic & τὴν πρόφασιν & τὸ ἀληθὲς dicit 7, 19, 12. *Alexander classem in Arabas parabat*, ΠΡΟΦΑΣΙΝ μὲν, *prætextu quidem, quod soli ex barbaris illius regionis neque legationes ad eum misissent, neque quidquam officii aut honoris sibi detulissent*: τὸ δὲ ΑΛΗΘΕΣ, *sed revera, (ut mihi quidem videtur) quod nulla eum conquirendi ditiones satietas capiebat*. Ubi ἀληθὲς idem est cum ἀλη-

ἀληθείᾳ. Ut Latini verum pro veritate, honestum pro honestate dicunt. Alibi non minus eleganter opponuntur πρόφασις & νοῦς, 4, 1, 2. *Cum his redeuntibus Alexander quosdam ex amicis mittit*, ΠΡΟΦΑΣΙΝ μὲν, κατὰ πρεσβείαν φιλίαν ξυνθησομένους· ὁ δὲ ΝΟΥΣ τῆς πομπῆς, ἐς κατασκοπὴν τι μᾶλλον ἔφερε, *pratextu quidem amicitia per legationem componenda: re autem vera non alio spectabat hac missio, quam ut naturam Scythica regionis specularentur.* Neque hic aliud quid a Paulo per ἀλήθειαν indicatur quam νοῦς sive animi ipsorum sententia; ut ἀληθείᾳ sit *sincere*, animo non fucato. Qua vero mente illi invidi Christum annunciarint, Paulus ipse significat v. 16. οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου. Hæc vera erat caussa, cui Evangelii propagandi speciem præferebant. Unde diligenter Polybius monet, secernendam esse αἰτίαν & πρόφασιν, quantumque inter se distent, exemplis allatis accurate & copiose demonstrat lib. 3. cap. 6. & 7. Idem Polybius ἀφορμῇ dicit pro προφάσει pag. 1190. lin. 6. a f. ΑΦΟΡΜΗ μὲν χρώμενος, *eo utens pratextu &c.* τῇ δὲ ΑΛΗΘΕΙΑ, *vera autem caussa erat &c.*

Cap. II. 6. ἁρπαγμὸν ἡγήσατο) Ἁρπαγμὸν ἡγεῖσθαι est *rei vehementer desiderata & amata potiunda occasionem oblatam avidissime arripere, neque pati, ut ullo modo ea elabatur, nullam moram interponere, sed statim rem optatam persequi, & eam studiosissime cum summa letitia & gaudio occupare,*

eaque perfrui. Sicut ex Heliodoro hanc significationem confirmat *Er. Schmidius* quatuor exemplis. Eodem sensu ἕρμαιον ἡγεῖσθαι dicunt, ut Polybius pag. 936. lin. 17. a f. *Heraclides qui ad maleficium egregie a natura esset comparatus,* ἕρμαιον ἡγησάμενος τὴν ἐπιταγὴν, *Philippi jussum pro lucro deputans.* Pag. 353. lin. 24. ὁ δὲ Μάρκος θεωρῶν τὸ γινόμενον, καὶ νομίσας ἕρμαιον εἶναι. *Id cernens Marcus, occasionem rei gerendæ sibi datam præsentis lucri loco ducens.* Heliodorus hæc duo conjungit lib. 7. ἀπωθεῖται; καὶ οὐχ ΑΡΠΑΓΜΑ οὐδὲ ἕρμαιον ΗΓΕΙΤΑΙ τὰ πρᾶγμα; *Repellit? & non potius rapinam ac insperatum lucrum ducit hanc rem?* Habet etiam εὕρημα hanc, vel certe non multum diversam significationem. Ut apud Xenophontem de exped. Cyri lib. 7. pag. 315. lin. 4. εἰ δὲ μισθὸν προσλήψοιντο, εὕρημα ἐδόκει εἶναι. *Jam si stipendium præter hoc acciperent, id vero etiam in lucro ponendum videri.* Conf. Annot. Xenophont.

Ibid. τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ] Homerus dixit: Τὸν νῦν ΙΣΑ ΘΕΩ Ἰθακήσιοι εἰσορόωσι. *Hunc nunc tanquam Deum Ithacenses suspiciunt.* Et: τιμὴν δὲ λελόγχασιν ΙΣΑ ΘΕΟΙΣΙ. *Honorem autem sortiti sunt æqualem diis.* Quorum versuum alterum allegat *Grotius*, alterum *Lamb. Bos.* Sic nomen ἴσα usurpat etiam Arrianus de exped. Alex. 4, 11, 6. τοὺς θεοὺς ΤΑ ΙΣΑ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ τιμᾷν. *Deos eodem, quo homines, modo colere.* Et 3, 27, 10. τοῦ δικαίου ΙΣΑ καὶ τοῖς κρατίστοις τῶν Ἑλλήνων μεταπου-

ποιεῖσθαι. *Perinde atque Græcorum optimè justitiam olere.*

Ibid. v. 7. σχήματι) Cujusque statum atq; conditionem vitæ vocari σχῆμα, ex Xenophonte iam ostendimus. Eadem notione verbum hoc est etiam apud Polybium pag. 557. lin. 6. a f. θεωρῶν τὸν Ἑρμείαν οὐκ ἔτι φέροντα κατὰ ΣΧΗΜΑ τὴν ἐξουσίαν. *Animadvertens Hermiam non amplius tolerabiliter* (sive pro suo statu) *fortunam, ad quam erat evectus, ferre.*

Ibid. v. 8. ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν,) Arrian. Epict. lib. 2. cap. 8. pag. 157. lin. penult. μὴ ΤΑΠΕΙΝΩΣῌ ΑΥΤΟΝ ῥάκη περιτιθέντα. *Ne abjectior appareat indutus laceris.* Qui habitus paulo post σχῆμα dicitur, ἐν ἀπρεπεῖ ΣΧΗΜΑΤΙ φαίνεσθαι τοῖς ὁρῶσι, *in habitu indecoro conspici*, pag. 158. lin. 16. Polyb. lib. 8. cap. 16. *Mox quatuor amicis comitatus, quibus mediocrem amictum dederat,* αὐτὸς δὲ λιτὴν καὶ τυχοῦσαν ἀναλαβὼν, καὶ ΤΑΠΕΙΝΟΝ ΑΥΤΟΝ ΠΟΙΗΣΑΣ, προῆγε. *in vili ipse & plebeja veste, totus ad humilem conditionem compositus, præire instituit.* Et pag. 943. extr. *Scipio cum legatis quos mitteret, semper aliquos spectata prudentia viros, aut etiam militares interdum proficisci jubebat* ῥυπῶντας καὶ ΤΑΠΕΙΝΟΥΣ εἰς ΔΟΥΛΙΚΑΣ ἐσθῆτας διασκευάζων, *sordido humiliq; habitu & ad instar servorum concinnatos.* Apparet hinc ad humilem Christi statum referri quidem etiam posse vilem ipsius cultum atque vestitum, si vim

vim verbi ταπεινοῦν per se species. Nec dubium est, quin etiam hac in parte humilem se præbuerit Dominus noster. Sed tamen cum hoc loco Paulus adhórtetur ad ταπεινοφροσύνην v. 3. proposito Christi exemplo: omnino intelligendum hic est, Christum fuisse ταπεινὸν τῇ καρδίᾳ, ut ipse ait Matth. XI. 29. præsertim cum Apostolus ipse disertis verbis explanet, in quo se humilem præbuerit, nempe γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου. Atque hoc plane sensu Xenophon ταπεινοὺς dicit eos, qui cum opibus dignitateque excellant, tamen magistratum reverentur, obedienterque ejus imperata faciunt. Quo quidem loco vix alium accommodatiorem inveniās. De Rep. Laced. pag. 540. lin. 19. ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν οἱ δυνατώτεροι οὔτε βούλονται δοκεῖν τὰς ἀρχὰς φοβεῖσθαι, ἀλλὰ νομίζουσι τοῦτο ἀνελεύθερον εἶναι· ἐν δὲ τῇ Σπάρτῃ οἱ κράτιστοι καὶ ὑπέρχονται μάλιστα τὰς ἀρχὰς, καὶ τῷ ΤΑΠΕΙΝΟΙ εἶναι μεγαλύνονται, καὶ τῷ ὅταν καλῶνται, τρέχοντες ἀλλὰ μὴ βαδίζοντες ὑπακούειν. *Qui aliis in urbibus potentiores sunt, magistratus vereri nolunt, adeoque ducunt hoc esse ab homine libero alienum. Verum apud Spartam præstantissima dignitate viri maxime magistratus observant, ac sibi gloriosum putant, si humiles sint, & arcessiti non gradatim incedendo, sed currendo sese dicto audientes esse declarent.*

Ibid. v. 15. διεστραμμένης) Arrian. Epict. pag. 114. lin. 10. δόγματα στρεβλὰ καὶ ΔΙΕΣΤΡΑΜΜΕΝΑ

NA, *opiniones prava & perversa.* Et pag. 290. 8. οὕτως ἐςι ἶινὰ, ἃ οἱ μὴ παντάπασι ΔΙΕΣΤΡΑΜΜΕΝΟΙ ἶῶν ἀνθρώπων, κατὰ ἶὰς κοινὰς ὁρμὰς ὁρῶσιν. *Ita sunt quadam, qua quivis, si omnino sit perversus sive obtusus, secundum communes notitias intelligit.*

Ibid. v. 17. εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ ἶῇ θυσίᾳ) *etiamsi liber post victimam fidei vestra*, h. e. etiamsi sanguis mihi profundendus sit, postquam vos ad fidem adduxi. Moris enim erat, cæsis victimis libamentum superaddere, id est, vinum de patera defundere, quod Arrianus hac eadem phrasi dixit σπένδειν ἐπὶ ἶῇ θυσίᾳ, de exped. Alex. 6, 19, 11. ἐνταῦθα ἶαύρους ἶε σφάξας ἶῷ Ποσειδῶνι, ἀφῆκεν ἐς ἶὴν θάλασσαν· καὶ ΣΠΕΙΣΑΣ ΕΠΙ ΤΗ ΘΥΣΙΑ, ἶήν τε φιάλην χρυσῆν οὖσαν, καὶ κρατῆρας χρυσοῦς ἐνέβαλλεν ἐς ἶὸν πόντον χαριςήρια. *Ibi tauros Neptuno casos in mare projecit, libationeque sacrificio superaddita, phialam auream & crateras aureos gratias agens in undas immisit.* Et 1, 11, 10. *Alexandrum quum jam in mediis Hellesponti fluctibus versaretur, mactato tauro, Neptuno ac Nereidibus* ΣΠΕΝΔΕΙΝ ἐκ χρυσῆς φιάλης ἐς ἶὸν πόντον, *aurea phiala in mare profusa libasse.* Item 4, 11, 3. καὶ θύεται ἐκείνοις καὶ ΣΠΕΝΔΕΤΑΙ, *iisque & sacra fiunt & libatur.* Et 6, 3, 2. Interpres Hesiodi ad lib. 1. oper. & dier. vers. 334. docet ἶὴν σπονδὴν esse ἶοῦ οἴνου ἐπίχυσιν πρὸς ἶὰ ἱερουργήματα, *vini infusionem ad celebranda sacra seu conficienda sacrificia.* Agit de his libationibus Joh. Phil. Pfeifferus Antiq. Græc. lib. 1. cap. 8. & 29.

Ibid.

Ibid. v. 20. γνησίως) Polyb. pag. 415. lin. 18. τὸ δόγμα ΓΝΗΣΙΩΣ συνεπικυρῶσαι, *decretum pro sua parte candido simpliciique animo affirmarunt.*

Cap. III. 16. τὸ αὐτὸ φρονεῖν) Supplet *Beza* copulam &, ex Hebræorum idiotismo, ut ipse ait, apud quos hoc novum non sit in bimembri quoque oratione. Atqui nec in Græca lingua hoc novum est; ita enim Arrian. dissert. lib 2. cap. 18. pag. 211. lin 15. τὴν ἀκρασίαν σου τέτροφας, ἐπηύξησας. *Intemperantiam tuam fovisti, auxisti.* & pag. 230. lin. 5. a f. & pag. 372. ἀπέχειν δεῖ πάντα ἃ θέλει, πεπληρωμένον τινὶ ἐοικέναι. & pag. 431. lin. 10. σεμνὸς περιπατεῖς στρατηγῶν, ὑπατεύων. Pag. 498. θελῆσαι δεῖ, καὶ γέγονε, διώρθωται. Nec in Latina hoc inusitatum. Corn. Nep. 22, 2, 2. *Hi totam abalienarunt Africam, ipsam Carthaginem oppugnarunt.* & n. 5. *fines imperii propagavit, tota Africa tantum otium reddidit.* Ibid. cap 3, 2. *Erat praeterea cum eo adolescens illustris, formosus, Hasdrubal.* In Cicerone quoque innumera dantur exempla.

Ibid. v. 19. ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν,) *Qui de iis rebus gloriantur, quarum eos pudere oportebat,* quæ summa est amentia. Polyb. pag. 989. lin. 15. a f. φίλιππος εἰς τοιαύτην ἄνοιαν, ἡ καὶ παράπτωσιν τοῦ καθήκοντος ἧκεν, ὡς᾽ ἐφ᾽ οἷς ἐχρῆν ΑΙΣΧΥΝΕΣΘΑΙ καθ᾽ ὑπερβολὴν, ἐπὶ τούτοις αὐτὸν ἀλλοῖς σεμνύνεσθαι καὶ μεγαλαυχεῖν. *Philippus eo venit amentiae, & omnis officii fines longe adeo migravit,*

ut

ut quorum pudere ipsum vehementissime oportebat, ea sibi ipse ut praeclare facta laudi duceret, deque iis se impotenter jactaret. Dicitur ἡ αἰσχύνη pro re turpi, pro dedecore atque probro apud eundem pag. 985. lin. 8. a f. *Facerent saltem quod tyranni solent*, βραχεῖαν δή τινα προβαλλόμενοι ΤΗΣ ΑΙΣΧΥΝΗΣ πρόφασιν, *& huic dedecori levem aliquem praetextum obtenderent.* Ea vero erat ista αἰσχύνη, quod Antiochus & Philippus Ptolemaei filium pupillum relictum e medio tollere aggrederentur. Eodem modo Chrysostomus interpretatur: ἐφ' οἷς ἔδει ἐγκαλύπτεσθαι, ἐπὶ τούτοις σεμνύνονται. *In quibus oportebat eos pudore suffundi, seque occultare, in his se efferunt.* Ubi eodem, quo Polybius, verbo σεμνύνεσθαι utitur.

Ibid. v. 20. τὸ πολίτευμα) In triplici potissimum differentia vocabulum hoc deprehendi apud Polybium. I. pro civitate sive incolis urbis alicujus ponitur pag. 4. lin. 16. οὔτε τοῦ τῶν Καρχηδονίων ΠΟΛΙΤΕΥΜΑΤΟΣ πρόχειρός ἐστι τοῖς πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων ἡ προγεγενημένη δύναμις, οὐδ' αἱ πράξεις αὐτῶν. *Et Romanorum & Carthaginiensium vires quas prius habuerunt, & bella quae ante gesserunt, Graecorum plerique ignorant.* Pag. 16. lin. 22. pag. 17. lin. 5. a f. pag. 51. lin. 1. pag. 596. lin. 14. a f. πάντων τῶν ΠΟΛΙΤΕΥΜΑΤΩΝ ἁμιλλωμένων ὑπὲρ τοῦ φθάσαι τοὺς πέλας περὶ τὴν ἀποκατάστασιν καὶ μετάθεσιν τὴν πρὸς αὐτόν. *Cum omnes civitates in dominatu ipsius instaurando & deficiendo ad illum, de celeritate inter se certarent.* Pag. 627.

lin. 7.

lin. 7. a f. & pag. 1448. lin. 1. *ἐ δυνηθέντες δὲ μεταῤῥίψαι τὰ* ΠΟΛΙΤΕΥΜΑΤΑ *πρὸς τὴν τ̃ βασιλέως συμμαχίαν. tamen cives ad regias partes pertrahere non potuerant.* II. Respublica sive forma regiminis hoc nomine appellatur, pag. 178. lin. ult. pag. 185. lin. 10. a f. *τ̃ Κλεομένȣς τό, τε πάτριον* ΠΟΛΙΤΕΥΜΑ *καταλύσαντος, καὶ τὴν ἔννομον βασιλείαν εἰς τυραννίδα μεταστήσαντος. Cum Cleomenes constitutam in patria Lacedæmone Reipublica formam antiquasset, ac regnum legitimum in tyrannidem mutasset.* Pag. 215. lin. 13. *Antigonus repentina invasione potitus Sparta, tum in cæteris humanitate singulari & magnitudine animi usus erga Lacedæmonios: τό, τε* ΠΟΛΙΤΕΥΜΑ *τὸ πάτριον αὐτοῖς καταστήσας, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἀνέζευξε μετὰ τῶν δυνάμεων ἐκ τ̃ πόλεως· tum etiam avita Reipub. forma illis restituta, paucis diebus copias ex urbe eduxit.* Ubi & *πολιτεία* eodem significatu usurpatur lin. 12. a f. *ὁ γ᾽ Ἀντίγονος παραγενόμενος εἰς Τεγέαν, καὶ τȣ́τοις ἀποδοὺς τὴν πάτριον* ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ. *Antigonus Tegeam venit, & patria Tegeatis quoque restituta Reipubl. forma.* Pag. 373. lin. 23. pag. 374. lin. 2. pag. 479. lin. 14. a f. & pag. 628. lin. 7. a f. pag. 1172. lin. 24. pag. 1437. lin. antep. *ὅτι Φιλοποίμην τετταράκοντα ἔτη συνεχῶς φιλοδοξήσας ἐν δημοκρατικῷ καὶ πολυειδεῖ* ΠΟΛΙΤΕΥΜΑΤΙ. *Philopœmenes per quadraginta continuos annos in populari ac vario Reip. statu cum gloria versatus.* Pag. 1438. lin. 14. *φιλοδοξήσας ἐν ἀριστοκρατικῷ πολιτεύματι.* III. Integræ gentes seu nationes ita appellantur, quæ societate inter se

inita

nita in unum quasi reipublicæ corpus coaluerunt, uti nunc Belgæ fœderati, & Helvetii. Ita Polybius Achæorum rempublicam, quæ totam fere Peloponnesum complectebatur, πολίτευμα dicit initio libri 3. pag. 375. lin. 8. a f. *Si prius tamen lectori breviter in memoriam revocaverimus, quæ libro secundo præstruximus, tum de cæteris Græcis, tum maxime de Achæis.* Διὰ δὲ καὶ ΤΟ ΠΟΛΙΤΕΥΜΑ παράδοξον ἐπίδοσιν λαβεῖν, εἰς τε τοὺς πρὸ ἡμῶν καὶ καθ' ἡμᾶς καιρούς: *quoniam istorum Respublica nostra & patrum nostrorum memoria admirandum cepit incrementum.* Id vero incrementum ita describitur lib. 2. cap. 37. pag. 174. *Nostra hac ætate tale tantumque ea res incrementum cepit, vel potius adeo perfecta est, ut non solum ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam coierint: sed etiam legibus, ponderibus, mensuris, pecunia denique eadem utantur: ad hæc, magistratibus, senatoribus, judicibus iisdem: atque uno verbo, quominus universa propemodum Peloponnesus pro urbe unica possit censeri, id unum obstat, quod non eorundem mœnium ambitu omnes ejus incolæ capiantur. Cætera apud illos & in commune & per singulas urbes similia sunt atque eadem.* Vix aliunde puto rectius intelligi posse vim hujus vocabuli, quam ex hac descriptione. Et qui ita communi republica utuntur, eodemque imperio, licet locis diversi, reguntur, & omnium rerum societate sunt juncti, apud eundem Polybium dicuntur πολιτεύεσθαι & συμπολιτεύεσθαι. Ut pag. 199. lin. 8. ubi Aratus dux Achæorum, expugnata Mantinea, in-

colas bono animo esse jubet, & sua quemque curare: ὑπάρξειν γὰρ αὐτοῖς τὴν ἀσφάλειαν πολιτευομένοις μετὰ τῶν Ἀχαιῶν. *Viventes enim in eadem cum Achais reip. communione, omni damno fore immunes.* Et p.1432. l. penult. *Megarenses qui hujusmodi rerum statum odio habebant, revocata in memoriam pristina societate, quae ipsis cum Achais intercesserat, (τῶν Ἀχαιῶν συμπολιτείας,) rursus ad Achaeorum amicitiam sectamque se transtulerunt. Quippe Megarenses principio quidem sub Achaeorum formula censebantur: (ἐπολιτεύοντο μετὰ τῶν Ἀχαιῶν.) postquam vero Cleomenes ad Isthmum praesedit, interclusi, consentientibus Achais sese Baeotis adjunxere: sed paulo ante haec tempora quae nunc commemoramus, cum Baeotorum administratio eis displiceret, δυσαρεστήσαντες τῇ πολιτείᾳ τῶν Βοιωτῶν, denuo ad Achaeorum partes transierunt.* Pag.1149. lin. 11. συνέβαινε γὰρ τότε πολιτεύεσθαι τοὺς Ἀμβρακιώτας μετὰ τῶν Αἰτωλῶν. *Nam ea tempestate Ambracienses Aetolico concilio sese contribuerant.* Pag. 180. lin. ult. συνεπολιτεύσαντο μεθ' ἑαυτῶν αἱ προειρημέναι πόλεις, γραμματέα κοινὸν ἐκ περιόδου προχειριζόμεναι, καὶ δύο στρατηγούς. *Dicta urbes Rempublicam eandem coluerunt, Scribam communem & Praetores duos in orbem eligentes.* Item pag. 1153. lin. ult. Atque hoc quidem sensu arbitror a Paulo hic accipi τὸ πολίτευμα. Sumus enim in his terris non cives, sed peregrini, hospites & advenae, in coelis autem nostra est civitas. Civitas, inquam. Hoc enim nomine & apud Latinos non tantum incolarum societas uno oppido aut urbe collecta, sed & gentes seu nationes inte-

tegræ appellantur, quæ iisdem legibus vivunt, & unum Reip. corpus, dispersæ licet & distinctis locis habitantes, constituunt. Cæsar. lib. 1. de bello Gall. cap. 12. *Omnis civitas Helvetiæ in quatuor pagos divisa est.* Et mox: *Pars civitatis Helvetiæ insignem calamitatem Pop. Rom. intulerat.* Sic aliis locis passim hac voce est usus. Ita *Civitatem Æduorum* Tacitus lib. 2. Annal. cap. 61. *Hermundorum & Cimbrorum* de Germania cap. 37. & 41. *Brigantum*, Agricola cap. 13. dixit. Faber in Lexico. Sicut ergo mercatorum Batavorum, in quocunque terræ angulo mercaturæ faciendæ caussa versentur, civitas est in illo terræ tractu Belgii fœderati: ita quorumcunque sanctorum civitas est in cœlis, hic autem alienæ sunt civitatis, ut Corn. Nepos 18,1,2. loquitur; inter se vero sunt συμπολῖται Eph. II. 19. Lands-Leute/ tanquam in exteris regionibus viventes. Lutherus optime vertit Bürgerschafft in Postill. Epist. Dominic. 3. post Pascha pag. 132. sub fin. hie auf Erden sind wir ja nicht Bürger/ da die Welt wohnet/ und ihr Heimath und Himmelreich hat; unsere Bürgerschafft aber/ (spricht St. Paulus) ist mit Christo im Himmel/ das ist/ in jenem Leben/ des wir warten/ und hoffen erlöset zu werden/ wie jene von Babel/ und dahin zu kommen/ da wir ewig Bürger und Herren bleiben sollen. Uti ergo Socrates se κοσμοπολίτην esse professus est: ita nos hoc dicto Pauli admoniti, οὐρανοπολίτας nos esse meminisse debemus. Apud Demosthenem etiam significat rationem gerendæ reipublicæ, Orat. de Chers. pag. 43. lin. 13. & 21. & 24.

Cap. IV. 8. εὔφημα) Polyb. pag. 1303. lin. 15. *Senatus laudato Regis animo comiter legatos excepit. Hoc autem propterea factum, quia Tiberius qui ad cognoscenda Regum consilia fuerat missus, reversus ab ea legatione, de hujus Regis & patris ipsius animo erga populum Romanum atque in universum de eorum regno, multa benigna retulerat*, ΕΥΦΗΜΟΥΣ λόγες ποιήσαϑαι.

Ibid. v. 10. ἤδη ποτὲ) *jam tandem.* Arrian. de exp. 1, 7, 2. *ut sese a gravi Macedonum imperio* ΗΔΗ ΠΟΤΕ *jam tandem assererent.* Sic & Rom. I. 10. Chrysostomus: Τὸ, ἤδη ποτὲ, χρόνον δηλῦντός ἐςι μακρόν. *Illud* tandem aliquando, *longum tempus indicantis est.*

Ibid. ἠκαιρεῖσϑε δέ.) Quærit de hoc verbo Chrysostomus: Τί ἐςιν, ἠκαιρεῖσϑε; & respondet: ὐ τῆς ῥαϑυμίας ὑμῶν, φησιν, ἀλλὰ τῆς ἀνάγκης. ὐκ εἴχετε ἐν χερσὶν, ὐδὲ ἐν ἀφϑονίᾳ ἦτε. τῦτο γάρ ἐςιν, ἠκαιρεῖσϑε δέ. ἀπὸ τῆς κοινῆς αὐτὸ συνηϑείας ἔλαβεν. ὕτω γὰρ οἱ πλείυς λέγυσιν, ὅταν αὐτοῖς μὴ μετὰ ἀφϑονίας ἐπιῤῥέῃ τὰ βιωτικὰ, ἀλλ᾽ ἐν ςενοχωρίᾳ ᾖ. *Non negligentiæ vestræ, inquit, erat, sed necessitatis. Non habebatis ad manum, neque abundabatis opibus. Hoc enim est*, opportunitate autem destituebamini. *Ex communi loquendi consuetudine hoc sumsit. Ita enim plerique loquuntur, quando ipsis non satis copiose affluunt res ad vitam necessariæ, sed in angustiis versantur.* Quam sententiam optime ex nostræ linguæ consuetudine ex-

expressit Lutherus: aber die Zeit hats nicht wollen leiden. Ita enim loquimur de iis, quibus eo potissimum tempore non suppetunt ad largiendum copiæ. Confirmat hanc verbi istius notionem nonnihil locus Polybii, in quo αἱ τῶν βίων εὐκαιρίαι dicuntur facultates atque opes lib. 1. cap. 59. pag. 84. lin. 17. a f. κατὰ γὰρ τὰς τῶν βίων ΕΥΚΑΙΡΙΑΣ καθ' ἕνα καὶ δύο καὶ τρεῖς ὑφίσταντο παρέξειν πεντήρη κατηρτισμένην. *Pro modo facultatum singuli, aut bini, vel etiam terni unam quinqueremem cum omni suo instrumento præbendam suscipiebant.* Item pag. 764. lin. 5. a fine. & pag. 832. lin. antep. & pag. 1417. lin. 17. Magis etiam huc facit verbum εὐκαιρεῖν, quo idem utitur de iis qui possunt pecunias in commune conferre; conjungitque tanquam synonyma εὐκαιρῶντας καὶ δυναμένους die das Vermögen haben und es thun können lib. 4. cap. 60. extr. Allegat. & Suidas in voce εὐκαιρεῖν ex Polybio τὰς δοκοῦντας εὐκαιρεῖν τοῖς βίοις, *qui videntur opibus valere.* Polyb. pag. 1404. lin. 19. τοὺς εὐκαιροῦντας τοῖς βίοις *locupletissimos homines.* & pag. 1466. lin. 13. Sic ergo & hoc loco ἀκαιροῦντες sive ἀκαιρούμενοι, iidem sunt qui μὴ δυνάμενοι.

Ibid. v. 11. καθ' ὑστέρησιν λέγω} *propter penuriam*, non quod eo dicam, quasi inopia laborarim, vobis nihil suppeditantibus. Sic κατὰ usurpatur Arriano de exped. Alex. 7, 21, 11. ὅσοι ὑπὸ γήρως ἢ ΚΑΤΑ πήρωσιν ἀπόλεμοι ἦσαν. *Qui aut senectute aut debilitate aliqua inepti bello facti erant.* 1, 17, 14. τοὺς μὲν ΚΑΤ' ἔχθραν, τοὺς δὲ κατὰ

 ἀγνοι-

ἁρπαγὴν χρημάτων ἀποκτενεῖ ὁ δῆμος. Partim odio, partim spe prædæ eos occidet populus. Ubi priori loco κατὰ caussam antegressam, posteriori finalem significat. Item 2, 12, 9. & 5, 21, 4. ΚΑΤΑ ἔχθος τὸ Πώρου μᾶλλον ἢ φιλίᾳ τῇ Ἀλεξάνδρου. *Magis odio Pori, quam amore Alexandri motus.* Polyb. pag. 1089. lin. penult. ὃν μόνον ΚΑΤΑ προαίρεσιν καὶ ΚΑΤ' εὔνοιαν, Σικελιῶται πάντες εὐδόκησαν σφῶν αὐτῶν ἡγεμόνα εἶναι καὶ βασιλέα· δεύτερον δὲ ΚΑΤΑ τὴν Ἱέρωνος τοῦ πάππου δυναστείαν. *Quem solum omnes Siculi & certo consilio & ob benevolentiam ducem ac Regem habere consenserint: deinde propter Hieronis avi ipsius dominatum.* Vel etiam verti potest *de penuria*; ut apud Polybium accipitur pag. 1394. lin. 8. a f. ΛΕΓΩ δὲ ΚΑΤΑ τὴν ἐν τοῖς χρόνοις καὶ ταῖς ἀναγραφαῖς ἐπίφασιν τῆς ἀκριβείας, καὶ τὴν περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιμέλειαν. *Studium dico ac diligentiam in temporum rerumque notatione.*

Ibid. ἐν οἷς εἰμι) *in quibus sum*, i. e. quacunque fortuna utar, in quocunque statu sim, quantumcunque res mihi arctæ sint. Sic Arrian. Epict. lib. 1. cap. 22. pag. 90. lin. 4. *Quid mihi cum Jove negotii est, si juvare me non potest?* καὶ πάλιν, τί μοι καὶ αὐτῷ, εἰ θέλει με ἐν τοιούτοις εἶναι, ΕΝ ΟΙΣ ΕΙΜΙ. *Et rursum, quid mihi cum illo, si me vult in his* (malis) *esse, in quibus sum?* ἐν κακοῖς εἶναι dicitur pag. 97. lin. 23. pag. 98. lin. 12. pag. 99. lin. 1. & apud Polyb. pag. 102. lin. 14. a f. & lib. 4. cap. 55. extr. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Κρήτην

ἐν

ἐν Ἰςτοις ἦν. *Et in Creta quidem status rerum hic fuit.* Ibid. cap. 57. item extremo. & pag. 1038. lin. 7. ἐν κακοῖς ὢν, *malo tunc loco res ejus erant.*

Ibid. v. 12. οἶδα δὲ ταπεινοῦσθαι,] τουτέστι, inquit Chrysostomus, καὶ ὀλίγοις κεχρῆσθαι οἶδα, καὶ λιμὸν φέρειν, καὶ ἔνδειαν. *id est, & paucis uti scio, & famem ferre & egestatem.* Metonymice ταπεινοῦσθαι dicitur pro *inopem esse*, quia ut divitiæ attollunt, ita paupertas deprimit animum. Hinc Arrianus de Ulysse, cum naufragus ejectus esset, μή τι ΕΤΑΠΕΙΝΩΣΕΝ αὐτὸν ἡ ἀπορία; *num fregit ipsius animum inopia?* dissert. Epict. lib. 3. cap. 26. pag. 402. lin. 4.

Ibid. v. 15. εἰς λόγον δόσεως) Polyb. pag. 900. lin. 17. a fine: *Hoc perinde est*, ὡς ἂν εἴ τις ὑπὸ γονέως ἰδίου φάσκων ΕΙΣ ἀργυρίου ΛΟΓΟΝ ἀδικεῖσθαι, *ut si quis pecuniæ alicujus fraudem sibi a parente factam dictitans, propterea armatus ipsum iret occisum, a quo vitam accepit.*

Ibid. v. 16. καὶ δὶς) *aut bis.* Sic καὶ usurpatur Tit. III. 10. & apud Polyb. pag. 284. lin. antep. ἐπὶ δυοῖν καὶ τρισὶν ἡμέραις, *ad duos tresve dies.*

Ibid. v. 18. Ἀπέχω δὲ πάντα καὶ περισσεύω· πεπλήρωμαι) Interpretes video plerosque omnes in verbo ἀπέχω emphasin quærere, quasi dicat se omnia accepisse, quæ ipsi per

Nn 4 Epa-

Epaphroditum miserint, ut hæc sit ἀποχὴ, sive testimonium recepti debiti. Sed præterquam quod ita præsens accipiatur pro præterito, quod non, nisi ubi necesse est, fieri debet: parum abesset hic sermo a tautologia, ἀπέχω πάντα.. δεξάμενος &c. *recepi omnia posteaquam accepi* &c. Quare hic sine caussa puto discedi a vetere interprete, qui mea quidem sententia rectissime verterat, *habeo*. Ita loquitur Epictetus in simili argumento apud Arrian. lib. 3. cap. 24. pag. 372. lin. 8. τὸ γὰρ εὐδαιμονοῦν, ΑΠΕΧΕΙΝ δεῖ ΠΑΝΤΑ ἃ θέλει, ΠΕΠΛΗΡΩΜΕΝΩ τινὶ ἐοικέναι· οὐ δίψος δεῖ προσεῖναι αὐτῷ, οὐ λιμόν. *Id enim quod beatum est, habere oportet omnia quæ vult, & expleto alicui simile esse. Non sitim oportet ipsi adesse, non famem.*

Ibid. v. 22. οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας.) Si ex Polybio de significatione τῆς οἰκίας judicare licet, non hi domestici sive aulici sive liberti Neronis fuerint, sed cognati ejusdem. Ita enim Polybius locis plurimis. Ut pag. 190. lin. 5. ἀδικία εἰς τὴν Μακεδόνων ΟΙΚΙΑΝ, *injuria regibus Macedonum illata.* Pag. 192. lin. 8. & pag. 201. lin. 22. ἄνδρα τῆς ἐπιφανεστάτης ΟΙΚΙΑΣ ὑπάρχοντα, *nobilissimo genere prognatum.* Pag. 238. lin. 1. *spe sua omni locata* ἐν τῇ Μακεδόνων ΟΙΚΙΑ *in Macedonum regia, quod bello Cleomenico socia arma cum Antigono junxerat.* Ibid. lin. 11. Et pag. 331. lin. 16. *Romani Dictatorem creant Q. Fabium Maximum, virum & prudentia insignem, & familia honesta prognatum.* ἔτι γοῦν ἐπεκαλοῦντο καὶ καθ' ἡμᾶς

OI

ΟΙ ΤΑΥΤΗΣ ΤΗΣ ΟΙΚΙΑΣ Μάξιμοι, ὅτω δ' ἐςὶ μέγιςοι, διὰ τὰς ἐκείνου τἀνδρὸς ἐπιτυχίας καὶ πράξεις. *Sane etiam memoria nostra qui ejusdem stirpis erant, Maximi propter magnitudinem rerum ab illo feliciter gestarum nominabantur.* – Pag. 423. lin. 11. διὰ τὸ κατὰ γένος ὑπάρχειν ἔγγιςα τῆς ΟΙΚΙΑΣ ταύτης. *quod hanc regiam domum proximi contingebat.* Et pag. 499. lin. 16. a f. pag. 537. med. pag. 569. lin. 7. διὰ τὴν τῆς οἰκίας ἀρχαιότητα. *quod antiquissima prognatus esset stirpe.* Pag. 597. lin. ult. & pag. 613. lin. 26. a fine: ἐξ οἰκίας ὁρμώμενον τοιαύτης, ἣ μάλιςα πῶς ἀεὶ τῶν ὅλων ἐλπίδος ἐφίεται. *Ex ea domo ortus, quæ nescio quomodo præ cæteris, summi imperii spe ducitur.*

In EPIST. ad COLOSSENSES.

CAP. I. 6. τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς) id est, παραγενομένου πρὸς ὑμᾶς, ut interpretatur Camerarius, *quod pervenit ad vos.* Vulgatissimum loquendi genus apud Polybium. Ut pag. 154. lin. 5. *Copias ad fines usque educebant*, ὡς ἤδη ΠΑΡΟΝΤΩΝ ΕΙΣ τὴν χώραν τῶν πολεμίων, *hostes adesse rati.* Pag. 405. lin. 10. a f. Φίλιππος δὲ μετὰ δυνάμεως βοηθῶν τοῖς Ἀχαιοῖς ΠΑΡΗΝ ΕΙΣ Κόρινθον. *Inter hæc Philippus ad ferendam opem Achæis Corinthum pervenit.* Pag. 472. lin. antepen. ὁ δὲ Φίλιππος ἐκ τῆς Ὀλυμπίας ἀναζεύξας τὴν ἐπὶ Φαραίαν, ΠΑΡΗΝ ΕΙΣ Τέλφουσαν, κἀκεῖθεν

ΕΙΣ Ἡραίαν. *Philippus castra movet ab Olympia Pharaam versus, & mox Telphussam venit: inde Heraam.* Pag. 711. lin. 12. a f. ΠΑΡΩΝ ΕΙΣ Θετταλίαν, *cum in Thessaliam venisset.* Pag. 806. lin. 1. παρῆν εἰς τὴν ἀγορὰν, *venit in forum.* Item pag. 842. lin. 4. a f. pag. 996. lin. 14. pag. 1049. lin. 16. a f. *Quum non posset Quintius comperiri quo loci hostes castra haberent; certo tamen sciret,* ὅτι πάρεισιν εἰς Θετταλίαν, *in Thessaliam ipsos jam advenisse.* Est ergo metaphora a rebus animatis. Unde Chrysostomus: παρόντ☉ δὲ μεταφορικῶς εἶπεν. Ne vero ex eo quod accessisse dicitur, suspicetur quis, abscessisse iterum, idem Chrysostomus ita commentatur: οὐ παρεγένετό, φησι, καὶ ἀπέστη, ἀλλ' ἔμεινε καὶ ἔστιν ἐκεῖ. *Non accessit, inquit, & recessit, sed mansit & est ibi.* Non quasi verbum hoc per se significet manere & esse alicubi, non vero accedere; sed quod hoc loco ita sit accipiendum. Nam verbum quidem ipsum nil amplius quam accedere significat, sive quis permaneat in quem accessit locum, ut pag. 479. lin. 9. a f. *Philippus Megalopoli profectus, per Tegeam ducto agmine* ΠΑΡΗΝ ΕΙΣ Ἄργ☉, κἀκεῖ τὸ λοιπὸν μέρ☉ τοῦ χειμῶν☉ διέτριβε, *Argos venit, ibique reliquam hiemis partem egit.* sive quis statim iterum alio se conferat, ut in eo, quem ex pag. 472. modo citavimus loco.

Ibid. v. 10. ἀξίως τοῦ Κυρίου) Polyb. pag. 868. lin. 15. ΑΞΙΩΣ μὲν τοῦ πατρὸς Βάρκα, καλῶς δὲ καὶ γενναίως τὰς περιπετείας καὶ τὰς ἐλαττώσεις

ως διετέλει φέρων, *Quam semper patre Barca ignum se filium præbuerit, & forti ac generoso animo omnes casus adversaque omnia tulerit.* Pag. 358. n. 15. ἐντειλάμενοι σὺν καιρῷ κρίνειν τὰ ὅλα γενναίως, καὶ τῆς πατρίδος ΑΞΙΩΣ. *Fortiter & pro majestate Romani nominis rem cernere jubent.*

Ibid. v. 13. μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν) Nisi jam ex Xenophonte ostensa esset verbi hujus significatio, ad declarandam rerumpubl. regnorumque mutationem usurpari soliti, ex Polybio intelligi posset, ut pag. 185. lin. 9. a f. τοῦ μὲν Κλεομένους, τό τε πάτριον πολίτευμα καταλύσαντος, καὶ τὴν ἔννομον βασιλείαν ΕΙΣ τυραννίδα ΜΕΤΑΣΤΗΣΑΝΤΟΣ. *Cum Cleomenes constitutam in patria Lacedæmone reipublicæ formam antiquasset, ac regnum legitimum in tyrannidem mutasset.* Et pag. 1434. lin. 14. *Ortiago Galatiæ regulus* ἐπεβάλετο τὴν ἁπάντων τῶν Γαλατῶν δυναστείαν ΕΙΣ αὐτὸν ΜΕΤΑΣΤΗΣΑΙ, *omnium Gallorum principatum ambibat.* Item pag. 178. lin. 7. a f. pag. 636. lin. 4. pag. 637. lin. 13. pag. 637. lin. 14. a fine. Cæterum vocabulum βασιλείας significanter hic opponitur τῇ ἐξουσίᾳ. Quanquam enim omne regnum est & dicitur ἐξουσία, ut pag. 634. lin. 20. τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐνεγήρασκον ταῖς βασιλείαις οἱ κριθέντες ἅπαξ, καὶ τυχόντες τῆς ἐξουσίας ταύτης. *Ac primis quidem temporibus qui electione populorum regiam potestatem semel fuerant adepti, in regnis suis consenescebant*: non tamen omnis ἐξουσία, etiamsi unius, continuo regni no-

nomen meretur, ut idem Polybius docet lib. 6. cap. 2. init. οὔτε γὰρ πᾶσαν δήπου μοναρχίαν εὐθέως ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ ῥητέον· ἀλλὰ μόνην τὴν ἐξ ἑκόντων συγχωρουμένην, καὶ τῇ γνώμῃ τὸ πλεῖον ἢ φόβῳ καὶ βίᾳ κυβερνωμένην. *Neque enim unius dominationem omnem regnum esse statim existimandum: sed eam demum quæ volentibus conceditur, & quæ consilio potius quam metu aut vi regitur.* Et pag 633. lin. 7. a fine: καὶ δὴ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βασιλεὺς ἐκ μονάρχου λανθάνει γενόμενος· ὅταν παρὰ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἰσχύος μεταλάβῃ τὴν ἡγεμονίαν ὁ λογισμός. *Atque hoc pacto, quum a ferocia & robore ad rationem principatus fuerit translatus, pro eo quod erat monarchus invidioso nomine, sensim nemine animadvertente Rex evadit.* Quæ si quis ad regnum Christi & potestatem Satanæ accommodet, quæ utriusque sit ratio, & quod discrimen, ex ipsa hac vocis βασιλείας notione facile perspiciet.

Ibid. v. 19. ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι.] Τὸ εὐδόκησε non construitur cum verbis ἐν αὐτῷ, sed cum infinitivo κατοικῆσαι, & subintelligendum, ὁ Πατὴρ, vel τῷ Πατρὶ, nam & hujus posterioris syntaxeos exempla dedimus ad Matth. III. 17. n. 4. sed priorem illam hic malim, utpote usitatiorem, ut Luc. XII. 32. Rom. XV. 26. 27. 1. Cor. I. 21. 2. Cor. V. 8. Gal. I. 15. Col. I. 19. 1. Thess. II. 8. III. 1. Simile exemplum occurrit apud Polybium, ubi ἐν αἷς εὐδόκησε dicitur, neque tamen εὐδόκησε refertur ad ἐν αἷς, sed ad sequentem infinitivum ὥστε lib. 2.

cap.

ip. 12. pag. 139. lin. 5. a fine: ἡ Τεῦτα διαπρεσβευσαμένη πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, ποιεῖται συνθήκας, ἐν ἷς εὐδόκησε, φόρους τε τοὺς διαταχθέντας οἴσειν. *Teuta legatis ad Romanos missis, pacem hisce conditionibus cum illis sancit, ut tributa, quæ ipsi imperarentur, quotannis penderet.*

Cap. II. 4. ἐν πιθανολογίᾳ.) Hæc infra .8. ἀπάτη dicitur. Polyb. pag. 197. lin. 4. a f. πειδήπερ ἐν ἐκείνοις μὲν ἡγεῖται τὸ ΠΙΘΑΝΟΝ, κἂν ψεῦδος, διὰ τὴν ΑΠΑΤΗΝ τῶν θεωμένων· ἐν δὲ ὅτοις τἀληθὲς, διὰ τὴν ὠφέλειαν τῶν φιλομαθούντων. *Siquidem apud tragicos regnat probabilitas, etiam falsa, ut decipiantur spectatores: apud rerum scriptores veritas, ad studiosorum utilitatem.*

Cap. III. 8. αἰσχρολογίαν) Utilissimum de hoc vitio vel vitando vel redarguendo exstat præceptum Epicteti Enchir. cap. 55. Ἐπισφαλὲς δὲ, καὶ τὸ εἰς ΑΙΣΧΡΟΛΟΓΙΑΝ προελθεῖν· ὅταν οὖν τι συμβῇ τοιοῦτον, ἂν μὲν εὔκαιρον ᾖ, ἐπίπληξον τῷ προελθόντι· εἰ δὲ μὴ, τῷ γε ἀποσιωπῆσαι, καὶ ἐρυθριᾶσαι, καὶ σκυθρωπῆσαι, δῆλος γίνου δυσχεραίνων τῷ λόγῳ. *Periculosum est etiam ad orationis obscænitatem progredi. Cum igitur tale quippiam inciderit, aut (si feret opportunitas) objurgabis eum qui sermonem illum injecerit: aut taciturnitate saltem, & rubore vultuque ostendes, eam orationem tibi displicuisse.*

Ibid. v. 15. βραβευέτω) Polyb. pag. 170. lin.

lin. 10. a f. διὰ τὸ μὴ τὸ πλεῖον, ἀλλὰ συλλήβδην ἅπαν τὸ γινόμενον ὑπὸ τῶν Γαλατῶν, θυμῷ μᾶλλον ἢ λογισμῷ ΒΡΑΒΕΥΕΣΘΑΙ. *Quoniam, non dicam pleraque, sed prorsus omnes actiones Gallorum ira magis & impetu quam consilio reguntur.* Pag. 372. lin. 22. ΒΡΑΒΕΥΘΕΙΣΗΣ δὲ τῆς μάχης τὸν προειρημένον τρόπον. *Commisso autem prælio ad eum quem diximus modum.* Pag. 629. lin. 21. *Optimatium principatus est*, ἥτις ἂν κατ' ἐκλογὴν ὑπὸ τῶν δικαιοτάτων καὶ φρονιμωτάτων ἀνδρῶν ΒΡΑΒΕΥΗΤΑΙ, *ubi justissimi prudentissimique viri per electionem rerum summa potiuntur.* Pag. 641. lin. 1. ΒΡΑΒΕΥΕΙΝ τὰ δοκοῦντα τοῖς πλείοσι, *e suffragiis majoris partis populi legem aut plebiscitum condere.* Pag. 1331. lin. 18. *Aulus Postumius* στρατηγὸς ὢν ἐξαπέλεκυς, καὶ ΒΡΑΒΕΥΩΝ τὸ διαβούλιον, *Prætor, qui Senatum tunc habebat.* Pag. 1444. lin. 7. a f. *Hostilius diversatus apud Nestorem Cropium, opportunam plane adversus se insidiarum ansam hostibus præbuerat*, εἰ μὴ τύχη τις ΕΒΡΑΒΕΥΣΕ πρὸς τὸ βέλτιον, οὐκ ἂν μοι δοκεῖ διαφυγεῖν, *quam nisi benignior quædam fortuna deflexisset, prorsus effugere nullo modo poterat.* Demosth. Olynth. 3. pag. 12. lin. 7. a f. τὰ τῶν ἄλλων δίκαια ΒΡΑΒΕΥΕΙΝ, *reliquorum controversias disceptare.* Quæ loca fere omnia confirmant interpretationem Germanicam Lutheri, & quam eidem addidit glossam: Regiere / das ist / er sey Meister / und erhalte euch in allen Anfechtungen / daß ihr nicht murret wider GOtt / sondern auf GOtt trotzen möget / nach dem / was Christus sagt Joh. 16. v. 33. In mundo pressuram, in me pacem.

Ibid.

Ibid. v. 21. μὴ ἐρεθίζετε) Arrianus in Enchiridio Epicteti videtur ἐρεθίζειν posuisse pro λοιδορεῖν *conviciari* & τύπτειν *verberare*, cap. 21. Μέμνησο, ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν, ἢ ὁ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων, ὅταν ΕΡΕΘΙΣΗ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σή σε ὑπόληψις ΗΡΕΘΙΣΕ. *Memento, non eum qui convicietur aut verberet, auctorem esse contumeliæ: sed opinionem de eis, inquam contumeliosis, conceptam. Cum igitur te quispiam irritarit, opinione tua te irritatum esse scito.* Et ista duo potissimum, convicia & verbera, in patre ferenda, idem Epictetus monet cap. 37. *Pater est? præcipitur, curam ejus agendam, cedendum ei in omnibus*, ἀνέχεσθαι λοιδοροῦντος, παίοντος, *si convicietur, si verberet, ferendum esse.* In conviciando igitur & verberando cum sæpe modum excedant parentes, hortatur eos Apostolus, ut lenitate erga liberos utantur, neque morositate aut sævitia nimis onerent vel plane frangant eorum patientiam.

Cap. IV. 16. τὴν ἐκ Λαοδικείας) Quæ hæc fuerit epistola, nunquam fortasse ad liquidum deducetur. Interim nolim cum *Beza* dicere, fœde errare, qui ex hoc loco suspicati sint, quandam fuisse epistolam Pauli ad Laodicenses scriptam. Sane verba græca huic sententiæ non repugnant. Ita Polybius τὴν ἐκ τῆς Ῥώμης πρεσβείαν dicit legationem quæ a Lacedæmoniis Romam missa fuerat, Legat. XIV. pag. 1119. lin. 14. Ἔ. ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον συνέβη καὶ ΤΗΝ ΕΚ ΤΗΣ

Ῥώμης

Ῥώμης πρεσβείαν, ἣν ἀπέςειλαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, παραγενέσθαι διεψευσμένην τῶν ἐλπίδων. *Contigit tempore eodem, ut & missa a Lacedæmoniis legatio Romam rediret, re infecta cujus perficiendæ spe illuc iverat.* Neque ordo collocationis permittit, ut verba ἐκ τῆς Ῥώμης referantur ad παραγενέσθαι. Sic enim dicendum fuisset τὴν πρεσβείαν ἐκ τῆς Ῥώμης παραγενέσθαι. Eodem modo loquitur Legat. 130. p. 1331. l. antep. Ὅτι ΤΩΝ ΕΚ ΤΗΣ Ῥώμης πρεσβευτῶν ἀνακαμψάντων εἰς τὴν Ἀχαΐαν. *Legatis qui Romam iverant, reversis Achajam.* Rectius ergo Lutherus, quam vulgo existimatur, & hunc locum interpretatus est: und daß ihr die an die von Laodicea leset.

Ibid. v. 17. βλέπε) *diligenter attende.* Polyb. pag. 1265. lin. antepen. παρακαλέσαντας ΒΛΕΠΕΙΝ τοὺς καιροὺς καὶ τὴν περίςασιν. *Monendum, ut temporum conditionem ac periculum imminens attenderent.*

Ibid. πληροῖς] Eleganter Græci dicunt, πληροῦν & ἐκπληροῦν ἔργον, διακονίαν, quod Latini similiter *explere, obire officium, munus, ministerium.* Epictetus in Enchirid. cap. 31. Ἐὰν ἕκαςος ΕΚΠΛΗΡΩΣΗ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. *Hæc Lamb. Bos.* Quod genus exempla & in dissertationibus Epicteti reperiuntur, ut lib. 1. cap. 16. pag. 69. lin. 9. lib. 3. cap. 18. pag. 327. lin. 3. pag. 361. lin. 12. a f. & pag. 388. lin. 7. & in eodem Enchiridio cap. 59. τὸ πρόσωπον ἐκπληρῶσαι *personam tueri, sustinere.*

In

In I. EPIST. ad THESSALONICENSES.

CAP. II. 1. οἴδατε τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονεν.) Pro: οἴδατε ὅτι ἡ εἴσοδος ἡμῶν ἡ πρὸς ὑμᾶς οὐ κενὴ γέγονεν. Cujus syntaxeos exempla dantur in Arriano innumera, quorum nonnulla videre licet ad Joh. VIII. 54. & Act. XVI. 3. Sic & Coloss. IV. 17. loquitur.

Ibid. v. 2. ἐν πολλῷ ἀγῶνι) *in multis periculis.* Ita Chrysostomus aliique. Quo sensu verbum hoc usurpat Arrian. de exped. Alex. 3, 15, 1. *Quum dubiæ initio essent Macedonum res, Parmenio confestim nuncium ad Alexandrum mittit, qui significet*, ὅτι ΕΝ ΑΓΩΝΙ ξυνέχεται τὰ κατὰ σφᾶς, καὶ βοηθεῖν δεῖ, *agmen suum in discrimine versari, auxilioque suo opus esse.* Et Polyb. pag. 447. lin. 1. ἦσαν γὰρ οἱ Σινωπεῖς ΕΝ ΑΓΩΝΙ, μὴ πολιορκεῖν σφᾶς ὁ Μιθριδάτης ἐγχειρήσῃ. *Erant Sinopenses in metu, ne obsidere ipsos Mithridates aggrederetur.*

Ibid. v. 3. ἐξ ἀκαθαρσίας) De puritate animæ Epictetus agit toto capite 11. lib. 4. in quo impuritatem ejusdem ita describit pag. 507. l. 5. ψυχῆς μὲν ΑΚΑΘΑΡΣΙΑ, δόγματα πονηρά. *Animæ impuritas sunt dogmata mala*, sive pravæ opiniones de rebus bonis & malis.

[illegible]

[illegible] Vitam ne [illegible] apud Polybium [illegible]; & hæc [illegible] apud Polybium [illegible] Xenoph. [illegible] Quæ loca integra [illegible]

[illegible]) Polyb. [illegible]

Cap. III. 5. καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμῖν) Et videre desideramus. Eadem ellipsis est infra v. 12. & IV. 5. 1 Cor. I. 14. Hebr. IV. 2. V. 4. & apud Arrian. cap. 7, 1, 1. *Cupido cepit Alexandrum navigandi per Euphratem ac Tigrim in Persicum mare, fluminumque in mare exitus visendi*, καθάπερ τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τὴν ταύτῃ θάλασσαν, *quemadmodum*

lum, & Indi ostia, & quod ex ea parte est mare vicerat.

Cap. IV. 6. ὑπερβαίνειν) Proprie Polybius dicit ὑπερβῆναι τοὺς τῆς Ἀσίας ὅρους, pag. 2. lin. 24. *Quoties Asiæ fines transgredi sunt ausi, non solum de imperio, verum & de propria salute sunt periclitati.* Atque hinc translationem ductam ait Chrysostomus: Καλῶς εἶπε, μὴ ὑπερβαίνειν, καὶ γὰρ ἑκάστῳ ὁ Θεὸς ἀπένειμε γυναῖκα, καὶ ὅρους ἔθηκε τῇ φύσει, τὴν μίξιν ἐκείνην τὴν πρὸς τὴν μίαν, ὥστε ἡ πρὸς τὴν ἑτέραν, παράβασίς ἐστι, καὶ λῃστεία, καὶ πλεονεξία. *Bene dixit, non transgredi. Etenim cuique Deus attribuit uxorem, & terminos posuit naturæ, nempe concubitum cum una; quare concubitus cum altera, est transgressio, & latrocinium & habendi cupiditas.* Sic etiam Hieronymus hunc locum intellexit in Comment. Epist. ad Ephes. Cap. 4. *Diligenter observa, quia ad castitatem nos provocans, & volens uxoribus tantum esse contentos dixerit: Ne quis supergrediatur, & circumscribat in negotio fratrem suum, id est, ne suam conjugem derelinquens, alterius polluere quærat uxorem.* Eadem metaphora Epictetus dicit mœchum ἐπιβουλεύειν τῇ γυναικὶ τοῦ γείτονος, *insidiari uxori vicini* lib. 2. cap. 4. De rerum pretiis statuendis idem verbum exstat pag. 144. lin. 19. σπανίως δὲ τοῦτ' ὑπερβαίνουσι. *Idque pretium raro excedunt*; raro isti caupones majus a diversoribus poscunt pretium.

Ibid. ἐν τῷ πράγματι) Quam in Xenophon-

phonteis lectionibus attuli suspicionem de voce πρᾶγμα in significatione *uxoris*, eam non parum confirmat locus quidam Epicteti apud Arrianum lib. I. cap. II. init. *Quodam ad ipsum veniente qui magistratum gerebat, cum percontatus illum esset variis de rebus,* ἠρώτησεν εἰ καὶ τέκνα εἴη αὐτῷ καὶ γυνή; τοῦ δ' ὁμολογήσαντος, προσεπύθετο, πῶς τι οὖν χρῇ ΤΩ ΠΡΑΓΜΑΤΙ; ἀθλίως, ἔφη. *quaesivit, num etiam liberi & uxor ei essent? Quo annuente, insuper sciscitatus est: ut rebus istis uteris? Misere, inquit.* Sic & lib. 3. cap. 3. pag. 280. lin. 4. a f. πραγμάτιον dicitur *puella*, das Dingelchen, & pag. 352. lin. 10. a f. τὸ πρᾶγμα *matrimonium*. Nempe Graecis πρᾶγμα dicitur res quaelibet, de qua sermo ipsis est. Ita & Chrysostomus loquitur Comm. ad Eph. IV. pag. 970. A. ἐξῆν καὶ χρημάτων, ἐξῆν καὶ ἡδονῆς καὶ τρυφῆς μετέχειν μετὰ συμμετρίας. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀμέτρως ἐχρήσαντο ΤΩ ΠΡΑΓΜΑΤΙ, πάντα διέφθειραν. *Licebat & pecuniae, licebat & voluptatis & deliciarum moderate esse participes. Sed quoniam iis immoderate usi sunt, omnia corruperunt.* Et paulo post: μελέτῃ ΤΩ ΠΡΑΓΜΑΤΙ ἐχρήσαντο. *Ea re meditate usi sunt.* Loquitur vero de ἐργασίᾳ ἀκαθαρσίας, de qua Paulus Eph. IV. 19. Epictetus in Enchirid. cap. 36. Si philosophus esse vis, *vigilandum est, laborandum, a tuis recedendum: a puero contemni,* ἐν παντὶ ἧττον ἔχειν (cujus contrarium est πλέον ἔχειν sive πλεονεκτεῖν,) ἐν τιμῇ, ἐν ἀρχῇ, ἐν δίκῃ, ΕΝ ΠΡΑΓΜΑΤΙΩ παντί. *In omnibus deteriori conditione esse, in honore, in magistratu, in judicio, in negotio* quo-

quolibet, oportebit. Sic & pag. 279. lin. 7. a fine. & pag. 295. lin. 4. Eodem modo χρῆμα, synonymum fere τοῦ πράγματος, de homine dicitur apud Polyb. pag. 918. lin. penult. ἆρ᾽ οὐκ ἀνάγκη μέγα τι γεγονέναι χρῆμα καὶ θαυμάσιον τὸν Ἀγαθοκλέα; *Quis neget magnum profecto virum & admirabilem fuiße Agathoclem?*

Ibid. προείπαμεν ὑμῖν καὶ διεμαρτυράμεθα) Sic apud Polybium λέγειν & διαμαρτύρεσθαι conjunguntur pag. 1238. lin. 10. ἐντειλάμενος λέγειν τῇ συγκλήτῳ, καὶ διαμαρτύρασθαι, *qui mandatu suo Patribus conscriptis nuntiaret & testans fœdera diceret.* Sic infra II. 13.

Cap. V. 4. ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ.) Polyb. lib. 9. cap. 17. pag. 774. lin. 6. *Profectus Lacedæmone sub occasum Solis cum exercitu, quum id spatium tam celeriter perficere non potuißet,* ἀλλὰ ΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ ΚΑΤΑΛΑΜΒΑΝΟΥΣΗΣ, εἰκῇ καὶ ἀλόγως βιαζόμενος, αἰσχρῶς ἐξέπεσε. *Sed quum illusceret, temere ac contra rationem per vim conatus irrumpere, cum ignominia est repulsus.* Conf. Joh. XII. 35.

Ibid. v. 7. οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς μεθύουσι.) Apud Polybium Theopompus narrat, Philippum Amyntæ filium ebrietati deditum fuisse, ὥστε καὶ μεθ᾽ ἡμέραν πλεονάκις μεθύοντα καταφανῆ γενέσθαι τοῖς φίλοις, *adeo ut diurno etiam tempore ebrius ab amicis sæpe sit deprehensus,* pag. 1376. lin. 10.

In II. ad THESSALONICENSES.

Cap. I, 3. εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν) Ita Polybius dicit ὀφείλω εὐλογεῖν *caussa mihi est, cur laudare debeam*, pag. 914. lin. 3. *Locrenses nullum non honoris & humanitatis genus nobis rependerunt.* Διόπερ ΟΦΕΙΛΩ μᾶλλον εὐλογεῖν Λοκρούς, ἢ τοὐναντίον. *Ut caussa mihi sit, cur Locrenses laudare potius debeam, quam contrarium facere.* Pag. 783. lin. 7. ἀγαπᾶν ΟΦΕΙΛΕΤΕ Μακεδόνας, *cur Macedonas diligatis caussam habetis.*

Cap. II. 2. μήτε διὰ λόγου) Referenda etiam huc sunt verba sequentia, ὡς δι' ἡμῶν. Monet Apostolus non audiendum esse, si quis diem Domini jam tum instare dicat, verbisque suis auctoritatem prætexat Apostolicam, quasi vel ipse hoc ab Apostolis acceperit, vel certe ab iis, qui id ex Apostolis audissent. Chrysostomus per λόγον intellexit πιθανολογίαν sive vim dicendi atque persuadendi pseudodoctorum; nonnulli vero interpretantur sparsos hac de re aliorum hominum sermones atque rumores. Quo quidem sensu sæpissime Græci λόγον dicunt, ut Arrian. exp. Alex. 1, 7, 3. 1, 11, 10. & 13. 1, 12, 2. 1, 16, 6. 6, 12, 1. & 6. & aliis locis innumeris. Sed cum Apostolus paulo post v. 15. eodem modo loquatur: ἃς ἐδιδάχθητε εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν, ubi sane non aliorum sermo est, aliorum vero epistola: non video, quare

quare non & hic eorundem & sermonem & epistolam intelligi oporteat. Ita etiam Arrianus λόγους & γράμματα conjungit, de exp. Alex. I, 25, 5. λόγους τέ τινας καὶ γράμματα παρὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου τούτου ἐκόμισε. *Et mandata quædam & litteras ab hoc Alexandro attulit.* Nec non Polyb. pag. 409. lin. 5. Eodem sensu & Lucas dicit διὰ λόγου in Actis Apost. XV. 27. ad quem locum plura exempla dedimus. Sicut ergo epistolas, ita & sermones fingebant quasi auctoribus Apostolis.

Ibid. v. 4. *ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεός.*] Polyb. pag. 541. lin. 3. Antiochus βασίλισσαν ΑΠΟΔΕΙΞΑΣ τὴν Λαοδίκην, *Laodicem salutari Reginam jubet.*

Ibid. v. 8. *Τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ.*) Ita Tit. II. 13. dicit ἐπιφάνειαν τῆς δόξης, & Polybius τὴν ἐπιφάνειαν τῆς ἡμέρας pag. 340. lin. 2. καραδοκοῦντες ΤΗΝ ΕΠΙΦΑΝΕΙΑΝ τῆς ἡμέρας, *cupidis animis præstolantes ortum lucis.* Non sine caussa forsitan urgeri hic potest præpositio ἐπὶ in significatione *supra*; ut ἐπιφάνεια sit ejus, qui ex superiore loco sese profert atque conspiciendum exhibet. De cœlo enim Dominus noster descendet 1. Thess. IV. 16. & revelabitur 2. Thess. I. 7. *Suidas* certe annotat, ἐπιφαίνεσθαι, ὑψόθεν, sicut ὑποφαίνεσθαι, χαμόθεν. *Valesius* Annotat. in Euseb. Hist. Eccl. lib. 2. cap. 6. pag. 28. ad voces: Διὸς ἐπιφανοῦς, quas vertit: *Jovis præsentis*, hæc ha-

habet, digna sane, quæ huc transcribantur. Sic
„enim Latini, inquit, vocant, quoties de Diis
„loquuntur. *Ovidius* in libro 2. Tristium: *Per te*
„*præsentem conspicuumque Deum*. Recte ergo in
„veteribus glossis scribitur: *Præsens* ἐπιφανής.
„Hinc Antiochus ille Rex Syriæ, appellatus est
„ἐπιφανὴς ab assentatoribus Græcis, i.e. præsens
„& conspicuus Deus. Præsentias item Deorum
„vocant Latini, quas Græci ἐπιφανείας, quoties
„Dii aut seipsos hominibus videndos exhibue-
„rant, aut præsentiam suam aliquo illustri mira-
„culo declaraverant, ut docuit *Casaubonus* ad libr.
„12. Athenæi. Occurrit ea vox apud Plutar-
„chum in vita Marcelli, & apud Athenæum lib.
„15. Ubi de Admeta Sacerdote Junonis Argi-
„væ θεασαμένην δὲ τὴν τῆς ἥρας ἐπιφάνειαν. Et
„apud Proclum in Hesiodum pag. 155. De his
„Deorum præsentiis libros olim scripserant An-
„ticlides & Ister teste Plutarcho in libro de Mu-
sica. Hæc *Valesius*. Hinc Polybius ἐπιφανεστά-
τους θεοὺς dicit pag. 1398. lin. 8. *Callisthenes Ale-
xandrum in Deorum numerum referre noluit*. Τί-
μαιος δὲ μείζω ποιεῖ Τιμολέοντα τῶν ΕΠΙΦΑΝΕ-
ΣΤΑΤΩΝ ΘΕΩΝ. *Timæus vero Timoleontem supra
omnes Deos attollit*.

Ibid. v. 16. δοὺς - - ἐν χάριτι) *qui dedit ex
gratia*. Ita Polybius ἐν χάριτι dicit, quanquam
is de referenda gratia loquitur, pag. 254. lin. 6.
ἀντεδωρήσαντο χωρὶς λύτρων ΕΝ ΧΑΡΙΤΙ τοὺς παρ'
σφίσιν ὑπάρχοντας αἰχμαλώτους. *Quoscunque pe-
nes*

se habuerunt illorum captivos, referenda gratiæ pretio vicissim illis donarunt. Pag. 673. lin. 5. a e: δίδοται δὲ τοῖς μὲν συμμάχοις ἔτ' ΕΝ ΔΩ-Α. *Atque hoc sociis quidem gratis donatur.* It. g. 1177. lin. 22. & lin. 7. a f. & pag. 1278. lin. 5. a e. Et pag. 1294. lin. 25. Στρατονίκειαν ἐλάβομεν ΕΝ μεγάλῃ ΧΑΡΙΤΙ παρ' Ἀντιόχου. *Stratoceam pro magno beneficio ab Antiocho accepimus.*

---

n I. EPIST. ad TIMOTHEUM.

Cap. I. 4. μύθοις καὶ γενεαλογίαις) Utrumue verbum de fabulosis gentium familiarumue originibus adhibet Polybius lib. 9. cap. 2. ag 752. lin. antepen. Πολλῶν γὰρ καὶ πολλαχῶς ἐξηγηθημένων τά τε περὶ τὰς ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΑΣ ΚΑΙ ΜΥΘΟΥΣ, καὶ περὶ τὰς ἀποικίας, ἔτι δὲ καὶ συγγενείας καὶ κτίσεις. *Quum multi gentium familiarumque origines*, (quas μύθους, arbitror, ideo appellat, quia, ut Livius ait, poëticis magis decoræ fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur.) *Colonias antiquas, populorum cognationes, nec non urbium conditus multifariam & singillatim enarraverint.* Differuerat paulo ante de variis historiæ argumentis, quorum aliis alii lectores delectentur pag. 752. lin. 12. Τὸν μὲν γὰρ φιλήκοον ὁ ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΚΟΣ τρόπος ἐφίσταται· τὸν δὲ πολυπράγμονα καὶ περιτ-

τὸν, ὁ περὶ τὰς ἀποικίας καὶ κτίσεις καὶ συγγενείας, καθάπερ καὶ παρ' Ἐφόρῳ λέγεται· τὸν δὲ πολιτικὸν, ὁ περὶ τὰς πράξεις τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δυναστῶν. *Etenim qui fabulas libenter audit, eum descripta gentium & familiarum prosapia morantur: multa varieque & recondita historia curiosum, sermo de coloniis antiquis, de conditu urbium, de populorum inter ipsos cognatione, sicut cernere est apud Ephorum. virum politicum res gestas scire juvat nationum, civitatium, & eorum qui populis dominantur.* De quibus autem hic fabulis & genealogiis Paulus loquatur, Commentatores consulendi sunt, multum inter se dissidentes, in quibus *Ambrosius*, ab Erasmo citatus, ait: *Ne oblectarentur fabulis, quas narrare consueti sunt Judæi de generatione suarum originum, de Abraham & Isaac, & cæteris patriarchis.* Chrysostomus: οἶμαι δὲ καὶ Ἕλληνας αὐτὸν ἐνταῦθα αἰνίττεσθαι, ὅταν λέγῃ μύθοις καὶ γενεαλογίαις. ὡς τοὺς θεοὺς αὐτῶν καταλεγόντων. *Arbitror autem illum hoc in loco etiam gentiles significare voluisse, cum dicit: Fabulis & genealogiis. Quippe cum illi deorum suorum seriem enumerarent.* De quibus genealogiis deorum forsan etiam Polybii verba accipienda sunt.

Ibid. οἰκονομίαν) Non male hoc interpretantur Latini *ædificationem*; neque tamen propterea necesse est eos legisse οἰκοδομίαν. Nam οἰκονομία non tantum rei domesticæ administrationem significat, sed generatim quamcunque curam ad perficiendum aliquod opus necessariam;

iam; & speciatim apud Polybium de ædificandi ratione atque studio dicitur lib. 4. cap. 65. extremo, pag. 458. lin. 4. a f. *Philippus & arcem Oeniadarum per se valide munivit; & portui ac navalibus muro circumdato, arci illa conjungere cogitabat:* χρώμενος εἰς τὴν ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΝ ταῖς ἐκ τῆς Παιανίου παρασκευαῖς, *usus ad eam rem perficiendam iis apparatibus, quos Paeanio avexerat.* Domos enim hujus urbis demoliens, materiam & tegulas cum cura impositas ratibus ad Oeniadas per amnem devexerat, uti narrat Polybius ejusdem paginæ initio. (Quem locum, meo quidem judicio, recte interpretatus est Casaubonus, neque caussæ quidquam erat, cur ab eo discederet *Jac. Palmerius a Grentemesnil* in Exercitat. ad Polybium. Neque aliter judicabit, quisquis narrationem hujus rei totam perlegerit. Quæ enim sunt illæ ἐκ τῆς Παιανίου παρασκευαὶ, id est, materia ex diruto Pæanio, quibus ad exstruendos Oeniadarum muros usus est Philippus, si is materiam omnino nullam Pæanio ad Oeniadas devehendam curavit, quod *Gentemesnilius* contendit? Sed hæc obiter, & propterea tantum, ne minor sit harum annotationum fides, si ex Scriptore parum intellecto viderentur congestæ.) Et pag. 537. lin. 22. τοῦ δὲ ἀσμένως δεξαμένου τὴν ἐλπίδα, ταχεῖαν ἐλάμβανε τὸ πρᾶγμα τὴν ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΝ. *Oblatam spem latus Rex accipit; Theodotus brevi tempore ad exitum rem perducit.* Et verbum οἰκονομεῖν pro *facere, efficere, proficere* pag. 1249. lin. 14. οὔτ' ΩΙΚΟΝΟΜΗΚΟΤΕΣ πλεῖον

οὐδὲν

ὐδὲν τῶν πρότερον. *Cum legati nihil fecissent amplius quam antea.* Recte hoc intellexit Chrysostomus, qui in hujus loci enarratione οἰκοδομεῖν & ἀνύειν *perficere* atque οἰκονομεῖν tanquam synonyma usurpat: ἡ τοίνυν ζήτησις ἐναντία ἐςὶ τῇ οἰκονομίᾳ τοῦ Θεοῦ. Τί γὰρ ἀπὸ πίστεως οἰκονομεῖται; δέξασθαι τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ, καὶ γενέσθαι βελτίους, καὶ περὶ μηδενὸς ἀμφισβητεῖν καὶ ἀμφιβάλλειν, ἀλλ' ἀναπαύεσθαι· ἅπερ γὰρ ἡ πίςις ἤνυσε καὶ ᾠκοδόμησε, ταῦτα αὕτη καταςρέφει, ζητήσεις παρέχουσα, καὶ τὴν πίςιν ἐκβάλλουσα. *Quæstio igitur contraria est œconomiæ Dei. Quid enim a fide efficitur? ut recipiamus beneficia Dei, & meliores fiamus, & de nulla re dubitemus & ambigamus, sed acquiescamus. Quæ enim fides efficit & ædificat, illa hæc evertit, quæstiones præbens & fidem ejiciens.* Nempe ad œconomiam Dei pertinet, quidquid Deus hominum generi præstitit per Christum; quæ cuncta cum usui nostro sint destinata, non sine consilio forsitan Latini adhibuerunt vocabulum ædificationis, quod id planissimum arbitrarentur.

Ibid. v. 5. Τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας.) Dixerat v. 3. ἵνα παραγγείλῃς, jam illius παραγγελίας, quam & v. 18. repetit, brevem summam ponit, ut interpretatus est *Lutherus*; sive finem ostendit, ad quem referenda sit omnis illa præceptio. Nota est philosophorum disputatio de finibus bonorum & malorum, græce περὶ τελῶν. Finem autem sive extremum & ultimum de-

efiniunt id esse, ad quod cætera omnia referan-
ur. Quod Zeno quidem in eo posuit, ut Deo
btemperemus. Citatur enim ab Epicteto ejus
oc dictum lib. 1. cap. 20. pag. 85. lin. 19. ΤΕΛΟΣ
τὸ τὸ ἕπεσθαι θεοῖς, *finis est Diis obsequi*, h. e. si
ecte intelligo, summum præceptorum sum-
naque omnium sive finis hic est, ad quem omnia
ene vivendi recteque agendi consilia referri
portet. Ita & hoc loco forsitan nihil impediat
icere, verborum istorum τὸ τέλος τῆς ἐπαγγε-
λίας hanc esse sententiam: Timotheum eo, tan-
uam ad finem & scopum, spectare debere in
ræcipiendo, ut charitatem sectari doceat, ad
uam illi μῦθοι & γενεαλογίαι nihil faciant;
uæ propterea quoque videri queant ἀπέραντοι
. 4. dictæ, si vocabuli significatio admittat,
uod a fine illo aberrent. Uti enim τέλος ἀγα-
θῶν, ita & πέρας ἀγαθῶν pro fine, sive summo
onorum dicitur. Certe Chrysostomus jam ta-
e quid suspicatus est, ἀπέραντον inter alia inter-
retans *inutile*. Τί ἐστιν, ἀπεράντοις; ἤτοι πέρας
ὐδὲν ἐχούσαις, ἢ οὐδὲν χρήσιμον, ἢ δυσκατάληπτον
μῖν. *Quid est, ἀπεράντοις? vel finem nullum*
habentibus, vel nullam utilitatem, vel nobis percepta
difficilibus. Est autem hic translatio petita a via,
ui sæpe vita nostra, omnesque ejus actiones
omparantur; quam qui recte conficere cupit,
omnibus gressibus ad extremum atque finem
ive terminum viæ contendere debet. Quam
netaphoram Apostolus continuat ἐξετράπησαν
a via deflexerunt v. 6. Sic Arrian. de exp. Alex. 3,
21,

21. 7. ΕΚΤΡΑΠΕΝΤΑΣ δὲ ἔξω τῆς λεωφόρου ὁδοῦ, ὡς ἐπὶ τὰ ὄρη ἰέναι κατὰ σφᾶς οὐ μετέχοντας τῶν ἀμφὶ Βῆσσον τοῦ ἔργου. *Eos a publica via deflexos, montes petere, nec cum Besso consilia communicare.* Et metaphorice apud Polybium pag. 638. lin. 18. ΕΚΤΡΕΠΕΣΘΑΙ ΕΙΣ κακίαν *ad vitium deflectere.* Item pag. 639. lin. 1. Neque multum abludit ab hac metaphora participium ἀστοχήσαντες *a scopo aberrantes* v. 6.

Ibid. v. 7. μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται.) Elegantissimum hoc est, & tanquam proverbiale loquendi genus, quo notantur homines, qui neque ea quæ loquuntur satis intelligunt, neque quibus de rebus loquantur, considerant; præcipue ii, qui alios docere volunt, quæ ipsi non norunt; ut hoc loco qui legis doctores volebant esse, cujus tamen neque finem & scopum perspiciebant, neque veram sententiam habebant cognitam, neque præcipua capita tenebant, sed necessariis præceptis neglectis ad ματαιολογίαν, ad vanos ritus & ceremonias declinabant. Sic e contrario εἰδὼς τί λέγει dicitur homo prudens, & rem, de qua sermo est, probe considerans recteque intelligens, apud Polyb. Leg. 41. pag. 1183. lin. 11. a fine: οὗτοι μὲν ἐσχεδιακότες ἐφαίνοντο τοῖς κοινοῖς πράγμασιν· ὁ δ' Ἀρίσταινος μεγάλην εἵλκετο φαντασίαν, ὡς μόνος ΕΙΔΩΣ ΤΙ ΛΕΓΕΙ. *Hi quidem temere atque inconsiderate rem gessisse publicam existimati sunt: Aristanus vero opinionem magnam*

nam inde retulit, ut qui solus judicio utaretur. Hic cur Aristænus dicatur εἰδὼς τί λέγει, satis ex eo cognoscitur, quod cæteri, quibus is opponitur, dicantur ἐσχεδιακότες *temere atque inconsiderate egisse.* Similiter Epictetus homines non sapientes, & inconsiderate atque inconstanter loquentes nescire ait quid dicant, dissert. lib. 2. c. 21. p. 233. l. 24. ἐν οὖν τοιούτοις ἀνθρώποις ἀναστρεφόμενον, οὕτω τεταραγμένοις, οὕτως ΟΥΚ ΕΙΔΟΣΙΝ, οὔθ' ὅ, τι λέγουσιν, οὔθ' ὅ τι ἔχουσι κακὸν ἢ οὐκ ἔχουσιν. *itaq; cum inter tales verser homines, adeo perturbatos, adeo non scientes neque quid dicant, neque quid pro malo habeant aut non habeant.* Idemque de Academicis, illa sua ἐποχῇ officium omne pervertentibus, neque tamen considerantibus, quantum noxæ afferant vitæ hominum, ita ait pag. 231. lin. 18. ΤΙ δ' ΕΡΟΥΣΙ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΙΝΩΝ, ἢ πρὸς τίνας, καὶ τί ἔσται αὐτοῖς ἐκ τῶν λόγων τούτων, οὐδὲ καταβραχὺ πεφροντίκασι. *Quid vero dicant, & de quibus, aut ad quos, & quid consecuturi sint sermonibus istis, ne minimum quidem curant.* Uti vero hominem imprudentem atque imperitum ipsum ajunt nescire aut non intelligere quid loquatur: ita ad eundem fere modum οὐδὲν λέγειν *nihil dicere* usurpant de iis, qui falsa aut quæ nihil ad rem pertinent, loquuntur. Qua de re *Casaub.* Comment. in Theophrasti Charact. c. 8. Sic Arrianus in Indicis 3, 6. Κτησίης δὲ ὁ Κνίδιος τὴν Ινδῶν γῆν ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων. *Ctesias Cnidius Indiam reliquæ Asiæ æqualem esse magnitudine affirmat: sed errat.* Et in dissert. Epict.

Epict. lib. 3. cap. 2. *ὐδὲν ἥςηκας, non recte dixi, erras.*

Ibid. v. 9. *δικαίῳ νόμος ὐ κεῖται,*) Polyb. pag. 682. lin. 9. a f. τὺς ΝΟΜΟΥΣ ΚΕΙΣΘΑΙ *κακὺς*, *leges apud ipsos esse malas.* Duo alia exempla ex Euripide & Demosthene habet *Vict. Strigelius* in Hypomn.

Ibid. v. 10. *καὶ εἴ τι ἕτερον*) Polyb. pag. 983. lin. 7. *Quos domos, agros, urbes, aut quodcunque aliud tenerent, quod Regis fuerit,* ΚΑΙ ΕΙ ΤΙ ΕΤΕΡΟΝ *ἐςὶ τῦ βασιλέως.*

Ibid. v. 13. *ἀγνοῶν*) Polyb. pag 984. lin. 4. Πάλιν τὸν Ἀννίβαν *ἀνας άντα φάναι φασὶν* ΑΓΝΟΕΙΝ, *καὶ συγγνώμην ἔχειν, εἴ τι παρὰ τὺς ἐθισμὺς πράττει. Iterum surrexisse Hannibalem, & ignorantia lapsum se dixisse, dignumque esse, cui veniam tribuerent, si quid præter mores faciat.*

Ibid. v. 15. Πιςὸς ὁ λόγος] *Certus, verus hic* est *sermo*, neque quicquam ei subest falsi. Polyb. pag. 968. lin. 12. a f. *μή ποτε ὐ πειθῆς διὰ ταῦτα τοῖς ἐμοῖς* ΛΟΓΟΙΣ, *καίπερ ὖσι* ΠΙΣΤΟΙΣ. *Verbis meis, licet fide dignis, parum tamen fidei habeas.* Et pag. 803 lin. 10. *εὐπαραδεκτοτέρας καὶ* ΠΙΣΤΟΤΕΡΑΣ *ἐποίει τὰς ἰδίας ἐπινοίας. Ut facilius reciperentur & plus fidei invenirent sua consilia efficiebat.* Arrian. de exp. Alex. 2, 7, 3. *Alexander, simulac audivit Darium a tergo relictum, ἐπεὶ ὐ*

ΠΙΣΤΟΣ αὐτῷ Ο ΛΟΓΟΣ ἐφαίνετο; *quoniam illi parum certum hoc nuncium videbatur.* Plura exempla dabit olim, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, noster in Arrianum index. Sic infra III. 1. IV. 9. ubi Chrysostomus: πιστὸς ὁ λόγος, τουτέστιν, ἀληθής. Item 2. Tim. II. 11. III. 7.

Ibid. πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος) Ἀποδοχὴ item παραδοχὴ & πίστις sæpe tanquam synonyma fere usurpantur a Polybio; ex quo si non omnia, pleraque tamen afferre placet loca, in quibus elegantissimum verbum reperitur. Pag. 7. lin. 21. & 25. τῆς γὰρ ἀρχῆς ἀγνοουμένης ἢ καὶ νὴ Δί' ἀμφισβητουμένης, οὐδὲ τῶν ἑξῆς οὐδὲν οἷόν τε ΠΑΡΑΔΟΧΗΣ ΑΞΙΩΘΗΝΑΙ καὶ ΠΙΣΤΕΩΣ. ὅταν δ' ἡ περὶ ταύτης ὁμολογουμένη παρασκευασθῇ δόξα, τότ' ἤδη καὶ πᾶς ὁ συνεχὴς ΛΟΓΟΣ, ΑΠΟΔΟΧΗΣ τυγχάνει παρὰ τοῖς ἀκούουσιν. *Quando enim principium aut ignoratur, aut parum est certum: ne eorum quidem quæ deinceps sequuntur, quicquam assensum aut fidem potest mereri. Ubi vero certa & indubitata hujus notitia fuerit hominibus tradita: tunc & omnis quæ deinceps subjicitur narratio, cum assensu ab audientibus admittitur.* Pag. 62. lin. 8. a f. διὰ τὴν παρ' ἐκείνοις ΑΠΟΔΟΧΗΝ αὐτοῦ καὶ ΠΙΣΤΙΝ. *acceptum ipsis virum & cui facile fidem haberent.* Pag. 196. l. 14. παρ' ἐνίοις ΑΠΟΔΟΧΗΣ ΑΞΙΟΥΤΑΙ Φύλαρχος. *Nonnulli Phylarcho potiorem fidem habent.* Pag. 1367. lin. penult. μεγάλης ΑΠΟΔΟΧΗΣ ἔτυχε καὶ ΠΙΣΤΕΩΣ παρ' αὐτῷ. χρόνου δὲ προϊόντος εἰς τοῦτ' ἦλθε ΠΑΡΑΔΟΧΗΣ, ὥστε συνοικεῖν καὶ συγχωρίζειν τῷ Μαρκίῳ τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν. *Maximam gra-*

gratiam atque auctoritatem apud Regem est consecutus. Ac progreßu temporis eo gratiæ processit, ut regni negotia una cum Marcio administraret. Pag. 157. lin. 15. εἰ διὰ τῆς ἀλόγου καὶ ἐπιλήπτου λοιδορίας, ὑπέλαβε ΠΙΣΤΟΤΕΡΟΣ μὲν αὐτὸς φανήσεσθαι, ΠΑΡΑΔΟΧΗΣ δὲ μᾶλλον ΑΞΙΩΘΗΣΕΣΘΑΙ τὰς ἐγκωμιαστικὰς ἀποφάσεις αὐτοῦ περὶ Φιλίππου. *Si quidem importuna ac merito castiganda vituperatione id se consecuturum esse speravit, ut & sibi major auctoritas, & laudationibus Philippi major fides accederet.* Pag. 538. lin 11. af. διὰ τὸ θεωρεῖν τὸν ἄνδρα καὶ λέγειν καὶ πράττειν δυνάμενον, καὶ μεγάλης ΑΠΟΔΟΧΗΣ ΑΞΙΟΥΜΕΝΟΝ παρὰ ταῖς δυνάμεσι. *Hunc enim virum esse intelligebat, dicendi simul agendique peritum, & apud legiones præcipuæ auctoritatis.* Item p. 730. l. 18 af. & p. 484. l. 18. & p. 827. l. 15. *Hic ille suæ continentiæ & moderationis edito specimine,* μεγάλην ΑΠΟΔΟΧΗΝ ἐνειργάζετο τοῖς ὑποταττομένοις, *magna studia assequebatur eorum quibus imperabat.* Ex quibus locis apparet, licet ἀποδοχὴ sæpe idem fere quod πίστις declaret, interdum tamen præterea etiam significare studium quoddam & cupiditatem illius rei, ortam ex judicio de illius veritate atque præstantia. Ut proinde Paulus dicat, certissimam esse hanc doctrinam, & dignam quam omni studio summaque alacritate omnes amplectantur. Huc referri possunt, quæ de verbo ἀποδέχεσθαι ad Luc. VIII, 40. dicta sunt. Magis proprie ἀποδοχὴ usurpatur de excipiendo rege pag. 1093. lin. 2. *Populus Atheniensium cognito ejus adventu,* μεγαλοψύ-

...ψηφίσαιτο περὶ τῆς ἀπαντήσεως, καὶ τῆς ὅλης ...ΔΟΧΗΣ τοῦ βασιλέως, *de procedendo obviam ... & tota ratione ejus excipiendi magnifice decer...* Et pag. 1342. lin. 4. *Adfuit ibidem per id ...eas & Demetrius:* τυχὼν δὲ μετρίας ΑΠΟΔΟΧΗΣ ...αῦς, αὖθις ἀνεχώρησεν εἰς τὴν οἰκείαν, *qui mo... paratu ut puer, exceptus, in patriam denuo se ...ulit.*

Ibid. v. 16. τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν) *sum... e clementiam.* Magna est emphasis articuli, ...fixi nomini πᾶς, quod vel ex hoc loco ap...et; cui similia quædam apponemus, ut res sit ...ribus exemplis evidentior. Polyb. pag. 1391. penult. τὸ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὀργιζόμενον εἰς τὸ ...ν ἀσεβεῖν, ΤΗΣ ΠΑΣΗΣ ἀλογιστίας ἐστὶ σημεῖον. *... concepto adversus homines furore ad violandos ...im Deos ferri, summæ dementiæ est.* Pag. 1482. ... 15. a f. *Cum nulla necessitate impulsus ad scri...idum accesseris, veniam postea petere, si forte bar...re sis locutus,* ΤΗΣ ΑΠΑΣΗΣ ἀτοπίας εἶναι ση...ῖον, *extremæ imprudentiæ est.*

Cap. II. 1. ποιεῖσθαι ἐντεύξεις) Ἐντεύξεις ...eriq; recentiorum interpretantur preces quæ ...ro aliis hominibus fiant. Quod si verum est ...erba ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων non pertinebunt ad ...ήσεις neque ad προσευχὰς, sed & illa duo ge...era precum ad nos solos referentur; cum ta...nen nulla appareat caussa, quare εὐχαριστίαι qui...lem & ἐντεύξεις fieri debeant pro aliis homini...us, non vero δεήσεις & προσευχαί. An vero,

cum δέησις pro avertendis malis fieri credatur προσευχὴ autem pro consequendis bonis (quanquam alii aliter hæc distinguunt,) una ἔντευξις utrumque illud complectetur, atque tum adversas aliis res deprecabitur, tum prospera apprecabitur? Unde vero hic usus verbi ἐντεύξεως demonstrabitur? Nam Græci videntur hanc significationem ignorare, qui vel hæc omnia pro synonymis habent, vel certe prorsus aliter ἔντευξιν exponunt, ne ipsi quidem inter se consentientes. Ita enim Theophylactus: *Obsecratio autem & oratio, & postulatio, ceu idem significantia ab Apostolo sunt assumpta ob perspicuitatem quippe qui tot vocum congerie inevitabiliter citra excusationem facere efflagitet quod postulat, & ad quod hortatur.* *Nonnulli inter hæc discrimen curiose fecerunt, asseverantes δέησιν, id est obsecrationem, deprecationem, esse supplicationem quæ offertur pro liberatione e tristibus adeoque duris: προσευχὴν vero, id est orationem, petitionem esse bonorum: ἔντευξιν autem, id est, postulationem, sive interpellationem, accusationem impie agentium, & injuriam inferentium, qui sint incorrigibiles.* Sic & Hesychius quem citat Stephanus in Thesauro, ἔντευξις est ἀπάντησις κατὰ τῶν πλημμελησάντων, δέησις et ἐκδίκησιν. Ut cum quis magistratui ἐντυγχάνει id est, eum convenit & compellat ac pœnas ex poscit de iis a quibus injuriam accepit. Eodem modo Chrysostomus ἐντυχίαν exponit, ut est Suicero annotatum in Thesauro Ecclesiastico ἐντυχία λέγεται, ὅταν τις κατὰ τῶν ἀδικούντων

τυγχάνῃ τῷ Θεῷ, προσκαλέμενος αὐτὸν εἰς ἐκδίκησιν. *Ἐντυχία dicitur, cum quis adversus injuria afficientes interpellat apud Deum, eumque ad vindictam invitat.* Sed hoc quidem sensu non esset ἔντευξις ὑπὲρ, sed κατ᾽ ἀνθρώπων, ut Elias dicitur ἐντυγχάνειν κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ, Rom. XI. 2. Quare ista quidem sententia hic locum non habet. Aliter *Origenes* περὶ Εὐχῆς §. 44. cujus allegat Millius in N. T. hæc verba: Δεήσεις, τὰς ἐλλείποντός τινι μεθ᾽ ἱκεσίας περὶ τοῦ ἐκείνου τυχεῖν ἀναπεμπομένας εὐχάς. Προσευχὰς, τὰς μετὰ δοξολογίας, περὶ μειζόνων μεγαλοφυέστερον ἀναπεμπομένας ὑπὸ τοῦ προσευχομένου. ΕΝΤΕΥΞΕΙΣ, τὰς ὑπὸ τοῦ παῤῥησίαν τινὰ πλείονα ἔχοντος, περί τινων ἀξιώσεις πρὸς Θεόν. Εὐχαριστίας, τὰς ἐπὶ τῷ τετυχηκέναι ἀγαθῶν ἀπὸ Θεοῦ μετὰ εὐχῶν ἀνθομολογήσεις. *Rogationes, ejus cui aliqvid deest, suppliciter pro eo adipiscendo missas preces. Apprecationes, preces cum celebratione, pro majoribus bonis magnanimiter ab apprecante missas. Compellationes, petitiones ad Deum pro rebus aliquibus, ab eo factas, qui majorem quandam habet fiduciam. Gratiarum actiones, laudationes cum precibus propter accepta a Deo bona.* Origenes ergo omne discrimen ἐντεύξεως ponit in sola παῤῥησίᾳ precantis. Quod vero communis illa opinio jam a Lutheri, ut videtur, temporibus inveterarit, factum inde arbitror, quia ἐντυγχάνειν in N. T. significat rogare pro aliquo, quanquam cum præpositione ὑπὲρ, Rom. VIII. 27. 34. & Hebr. VII. 25. nam absolute quidem & per se significat *convenire aliquem*

quem cumque compellare, cum eo colloqui, ut Act. XXV. 24. & Arrian. de exp. Alex. 3, 16, 9. Ἔνθα δὴ καὶ τοῖς Χαλδαίοις ἐνέτυχεν, καὶ ὅσα ἐδόκει Χαλδαίοις ἀμφὶ τὰ ἱερὰ τὰ ἐν Βαβυλῶνι, ἔπραξε. *Chaldaeos quoque in hac urbe consuluit, & quaecunque circa sacra, quae Babylone fiebant, monuerant, peregit.* Quin imo latius etiam patet, & *occurrere* sive *obviam venire alicui, incidere in aliquem* sive hominem sive locum, sive rem quamlibet aliam, notat apud eundem praef. 5. & 1, 26, 4. 2, 3, 5. 2, 13, 11. 2, 10, 8. 2, 11, 6. unde & ἐντυγχάνων incidens in aliquem librum pro lectore dicitur. Polyb. pag. 4. lin. antep. & pag. 5. lin. 11. & pag. 51. lin. 5. & pag. 1398. lin. 24. Arrian. praef. Comm. Epict. Quas omnes fere significationes habet etiam nomen ἔντευξις, cujus exempla eo, quo ex Polybio annotavi ordine, adscribam. Lib. 5. cap. 35. pag. 531. lin. 6. Διόπερ τὸ μὲν πρῶτον ΕΝΤΕΥΞΕΙΣ ΕΠΟΙΕΙΤΟ, παρακαλῶν μετὰ χορηγίας τῆς καθηκούσης καὶ δυνάμεως αὐτὸν ἐκπέμψαι· μετὰ δὲ ταῦτα παρακουόμενος, ἠξίου μετὰ ΔΕΗΣΕΩΣ, μόνον αὐτὸν ἀπολῦσαι μετὰ τῶν ἰδίων οἰκετῶν· τοὺς γὰρ καιροὺς ἱκανὰς ὑποδεικνύειν ἀφορμὰς αὐτῷ πρὸς τὸ καθικέσθαι τῆς πατρῴας ἀρχῆς. *Regem igitur adire primo, hortarique, ut rebus necessariis ac milite instructum se dimittat: deinde quum negligenter audiretur, precibus etiam & etiam contendere, quo abeundi sibi cum sua dumtaxat familia veniam daret: ipsa namque tempora satis luculentas sibi regni patrii recipiendi occasiones suppeditare.* Pag. 564. lin. 16. a fine:

Leon-

Leontius qui fraudem suorum ducum ignorabat, consternatione illorum perterritus, misit ad Antiochum, qui pro securitate omnium qui in urbe erant, paciscerentur. ὁ δὲ βασιλεὺς δεξάμενος τὴν ΕΝΤΕΥΞΙΝ, συνεχώρησε δώσειν τοῖς ἐλευθέροις τὴν ἀσφάλειαν. *Rex acceptis conditionibus quæ offerebantur, liberis nihil se nociturum pollicetur.* Pag. 571. lin 18. a f. *Ptolemæum quidem certe periculum summæ rerum facere nequaquam ausurum. idem cum Antiocho & legati sentiebant,* διὰ τὸ τὰς ΕΝΤΕΥΞΕΙΣ αὐτοῖς τὸν Σωσίβιον φιλανθρώπως ΠΟΙΕΙΣΘΑΙ, *ea maxime conjectura ducti, quod de negotiis perquam humane cum ipsis tractaverat Sosibius.* Pag. 582. lin. 11. a f. ὃς ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΣ ἰδίᾳ τὴν ΕΝΤΕΥΞΙΝ πρὸς Γαρσύηριν. *Is re arcano cum Garsyere communicata.* Pag. 1133. lin. 21. *Ignorantia labi ipsum dixit, planeque ab utilis sibi consilii via aberrare,* οὐ μόνον κατὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ΕΝΤΕΥΞΙΝ, ἀλλὰ κατὰ τὴν πρὸς τὸ συνέδριον, *non in hoc solummodo privato secum colloquio: sed etiam cum in concilio verba fecit.* Pag. 1416. lin. 15. a f. *Ab his deinde ad convivia & compotationes transibat, ac maximam vitæ partem his in rebus atque in hujusmodi contubernio exigebat.* ὃν δέ ποτε χρόνον τῆς ἡμέρας ἀπεμέριζε πρὸς ΕΝΤΕΥΞΕΙΣ, *quod si interdum aliquod diei tempus audiendis negotiis vacabat, &c.* Et sicut ἐντυγχάνων est lector, ita & ἔντευξις *lectio.* Polyb. lib. 1. c. 1. *Ipsa rerum novitas vel per se facile quemvis alliciet incitabitque, sive juvenem sive senem,* πρὸς τὴν ΕΝΤΕΥΞΙΝ τῆς πραγματείας, *ad historiæ hujusce lectionem.* Pag. 572. lin. 12. πολλοὺς ἐφέλκονται

πρὸς ΕΝΤΕΥΞΙΝ τῶν ὑπομνημάτων, *multos alliciunt ad lectionem suorum operum.* Non ergo ἔντευξις per se significat interpellationem pro aliis, sed generatim congressum, colloquium, compellationem, preces denique quosvis, ut etiam ex I. Tim. I. 5. apparet, & Isocr. ad Demon. ΤΑΣ ΕΝΤΕΥΞΕΙΣ μὴ πυκνὰς ΠΟΙΟΥ τοῖς αὐτοῖς. *Ne crebrius cum iisdem colloquere & congredere.* Et Plutarcho in Solone ἡ πρὸς Κροῖσον ἔντευξις, *congressus & colloquium cum Croeso.* Idem in suo περὶ δυσωπίας libello dicit, πρὸς ἡγεμόνας ἐντεύξεις, *compellationes, quibus nimirum compellantur & conveniuntur aliqua de re.* Quæ loca Stephanus collegit in Thesauro. Quibus *Priceus* addit ex eodem Plutarcho in vita Numæ, τὰς πρὸς τὸ θεῖον ἐντεύξεις. Unde ἐντευκτικὸς dicitur, *ad quem facilis patet aditus, qui adeuntibus facilem se præbet.* Neque tamen nego, ἐντεύξεις ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων esse preces pro omnibus hominibus; sed hoc tantum dico, non minus etiam δεήσεις & προσευχὰς ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων esse intelligendas, cum utraque vox sæpissime hac significatione & constructione reperiatur; & δέησις quidem Rom. X. 1. δέησις ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ. 2. Cor. I. 11. IX. 14. Phil. I. 4. Jac. V. 16. item δέομαι Act. VIII. 24. δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ. & Luc. XXII. 32. Προσευχὴ vero Act. XII. 5. προσευχὴ ὑπὲρ αὐτοῦ. Rom. XV. 30. Col. IV. 12. Philem. 22. Jac. V. 17. 18. nec non προσεύχομαι Luc. VI. 28. Act. VIII. 15. IX. 40. Phil. I. 9. Col. IV. 3. 1. Thess. V. 25. Hebr. XIII. 18. Jac. V. 14. Ex hisce tot locis mihi

hi non eſt dubium, quin tria hæc vocabula, δέησις, προσευχὴ & ἔντευξις promiſcui ſint uſus, & hoc quidem loco emphaſeos cauſſa cumulentur ad preces pro aliorum ſalute tanto magis commendandas. Interim non improbo receptam a plerisque Theologis precum diviſionem, licet eam his verbis contineri non exiſtimem.

Ibid. v. 2. πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων.) Polyb. pag. 538. med. τυχὼν δὲ ταύτης τῆς ἐξουσίας, ΠΑΣΙ μὲν ἐφθόνει ΤΟΙΣ ΕΝ ΥΠΕΡΟΧΑΙΣ ΟΥΣΙ τῶν περὶ τὴν αὐλήν. *Tantam autem hanc adeptus dignitatem, omnibus qui auctoritate & gratia apud Regem valebant, invidere cepit.* Item Epict. Enchirid. c. 51. Pro ipſis Regibus exſtat pag. 1282. lin. 12. a f.

Ibid. v. 4. εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας) Arrian. Epict. pag. 228. lin. 9. λαβών τις παρὰ τῆς φύσεως μέτρα καὶ κανόνας ΕΙΣ ΕΠΙΓΝΩΣΙΝ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ. *Accipiens quis a natura regulas & menſuram cognoſcendæ veritatis.* Conf. 2. Tim. III. 7.

Ibid. v. 6. καιροῖς ἰδίοις) *temporibus congruentibus* ſive *convenientibus*, ut interpretatur Chryſoſtomus: τὸ δὲ, καιροῖς ἰδίοις, τουτέστι, τοῖς προσήκουσιν. Ita etiam Polybius loquitur pag. 44. lin. 18. *Nequaquam exſpectarunt, donec caſtris in planum delatis aciem inſtruerent:* χρώμενοι δὲ τοῖς

ΙΔΙΟΙΣ ΚΑΙΡΟΙΣ, *quin potius tempore usi suo, luce prima utrinque ad collem succedunt.* Sic infra VI. 15. & idem Polyb. pag. 775. lin. 19. παραλιπεῖν τοὺς ΙΔΙΟΥΣ ΚΑΙΡΟΥΣ, *occasionem prætermittere.* Conf. Gal. VI. 9.

Ibid. v. 9. κοσμεῖν ἑαυτὰς] Polyb. pag. 765. lin. 16. a f. *ita ut patriæ suæ gloriam amplificarent:* μὴ γραφαῖς καὶ τύποις, ἀλλὰ σεμνότητι καὶ μεγαλοψυχίᾳ ΚΟΣΜΟΥΝΤΑΣ αὐτήν. *non tabulis & typis, sed gravitate morum publicorum, & animi magnitudine ipsam decorantes.* Quas autem Paulus virtutes in mulieribus requirit, easdem & Epictetus & quidem iisdem verbis Enchir. cap. 62. *Mulieres in ornatu spem collocant omnem. Quare opera pretium est, dare operam, ut sentiant, sibi non ob aliud honorem haberi, ἢ τῷ ΚΟΣΜΙΑΙ φαίνεσθαι, καὶ ΑΙΔΗΜΟΝΕΣ, ἐν ΣΩΦΡΟΣΥΝῌ, nisi quod & modestas se præbeant, & verecundas cum temperantia.* Ubi Wolfius contendit debere legi σὺν σωφροσύνῃ.

Cap. III. 5. Εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε] Similis sententia apud Polybium pag. 1389. lin. 16. a fine: *Erat autem Philopœmen & in ipso victu accuratus, & in omni apparatu tenuis, cum hanc sententiam a supra dictis viris accepisset,* ὡς οὐχ οἷόν τε τῶν κοινῶν προστατεῖν καλῶς, τὸν ὀλιγωροῦντα τῶν κατὰ τὸν ἴδιον βίον· *fieri non posse ut is reipublicæ recte præesset, qui in privata vita esset negligens.*

Ibid.

Ibid. v. 14. ἐλπίζων) *sperans*, i. e. etsi spero. Non enim spes hæc citati adventus fuit causa instructionis factæ, sed cautio prudens, ne forte si hæc spes fallat, desit Timotheo monitum necessarium, juxta v. seq. *Schomerus.* Quem usum participiorum etiam *Posselius* annotavit in syntaxi partic. reg. 6. Nonnunquam participia commutanda sunt verbis, cum *etsi* vel *etiamsi*, ut: ἀνὴρ εὐεργέτης καὶ ἀγαθὸς ἐν ἀχαρίστοις ὑπάρχων, ὅμως οὐ διαστρέφεται, *vir bonus & beneficus etiamsi versatur inter ingratos, tamen non mutatur.* Sic apud Arrian. de exp. Alex. 4, 19, 10. *Darii uxoris (quæ formosissima omnium Asiæ mulierum habita fuit) aut desiderio tactus non fuit, aut cupiditati suæ imperavit,* νέος τε ὤν, καὶ τὰ μάλιστα ἐν ἀκμῇ τῆς εὐτυχίας, *quanquam in ipso ætatis flore, summaque felicitatis culmine constitutus.* Polyb. pag. 1110. lin. 3. Δοκούσης τῆς εὐχαριστίας ὑπερβολικῆς γενέσθαι, θαῤῥῶν ἄν τις εἴπεν· διότι πολὺ καταδεεστέραν εἶναι συνέβαινε τοῦ τῆς πράξεως μεγέθους. *Etsi videtur ejusmodi gratiarum actio modum excessisse: audacter tamen dicere queat aliquis; longe inferiorem eam fuisse meriti illius magnitudine.*

Ibid. v. 16. ὁμολογουμένως) Polyb. p. 426. l. 6. & 23. χρησιμώτατον ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝΩΣ *optimum sine controversia.* P. 445. l. 17. a f. ἄνδρας δ' ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝΩΣ ἀρίστους ἀεὶ τρέφουσα Κρηταιέων, *civium educatrix, qui sine controversia cæteris Cretensibus semper præstabant.* Item p. 447. l. 26. & pag. 469. med. Τῷ ὁμολογουμένῳ opponitur τὸ ἀπορούμενον pag. 882. lin. 8. Ἐν ᾧ δὴ καιρῷ τὸ παρ' ἐνίοις ἀπορούμενον

γένμενον, ὥστε παρὰ πᾶσιν ὁμολογέμενον ἐγένετο καὶ συμφανές. *Quo sane tempore res apud multos controversa, confessione omnium clare est probata.*

Ibid. ἐπιστεύθη) Polyb. pag. 712. lin. 21. Μάλιστα μὲν τοιαύτας ζητεῖν δεῖ πίστεις, δι' ὧν ὁ ΠΙΣΤΕΥΘΕΙΣ ὐ δυνήσεται τὴν πίστιν ἀθετεῖν. *Præcipuum quidem illud est, ut vincula fidei ejusmodi accipiamus, per qua is cui fidis, mutare fidem nequeat.* Pag. 735. lin. ult. *Ita Achaus quum nihil eorum prætermisisset, quæ ratio recta suadebat,* ὑπὸ δὲ τῆς τῶν ΠΙΣΤΕΥΘΕΝΤΩΝ ἡττηθεὶς ἀθεσίας, κατεστρέψατο τὸν βίον, *illorum perfidia victus quibus fidem habuerat, diem supremum obiit.* Pag. 737. lin 16. a f. ΕΠΙΣΤΕΥΟΝΤΟ παρὰ τοῖς Ταραντίνοις. *Tarentinis fidem suam probarunt.*

Cap. IV. 8. πρὸς πάντα ὠφέλιμος) Polyb. pag. 483. lin. 13. *Aratus monet Philippum, quoties aut amici aut socii accusatio aliqua delata fuerit, diligentissime ut omnia prius inqvirat, quam accusationi fidem habeat. nam & regium hoc esse,* καὶ ΠΡΟΣ ΠΑΝ ΣΥΜΦΕΡΟΝ, *& ad omnia conducibile.*

Ibid. ἐπαγγελίαν ἔχουσα) Arrian. Epict. lib. 1. cap. 4. pag 17. lin. 2. εἰ δ' ἀρετὴ ταύτην ΕΧΕΙ τὴν ΕΠΑΓΓΕΛΙΑΝ, εὐδαιμονίαν ποιῆσαι. *Quodsi hoc de se promittit virtus, se nimirum conciliatricem esse felicitatis.* Sed præstat hic passivo sensu accipere, ut Hebr. VII. 6. τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας εὐλόγηκε.

Ibid.

Ibid. v. 12. Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω,) Ita juventus regis Philippi contemnebatur, apud Polyb. pag. 510. lin. 15. ἅτε καὶ τῆς ἡλικίας ἐχούσης ἀκμὴν ΕΥΚΑΤΑΦΡΟΝΗΤΟΝ τῆς τοῦ βασιλέως. *quum præsertim ea rex ætate esset, quæ apprime contemtui est obnoxia.* Facit huc etiam nonnihil locus de eodem rege pag. 523. sub fin. ἐλπίσαντες δὲ ὡς παιδίῳ νηπίῳ χρήσασθαι τῷ Φιλίππῳ, διά τε τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν ἀπειρίαν· τὸν μὲν Φίλιππον εὗρον τέλειον ἄνδρα, καὶ κατὰ τὰς ἐπιβολὰς καὶ κατὰ τὰς πράξεις· αὐτοὶ δὲ ἐφάνησαν ΕΥΚΑΤΑΦΡΟΝΗΤΟΙ καὶ παιδαριώδεις, ἔν τε τοῖς κατὰ μέρος καὶ τοῖς καθόλου πράγμασιν. *Qui speraverant cum Philippo sibi tanquam cum puero infante rem futuram, & propter ætatem & propter imperitiam: Philippum quidem & in suscipiendis & in exequendis consiliis perfectæ ætatis virum erant experti: ipsi vero tam in singulorum administratione, quam in bello universo nullius momenti homines atque puerilis ingenii apparuerant.* Vid. Annot. Xenoph.

Ibid. v. 14. μετὰ ἐπιθέσεως) Eodem sensu legitur μετὰ apud Polybium pag. 609. lin. 4. a f. *Ac prima quidem sine ulla arte & naturæ impetu constituitur unius dominatio:* Ταύτῃ δ' ἕπεται καὶ ἐκ ταύτης γεννᾶται ΜΕΤΑ κατασκευῆς καὶ διορθώσεως βασιλεία. *hanc sequitur atque adeo ex ea originem habet, cum accessit ars & emendatio.*

Ibid. v. 15. Ταῦτα μελέτα] Epictetus apud Arrianum lib. 1. cap. 1. pag. 7. med. ΤΑΥΤΑ ἔδει ΜΕΛΕΤΑΝ τοὺς φιλοσοφοῦντας, ταῦτα καθ' ἡμέραν

ἡμέραν γράφειν, ἐν τούτοις γυμνάζεσθαι. Item pag. 100. lin. 8. & 4. a f. ΤΑΥΤΑ ΕΜΕΛΕΤΑ Σωκράτης. - - ἡμεῖς δὲ θέλομεν πάντα μᾶλλον ἀσκεῖν καὶ μελετᾶν. Sed de hoc verbo conferantur Annotationes Xenophonteæ.

Ibid. ἡ προκοπὴ) Sic apud Arrianum, pag. 17. lin. 5. Η ΠΡΟΚΟΠΗ πρὸς τὴν ἀρετὴν. *profectus ad virtutem.* De quo profectu, qui studio & exercitatione paratur, plura apud eundem disserit Epictetus lib. 3. cap. 6.

Cap. V. 4. ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι) Polyb. pag. 1462. lin. ult. καλὰς ΑΜΟΙΒΑΣ ΑΠΕΔΩΚΕΝ αὐτῷ, *praclare ei vicem retulit.*

Ibid. v. 12. τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν.) Phrasis τὴν πίστιν ἀθετεῖν exstat in Polybio pag. 712. lin. 21. μάλιστα μὲν τοιαύτας ζητεῖν δεῖ πίστεις, δι' ὧν ὁ πιστευθεὶς οὐ δυνήσεται ΤΗΝ ΠΙΣΤΙΝ ΑΘΕΤΕΙΝ. *Præcipuum quidem illud est, ut vincula fidei ejusmodi accipiamus, per qua is cui fidis, mutare fidem nequeat.* Pag. 901. lin. 15. *Quasi vero ignoret quisquam vestrum, istos fluxa fide antea usos, a Pœnis ad nos transiisse;* νῦν δὲ πάλιν ΑΘΕΤΗΣΑΝΤΕΣ τοὺς ὅρκους καὶ ΤΗΝ ΠΙΣΤΙΝ, ἐχθροὺς ἡμῶν σφᾶς αὐτοὺς ἀναδεδείχασι· *nunc vero spretâ iterum jurisjurandi religione ac fide hostes populi Romani repente esse factos.* Item pag. 1201. l. 7. ἀθετησάντων τὰς πρὸς τὸν βασιλέα πίστεις, *fidem Regi non servantibus.* & pag. 1433. lin. 7. Dicit quidem Polybius

etiam

etiam τὴν πρώτην πίςιν, sed alio, ut opinor, quam hic sensu, pag. 877. lin. 15. a fine. *Quod si vitam quoque suam dictis congruentem qui monet exhibuerit*, ἀνάγκη λαμβάνειν ΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ ΠΙΣΤΙΝ τὴν παραίνεσιν, *ejus cohortatio ut pondus habeat quod haberi queat maximum, necessum est.*

Ibid. v. 14. μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν.) Polyb. p. 1244. lin. 16. a fine: μὴ διδόναι τοῖς ἐχθροῖς ἀφορμὴν εἰς διαβολὴν, *ne hostibus calumniandi occasio deretur.*

Ibid. v. 19. κατηγορίαν μὴ παραδέχου) Polyb. pag. 1193. lin. 13. a f. καὶ τῶν Ρωμαίων γνωσθέντων, ὅτι ΠΡΟΣΔΕΧΟΝΤΑΙ ΤΑΣ κατὰ Φιλίππου ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΣ. *Estque fama vulgata, Romanos crimina querimoniasque de Philippo non aspernari.* Et pag. 1358. lin. 5. a fine. Ἐπιδέχεσθαι pag. 1453. lin. 14. & δέχεσθαι pag. 483. lin. 11. eodem modo usurpantur.

Ibid. v. 21. Διαμαρτύρομαι) Polyb. lib. 3. cap. 15. pag. med. Ρωμαῖοι μὲν οὖν ΔΙΕΜΑΡΤΥΡΟΝΤΟ Ζακανθαίων ἀπέχεσθαι. *Romani Deum fidem obtestantes monebant, ut Saguntinis abstineret.* Conf. Annot. Xenoph.

Ibid. v. 22. ταχέως) *cito*, i. e. temere. Polyb. pag. 1093. lin. 11. a f. *Postremo tantos ei honores decreverunt*, ἡλίκας ΟΥΔΕΝΙ ΤΑΧΕΩΣ τῶν πρότερον εἰς αὐτοὺς εὐεργετῶν γεγονότων, *quantos ne-*

nemini unquam temere ex omnibus, quos ante hanc memoriam bene de se meritos agnoverunt. Nos hoc sensu dicimus leicht; quomodo & accipi potest apud eundem pag. 1193. lin. 19. *Romam convenerunt legati ex Græcia tanto numero, quantus vix unquam ante fuerat conspectus*, ὅσον οὐ ΤΑΧΕΩΣ πρότερον.

Cap. VI. I. ὑπὸ ζυγὸν] Polyb. pag. 479. lin. ult. *Apelles id agebat, ut paulatim Achæos jugo subderet*, ἄγειν ὑπὸ τὸν ζυγόν.

Ibid. v. 4. Τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος) τυφοῦσθαι non tantum *inflari*, sed etiam *dementem esse* significat, apud Polybium lib. 3. cap. 81. pag. 322. lin. 8. *Si quis inter imperatorias virtutes ullam potiorem ducit, cura explorandi ingenium ac naturam ducis adversariorum*, ἀγνοεῖ καὶ ΤΕΤΥΦΩΤΑΙ, *is errat & cæca mentis caligine laborat.* Sic & Demosth. Philip. 3. pag. 46. C. lin. 5. ἂν δὲ ληρεῖν καὶ ΤΕΤΥΦΩΣΘΑΙ δοκῶ, μήτε νῦν, μήτ' αὖθις ὡς ὑγιαίνοντί μοι προσέχητε. *Si nugari & mentis affici errore videbor: neque nunc neque inposterum mihi ut sano auscultetis.* Et pro Cor. οὐ δὴ ποιήσω τοῦτο· οὐχ οὕτω ΤΕΤΥΦΩΜΑΙ. *Nequaquam faciam hoc: non ita sum amens.* Et rursum idem, ἀλλ' ἐγὼ μαίνομαι καὶ ΤΕΤΥΦΩΜΑΙ νῦν κατηγορεῖν. *Sed ego insanio & stolidus sum qui nunc accusem.* Ubi sicut μαίνομαι & τετύφομαι copulantur, ita τετυφωμένος & μανικὸς apud Aristotelem in Problematis, quærentem διὰ τί οἶνος τετυφωμένους

ποιεῖ καὶ μανικῶς. Vide Stephanum in Thes. Gr. Linguæ.

Ibid. v. 5. διεφθαρμένων τὸν νοῦν,) Polyb. pag. 1398 lin. 21. διότι καθόλου ΔΙΕΦΘΑΡΤΑΙ ΤΗ ΨΥΧΗ, *quod ingenio fuerit plane corrupto, qui ejusmodi sententias commentariis suis prodiderit, easque opiniones legentium animis infuderit.*

Ibid. v. 12. Ἀγωνίζου ἀγῶνα) Polyb. lib. 1. c. 4. p. 5. lin. 6. a f. οὔτ' εἰργάσατο ἔργον, οὔτ' ΗΓΩΝΙΣΑΤΟ ΗΓΩΝΙΣΜΑ, *neque opus fecerat, neque certamen certaverat.* Arrian. Epict. pag. 393. lin. 3. ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ τὸν μέγιστον ΑΓΩΝΙΖΟΜΕΝΟΙΣ, *maximo certamine occupatis.*

Ibid. v. 20. κενοφωνίας) Hæ videntur esse, cum quis vanos sine mente sonos emittit, ne ipse quidem intelligens quid loquatur, aut quæ notio subjecta sit vocibus, quibus utitur. Ita Epictetus dicit ἀσήμως καὶ κενῶς φθέγγεσθαι τὰς φωνάς, lib. 2. cap. 17. pag. 203. lin. 11. a f. οὐδεὶς ἡμῶν πρὸ σοῦ ἔλεγεν ἀγαθὸν ἢ δίκαιον; ἢ μὴ παρακολουθοῦντες τί ἐστι τούτων ἕκαστον, ἀσήμως καὶ ΚΕΝΩΣ φθεγγόμεθα τὰς ΦΩΝΑΣ; *An nemo nostrum ante te usurpabat vocabula boni & justi? An vero non intelligentes quid sit horum quodque, sine ulla significatione & inaniter pronunciamus has voces?* Et pag. 204. lin. 3. *Quis nostrum non dixit salubre esse aliquid aut morbosum, priusquam Hippocrates nasceretur?* ἢ ΚΕΝΩΣ τὰς ΦΩΝΑΣ ταύτας ἀπηχοῦμεν; *An vero inaniter has voces personamus?*

In II. EPIST. ad TIMOTHEUM.

CAP. I. 6. *ἀναζωπυρεῖν*] Liceat hic inserere luculentam accuratissimamque Commentationem Illustris Ecclesiarum Luneburgensium Præsulis Excellentissimique Theologi, *Polycarpi Lyseri*, qui hoc dedit suo in me amori plane singulari, nullisque unquam officiis provocato, ut Litteris honorificentissime scriptis munus Ecclesiasticum mihi gratularetur. In quibus cum vim atque significationem verbi hujus *ἀναζωπυρεῖν* eruditissime demonstrarit, quantum illarum huc pertinet, pace Viri summi transcribam; gratias simul agens tam insigni Ipsius benevolentiæ atque favori immortales. Gratulor munus noviter demandatum, & honores divinitus obtingentes precor Tibi ac Ecclesiæ vel maximè salutares. Benedicat cœlitus Numen Supremum laboribus sanctis & onus Ministerii gravissimum suo suffulciat robore! Equidem ut paucis multa, imo omnia complectar, quæ votis pietatis Tibi novello Pastori dedicatis exprimere satago, revoco in mentem verba Pauli 2. Tim. I. 6. ad Timotheum scribentis: *Ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ*. Delegi hæc verba præ reliquis Tui gratia nunc repetenda, cum observaverim eorum Te habuisse rationem in Annotationibus Philologicis in N. T. quas ex Xenophonte collectas annis abhinc se-

ferè ſenis publici feciſti juris. Uterque locus abs Te adductus & antehac ab Henrico Stephano notatus Theſaur. Græc. Ling. Tom III. p. 626. commodè adhibetur ad illuſtrandum effatum Paulinum. Debebat nimirum Timotheus, qui ad gerendum bella Domini erat vocatus, contra adverſantes operi Domini hoſtes plurimos novo quaſi ardoris robore cœlitus armatus pugnare, cauſæ ſuæ bonitati confiſus contra audentior ire, bonam militiam militare 1. Tim. I. 18. in gratia Jeſu Chriſti nova ſemper virtute munitus inſtar boni Ejus militis quævis mala ſufferre 2. Tim. II. 1. 3. bonum certamen fidei certare 1. Tim. VI. 12. & illi certamini ſtrenuè immorari ac immori, exemplum Pauli ſecutus 2. Tim. IV. 6. 7. ut fortiter pro doctrina ſalutari & pro grege ſuo pugnans & ſeipſum & audientes ſemet ſervaret. 1. Tim. IV. 16. Neque fortasſis abſonum quid enunciarem, ſi Paulum dicerem urgere Timotheum eique calcar addere, ut inſtar equi generoſi & exardeſcentis curſum inceptum, ſemetipſum denuò ſemper excitans ac animans abſolvat atque decurrat, perinde ac Paulus ſe curſum confeciſſe profitetur παῤῥησιαζόμενος. 2. Tim. IV. 7. Alias easque non minus pias meditationes ſuggerit Heſychius Lexico Græco pag. m. 87. ἀναζωπυρεῖν per ἀνεγεῖραι & mox ἀναζωπυρῆσαι per ἀνανεῶσαι, ἀνεγεῖραι, ζωῶσαι explicans. Jubet enim Paulus Timotheum ſuorum monitorum ſic eſſe memorem, ut exceptum per impoſitionem manuum, cum videlicet Mi-

nister Ecclesiæ initiaretur, donum excitet, neque sua culpa aut socordia idipsum patiatur exstingui & suffocari; ut per somnolentiam veteris hominis inveterascens donum renovet, novoque vigore ac fervore instruat; ut intermoriturum ac morti quasi propinquum donum nova vita beet ac ex morte ad vitam revocet. Eadem legimus à Suida explicationis gratia propinata, ubi vox ἀναζωπυρῶσαι ab ipso sistitur consideranda. Quod si apud eundem simul pensitantur, quæ de vocibus ζωπυρῆσαι & ζωπυρήσεις disserit, de sensu vocis multo constabit amplius. Observat enim significare eam primariò ex parva scintilla flando magnam flammam accendere; recreare, restaurare, metaphora ducta ab igne, qui sopitus & quasi conditus rursus accenditur & excitatur. Addit idem Atticos usurpare de illis, qui ex adversa valetudine convalescunt, vel etiam de bello quod excitatur dici. Henricus Stephanus Græcismi si quisquam alius scientissimus existimat emphasin vocabuli esse, resuscitare, redardescere facere, propriè cum ignis semiextinctus exsuscitatur, metaphoricè excitare, ardorem animi reddere, vigorem pristinum revocare, recreare, ad Plutarchum provocans. Quamvis autem hæc & id genus alia, quæ è profanis decerpta Scriptoribus possunt afferri, sic satis bene se habeant, propius tamen citra dubium ad scopum pertingunt, qui animadvertentes non nisi semel vocem hanc in paginis Novi Fœderis legi adhibitam, ad LXXII.

In-

Interpretes V. T. qui vulgo audiunt recurrunt. Hi vero pariter non nisi vice simplici dictione hac usi deprehenduntur, nimirum Gen. XLV. 27. ubi verba Mosis Hebraica: ותחי רוח יעקב sequentem in modum sunt interpretati: καὶ ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα Ἰακώβ. Pari ratione Paulus hortatur Timotheum, ut Spiritum suum, qui per laborum & molestiarum multitudinem nec non per afflictionum atque ærumnarum magnitudinem morti vicinus evadit, & de fervore ad fungendum ministerio sacro necessario multum remittit, subinde ad resumendum vitam & vires novas excitet atque animet. Verum neque hæc collatio omnem phraseos Paulinæ emphasin videtur exhaurire. Nullum mihi est dubium, quin Paulus eadem repetere ac inculcare satagat, quæ 1. Tim. IV. 14. tradiderat: Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος. Tunc enim illud negligitur, quando vita & fervor in communicando cum aliis dono accepto languescunt aut prorsus intereunt, nec de iis excitandis, augendis & conservandis cum cura & sollicitudine dispicitur. Aut fallor aut verba Pauli 1. Tim. IV. 15. Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν, perspicuè declarant, quo sensu monitum ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ velit intellectum, ut videlicet curæ sollicitæ hujus divini doni se totum dedat, in illud omni studio, impetu & ardore animi incumbat, eodemque tam sedulo & fervidè fruatur, ut nova ejus incrementa se coram omnibus & in omni-

 bus

bus actionibus exserant, atque instar ignis vivi & flammæ altius surgentis oculis omnium objiciantur manifestata. Claudius Espencæus verba Paulina haud incongrue exponit inprimis verbum ἀναζωπυρεῖν: *Est proprie ignis vel sopiti vel cinere obtecti, ligno indigentis, aut lampadis oleo deficiente morientis. Aliqvantulum igitur vel tribulationum metu dormitantem vel humano timore torpentem ac veluti semisopitum jubet expergisci. Evigilate justi ait idem, 1.Cor.15. & mentis alacritate, animi promtitudine, vigilantia, attentione, fervore, prædicationis exercitio, assiduitate, & id genus studiis, qvorum absentia quibusque contraria DEI in nobis Spiritum langvidum reddunt, contristant, exstingvunt Eph. 4. 1. Thess. V. suscitare, confovere, renovare, recreare, ut legit Ambrosius, donum &c.* Nondum tamen plene planeque mentem Domini videtur assecutus. B. Mart. Chemnitius voci ἀναζωπυρεῖν sua manu adscripsit sequentia: *Flammam illam accensam caro & Sathan nititur suffocare*, id quod αὐτόψία Codicis N. T. Græci, quo ὁ μακαρίτης usus est, demonstrat. Vult nimirum Paulus Timotheum fervide obnitentibus & obluctantibus dono divino hostibus, carni & Satanæ cum renovato, novas & altiores flammas concipiente fervore, resistere & quasi igne baptizatum & Spiritu S. animatum, ignem illum Spiritus, ne suffocetur aut prorsus exstingvatur, novis quasi flammis excitatis & antehac acceptis ad vitam renovatis, ad Ecclesiæ salutem ostendere, quo perinde ac Seniores Israëlitarum sumto de Mose

&

& imposito ipsis Spiritu instruebantur Num.XI. 17. auditores Timothei Spiritus hujus Doctoris sui redderentur participes, ac una cum ipso in Spiritu & veritate Joh. IV. ferventes Spiritu Rom. XII. DEO & Christo servirent. Altius paulo rem omnem repetens eamque pensitans curatius existimo, Paulum talia monentem respicere ad Sacerdotes prisci fœderis. Quia enim Timotheus matre Hebræa erat satus Act. XVI. 1. eamque ceu fidei hypocrisis nesciæ fœminam paulo ante 2.Tim.I.5. non secus ac aviam proposuerat imitandam ac recordatione perpetua recolendam, Paulus vel per hoc quam certissime calcar addere poterat Timotheo, ut fidei maternæ existeret æmulus, quod se Ministrum Domini cogitans cerneret à Ministris DEI V.T. per exempla & facta maxime memorabilia invitatum & incitatum. Oportebat Sacerdotes V.T. singulis diebus mane & vesperi lucernas ac lampadas in tabernaculo non secus ac deinceps in templo ubi præceperat DEUS, instruere, oleo affuso ardorem novum excitare, ut denuo instructæ & accensæ conceptis flammis altioribus arderent, plenius ac rectius lucerent. Videatur Exod. XXVII. 20. 21. XXX 7. 8. Solebat enim lucerna Domini postquam satis diu arserat ac fulserat, exstingui aut obscurari 1.Sam. III. 3. adeoque ne plane omnem amitteret sive ardorem sive lucem, indigebat excitatione quadam ac recreatione. Vocabulum Exod. XXVII. 21. XXX. 8. Levit. XXIV. 2. oc-

currens בהעלות & להעלות quam optime græcum ἀναζωπυρεῖν exprimit. Idem vero adhuc de Aarone & Sacerdotibus eorumque officio instruendi lucernas adhibitum recurrit Exod. XXV. 37. XL. 25. Num. IIX. 2. 3. Hæc ponderans sedulo & conferens quæ JEsus de Apostolis Matth. V. 15. 16. coll. Marc. IV. 21. Luc. IIX. 16. docet, quod videlicet sint lux mundi, & quod lucernæ instar in candelabro positæ adeoque omnibus qui in domo sunt lucentis, lux ipsorum lucere debeat coram hominibus, ut videant ipsorum bona opera & glorificent Patrem ipsorum qui est in cœlis; quæ Idem paucioribus urget, ut lychni ipsorum sint ardentes; Luc. XII. 35. quæ porro de Johanne Baptista dicit, quod fuerit lychnus ardens & splendens Joh. V. 35. nihil absoni pronunciabo, si affirmavero, velle Paulum, ut Timotheus acceptum donum ministerii sacri citra intermissionem excitet, & ut instar lucernæ excitatæ altius semper contendat. Tractare & quærere debebat Timotheus τὰ ἄνω, ea sola curare & propinare. Fas igitur erat ut animus ejus virtute doni accepti ascenderet altius cœlos & cœlestia peteret, quippe qui ex cœlis donum hoc acceperat. Sursum debebat cor suum attollere, & ut alii secum ad cœlestia adspirarent laborare. Sunt certe Ministri Ecclesiæ vasa gratiæ, vasa electionis testacea quidem, sed ad honorem sanctificata & Domino grata, ad omne opus bonum præparata 2. Tim. II. 21. Felices ergo illos, si ex thesauro

gra-

gratiæ, quam è plenitudine gratiæ Christi hauserunt, novas semper vires ad excitandum donum divinum depromserint, easdemque congeniti torporis probe conscii aliis semper atque aliis gratiæ cœlestis accessionibus locupletare studuerint! Decet ipsos virgines prudentes imitatos vasa sua oleo repleta semper circumferre, ut affuso oleo lampades suas quovis momento queant instruere, iisdemque instructis Sponsum cœlestia ingressum domicilia sequi. Matth. XXV. Neque habeant cur vereantur ne se vita & ignis, oleum & lux destituant, donum sibi indultum cum aliis communicantes, sed affundentes aliis & affundentes largius thesauros donorum suorum vel maximè augebunt. Salvos facient semet ipsos & qui se audiunt. 1. Tim. IV. 16. Demonstrabunt potius aliis per splendorem & ardorem ceu vitæ Spiritualis indices certissimos, se DEO & Christo vivere, se igne vere divino & zelo amoris Domini fervidissimo, cujus flammæ nec exstingui possunt nec suffocari Cant. IIX. 6. 7. æstuare. Ignita Domini Sacerdotibus olim ceu peculii Sacerdotalis particulas fuisse assignata, è paginis Mosaicorum librorum didicimus. Iidem vero ad accendendum sacrificia quævis divinitus erant constituti. Cessant hodie hi ignes per sangvinem Christi expiatorium, ut ita loqvar, exstincti. Ast qvemadmodum Christiani qvivis, ita præsertim Ecclesiæ Doctores semet ipsos DEO sistere debent hostias vivas. Vivacitate ipsis opus est & viva-

animorum alacritate, ut DEO probati inve[illegible]
ter fideique vivæ ac per caritatem operantis [illegible]
stant & præcones & viva exempla. Sunt [illegible]
gratiam Christi è mortuis ad vitam reducti [illegible]
igne quasi cœlesti animati. Habentes ergo [illegible]
num illud vitæ promissionem vitæ in Chri[illegible]
JESU, qui simul est lux nostra & vita nostr[illegible]
non patiuntur se denuo morti tradi, sed vitæ [illegible]
ternæ radicem intra se esse scientes, non sibi [illegible]
DEO vivunt, de perennatura vita in cœlis ad [illegible]
aliquando derivanda securissimi, qua fruen[illegible]
imposterum non amplius τὸ ἀναζωπυρεῖν a Pa[illegible]
lo injunctum debebunt sibi habere commend[illegible]
tum. Omnia tunc erunt viva, nova, perfecta [illegible]
immutabilia. Unum adhuc juvat addere, qu[illegible]
B. D. Michael Waltherus Theologus Celle[illegible]
locum Paulinum declaraturus edisserit: [illegible]
igne suscitato & substrato indies magis magisque [illegible]
tare & reviviscere facere inque usus exserere publ[illegible]

Ibid. v. 10. φωτίσαντος] *in lucem pro[illegible]*
xit, manifestavit, patefecit, viam ad vitam æ[illegible]
nam monstravit. Arrian. Epict. lib. I. cap. [illegible]
pag 21. lin. 26. *Triptolemo quidem templa & [illegible]*
ubique homines extruxerunt, quod mitiores cibos [illegible]
bis dederit. Τῷ δὲ τὴν ἀλήθειαν εὑρόντι, καὶ ΦΩΤΙ-
ΣΑΝΤΙ, καὶ εἰς πάντας ἀνθρώπους ἐξενηνοχότι, [illegible]
[illegible] ζῆν, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸ εὖ ζῆν, τίς [illegible]
[illegible] ἱδρύσατο, ἢ ναὸν, ἢ ἄγαλμα [illegible]
[illegible] προσκυνεῖ; *Ei vero qu[illegible]*
[illegible] *exit, eamque omni[illegible]*
bo[illegible]

nines edocuit non qua ad vivendum, sed ad bene vi-ndum pertineret, quis nostrum propterea aram sta-t, aut templum, aut imaginem dedicavit, aut Deo pterea supplex factus est? Sujdas: οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ιίσαντες, ἤδη τὸν καιρὸν παραδιδόναι ΦΩΤΙΖΕΙΝ, κατὰ τὴν ἐντολὴν ἀπόρρητον. *Romani existiman- jam tempus esse enunciare, quod ex mandato taci-n fuerat.* Conf. 1. Cor. IV. 5.

Ibid. v. 16. Δῴη ἔλεος) Polyb. pag. 50. lin. a f. ὃ ΔΙΔΟΥΣ ΕΛΕΟΝ, ὐδὲ συγγνώμην τοῖς ταίχρι, *qui nullum misericordiæ locum dabat, neque lam afflictis veniam concedebat.*

Ibid. v. 18. Δώη αὐτῷ ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίυ] Sic Arrianus dicit, Alexandrum romisisse Langaro sororem Alexandri, id est, uam, 1, 5, 7. καὶ τὴν ἀδελφὴν τῦ Ἀλεξάνδρυ Κύναν, ὠμολόγησε δώσειν αὐτῷ ἐς Πέλλαν ἀφι-ομένῳ Ἀλέξανδρος. *Sororem etiam suam Cynam, ibi Pellam reversus esset, uxorem se illi daturum pondet Alexander.* Et 1, 9, 6. *Lacedæmoniorum lades Lacedæmonios peterrefecit.* Et omnino mul-tum delectatur Arrianus repetitione nominum loco pronominum; ut 1, 9, 18. 1, 11, 8. 1, 15, 11. 3, 30, 6. 5, 2, 6. τὸν δὲ παῖδα ἄρα τῦ Ἀκύφιος, καὶ τῆς θυγατρὸς τὸν παῖδα ξυμπέμψαι αὐτῷ Ἀκύφιν. *Filium vero Acuphis,* (i. e. filium suum) *& ex filia nep[illegible] Alexandro misisse Acuphim.* Sed plura da[illegible] in ipsis S. Litteris, ut Gen. I. 27. V[illegible] 1. Sam. III. 21. XV. 22. 2. Paral. IIX.

IIX. 2. Potest tamen & ita intelligi, ut κύριο priori loco accipiatur de Deo Patre, posterio de Filio, tanquam judice futuro in extrem die. Vide *Gerhardi* notas ad h. l.

Cap. II. 5. νομίμως ἀθλήσῃ] Arrian. Epict. lib. 3. cap. 10. pag. 305. lin. 3. ὁ θεός σοι λέγει, δός μοι ἀπόδειξιν εἰ ΝΟΜΙΜΩΣ ΗΘΛΗΣΑΣ, εἰ ἔφαγες ὅσα δεῖ, εἰ ἐγυμνάσθης, εἰ τοῦ ἀλείπτου ἤκουσας. *Deus tibi dicit: Demonstra mihi, num legitime certaris, num comederis quantum oportuerit, num te exercueris, num unctori obedieris.*

Ibid. v. 10. σωτηρίας τύχωσι) Polyb. pag. 398. lin. 21. τῶνδε καταπορευομένων, μελλόντων ΤΥΓΧΑΝΕΙΝ ΤΗΣ ΣΩΤΗΡΙΑΣ διὰ τὴν τῶν Ἀχαιῶν συγκατάθεσιν, *qui redibant ab exilio, quia per consensum Achaeorum hanc adepturi salutem erant.*

Ibid. v. 14. διαμαρτυρόμενος) Polyb. pag. 236. lin. 22. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν ΔΙΕΜΑΡΤΥΡΟΝΤΟ Ζακανθαίων ἀπέχεσθαι. *Romani Deum fidem testantes monebant, ut Saguntinis abstineret.* Et simplex μαρτύρεσθαι pag. 548. lin. 8. a f. ΜΑΡΤΥΡΟΜΕΝΟΣ τὸν βασιλέα μὴ παριδεῖν. *Cum Regem constans obsecraret, ne negligeret* &c.

Ibid. v. 16. περιΐστασο) *cobibe, reprime,* ne ulterius grassentur. Polyb. pag. 327. lin. 5. παραβοηθεῖν τοῖς οἰκείοις καὶ ΠΕΡΙΙΣΤΑΣΘΑΙ τοὺς ὑπεναντίους ἠδυνάτουν. *Suis auxiliari, aut adversarios avertere obsistendo non poterant.*

Ibid. v. 17. νομὴν ἕξει) *depascet,* Lutherus, frisset um sich / optime. Similiter Polybius dicit

no-

ιαν ποιεῖσθαι de ulceribus, quod huc maxime pertinet, & νομὴν λαμβάνειν de incendio. Pag. 4. lin. 15. a f. *In ulceribus, si curationem ita affectis admoveas, illa ipsa irritatur malum, ut serpat velocius,* θᾶττον ΠΟΙΕΙΤΑΙ ΤΗΝ ΝΟΜΗΝ, *rursus curatio omittatur, proxima quæque loca corrumpendo, ut natura est horum ulcerum, non ante finem faciunt, quam corpori subjecto perniciem attulerint.* Et pag. 872. lin. 2. *Quod in igne fieri amat, ut postquam semel aliquis aptam ei concipiendo materiam accendit, de cætero non amplius in ejus arbitrio rei eventus sit positus;* ἀλλ' ᾗ ποτ' ἂν τύχῃ ΛΑΜΒΑΝΕΙ ΤΗΝ ΝΟΜΗΝ, *sed quo tulerit casus fortuitus, late grassetur incendium.* Pag. 69. lin. 6. a f.

Ibid. v. 19. ὁ ὀνομάζων) *invocans.* Polybius p. 788. l. 5. *At enim Laconicæ fines cum exercitu Philippus est ingressus: non ultro ille quidem & proprio consilio, quod ipsi quoque scitis:* καλούμενος δὲ, καὶ πολλάκις ΟΝΟΜΑΖΟΜΕΝΟΣ ὑπὸ τῶν ἐκ Πελοποννήσου φίλων καὶ συμμάχων, μόλις αὐτὸν ἐπέδωκε: *Sed ab amicis & sociis quos in Peloponneso habebat, accitus, ac nomine ipsius sæpe invocato, ægre tandem hisce rebus animum applicuit.*

Ibid. v. 21. ἐκκαθάρῃ) Epictetus quoque verbum hoc de animi erroribus & vitiis expurgandis usurpat lib. 2. cap. 21. pag. 215. lin. 9. *Quis in scholam venit* ὡς θεραπευθησόμενος; τίς ὡς παρέξων αὐτοῦ τὰ δόγματα ΕΚΚΑΘΑΡΘΗΣΟΜΕΝΑ; *ut sanetur? quis ut velit suas opiniones expurgari?* & cap. 23. pag 253. lin. 7. *Accedendum est ad perfectam vitam,* καὶ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ΕΚ-

ΚΑΘΑΡΑΙ, *ac repurganda voluntas est omnibus vitiis.*

Ibid. v. 25. μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ θεὸς) Simili quodam modo loquitur Polybius lib. cap. 21. sub fin. *Hæc dicta nobis sunto ipsorum, que Cynæthensium caussa;* ἵν' ΑΝ ΠΟΤ' ΑΥΤΟΙΣ ΘΕΟΣ ΕΝΔΩ, *ut si quando clementius cum ipsis Deus egerit, ad studia disciplinarum conversi, ipsi se mansuefaciant.*

Cap. III. 6. ἀγόμενα) Polyb. pag. 163. l. af. τὰ δ' ὑπὸ τ͂ ἐκ λυσιτελοῦς ἐλπίδος ΑΓΟΜΕΝΟΙ *partim lucri spe ducti, tanto animosiores ad pugnandum fiebant.* Item pag. 378. lin. 14.

Ibid. v. 7. εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν Polyb. pag. 637. lin. penult. Καὶ μὴν περί γε τ͂ Ῥωμαίων πολιτείας κατὰ ταύτην τὴν ἐπίςασιν μάλιστ' ἂν ΕΛΘΟΙΜΕΝ ΕΙΣ ΓΝΩΣΙΝ καὶ τ͂ συςάσεως, καὶ τ͂ αὐξήσεως, καὶ τ͂ ἀκμῆς. *Ad Romanam quidem certe Remp. quod attinet, hoc potissimum inquisitionis genere intelligemus, quo pacto ab initio constituta, deinde aucta, & ad hunc statum florentissimum quo nunc viget, perducta fuerit.* Conf. 1. Tim. II. 4.

Ibid. καὶ μηδέποτε) Simillime Arrianus in Epict. l. 2. c. 16. extr. ἔξω ζητῶν ἀεὶ τὴν εὔροιαν, καὶ μηδέποτε εὑρεῖν δυνάμενος. *Extra quærens semper felicitatem, & nunquam invenire valens.* Conf. Pricæus.

Ibid. v. 10. ἀγωγῇ) *vitæ institutum, vivendi rationem & modum,* Lutherus: meine Weise, quo nihil dici potest significantius; id enim prorsus declarat græcum verbum, ut exemplis in-

lligitur ex Polybio, pag. 228. lin. 16. a f. τὴν ἰν ΑΓΩΓΗΝ Ἀσδρούβα ποιεῖσθαι τῶν πραγμάτων, *nibalem in administratione rerum idem cum As- ›ale tenuisse institutum.* Pag. 469 lin. 3. με- ›άλλειν τὰς ΑΓΩΓΑΣ τῶν βίων, *genus vitæ ac ra instituta mutare.* Item lin. 24. & pag. 1218. 19. ἄγειν αὐτοὺς ἐκέλευε τὴν ΑΓΩΓΗΝ, ἣν καὶ νῦν ›σιν. *Tenerent sane instituta quibus hactenus es- usi.* Pag 1435. lin. 14. τὴν αὐτὴν ΑΓΩΓΗΝ τοῦ βίου, *idem vitæ institutum tenebat, nihil in ›rum prospiciens, sed amoribus ac poculis de die ulgens,* &c. Pag 1440. lin. 5. Aristæus ἦγε ΑΓΩΓΗΝ τῆς πολιτείας οὕτως, *ita Remp. modera- ›ur, ut quidquid è re populi Romani esset, lubentis- ›e faceret.* Pag. 1458. lin. 17. Σκιπίων ὁρμή- ›ς ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ΑΓΩΓΗΝ τοῦ βίου, *Scipio diver- n vivendi rationem secutus, cunctisque cupiditati- s adversatus.*

Ibid. v. 13. προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον,] Po- b. lib. 4. cap 81. pag. 479. lin. 14. ἐπὶ τἀναντία ›απείσης αὐτοῖς τῆς τύχης, καὶ τοὔμπαλιν ΕΠΙ ΤΟ ΞΙΡΟΝ ἀεὶ καὶ μᾶλλον τῆς πολιτείας αὐτῶν ΠΡΟ- ΑΙΝΟΥΣΗΣ. *Postquam fortuna ipsis in contrarium ›rtit, cepitque eorum respublica magis magisque in- ›es retro sublabi, ac ferri in pejus.* Item pag. 525. n. 10. a f.

Ibid. v. 16. πρὸς ἐπανόρθωσιν] Utitur & ›oc vocabulo frequenter Polybius; ut pag. 50. in. 26. *Heic vero multa inveniet accidisse, profu- ›ura* ΠΡΟΣ ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΙΝ τοῦ ἀνθρώπων βίου, *ad corrigendos vitæ hominum errores.* Pag. 986. l. 13.

For-

Fortunæ meritas mox ab ipsis pœnas exegit, τοῖς ἐπιγενομένοις ἐξέθηκε κάλλιςον ὑπόδειγμα ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΙΝ, *& documentum posteris corr vitam ac mores proposuit*. Et pag. 1388. lin Epictetus ait, sacra a veteribus institut ἐπὶ ΠΑΙΔΕΙΑ καὶ ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΕΙ τῦ βίυ, *ad in tionem & correctionem vitæ*, lib. 3. cap. 21. pag. lin. 11. Accipitur etiam pro erroris falsæ opinionis correctione apud Polybium pag. 2 lin. 17. a fine, nec non pro damni reparatio pag. 14. lin. 1. pag. 598. lin. 22. pag. 988. lin pag. 1234. lin. 12. pag. 1285. lin. 4. a f. & pag. 13 lin. 14. a f.

Cap. IV. 1. κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν] K temporis nota, *in*, ut apud Polybium pag. 7 lin. 20. αὐτῷ ΚΑΤΑ τὴν ἀῤῥωςίαν συμπαρόντ *quum illi ægrotanti adesset*. Et pag. 885. lin. 6. ΚΑΤΑ τὴν ἀπόλυσιν τὴν ἀπὸ τῦ διώγματ☉. *reditu ab insectatione fugientium*. Arrian. de ex 1, 12, 13. ΚΑΤΑ τὴν πάροδον *in transcursu*. & 3, 16 Προσεγένοντο δὲ αὐτῷ ΚΑΤΑ τὴν φυγὴν καὶ μισ φόρων ξένων ἐς διχιλίυς. *Accesserunt etiam ad in fuga mercenariorum exterorum duo millia*. It rum Polybius pag. 899. lin. 21. αὐτὸς δὲ πα ρευθεὶς, ἐξέςησε ταῖς διανοίαις πάντας εὐθ ΚΑΤΑ τὴν πρώτην φαντασίαν. *Ipse progressus medium, ut primum apparuit, de statu mentis ci cumstantes dejecit*. Ipsum quidem κατὰ τὴν ἐπι φάνειαν exstat. pag. 911. lin. 15. sed alio sensu: *Cuniculum si procul intuearis, putes esse leporem parvum; ubique in manus sumpseris, magnam d fer-*

es differentiam καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν καὶ κατὰ τὴν βρῶσιν, *& in specie & in gustu.* Sed quid ad Paulum ἐπιφάνεια significet, supra ad Thess. II. 8. expositum est.

Ibid. v. 2. ἐπίστηθι) Polyb. pag. 595. l. 14. δέ ποτε τῶν πρεσβυτέρων τινὸς ΕΠΙΣΤΗΣΑΝΤΟΣ αὐτόν. *Tandem vero aliquo e senioribus movente ipsum attendere quid ageretur.* Pag. 531. l. 15. ΕΦΙΣΤΑΝΩΝ ὐδενὶ τῶν τοιούτων, *nullo serio otio attendens.* Sine casu est apud Arrian. Epict. pag. 233. lin. 8. a f. Καὶ αὐτὸν οἶμαι ΕΦΙΣΤΑΝΕΙΝ ἄξιον συνεχῶς, *meipsum quoque opinor debere assidue attendere.* Et ἐπίστασιν magnam animi intentionem dicit Polybius pag. 1337. lin. 13.

Ibid. v. 5. ἔργον ποίησον εὐαγγελιστοῦ) Polyb. pag. 88. lin. 14. ὁ δὲ καὶ λίαν ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΕΡΓΟΝ ἡγεμόνος ἀγαθοῦ. *Ille quidem prudentis ducis officio functus est.* Et pag. 212. lin. 7. a f. Arrian. Epict. lib. 3. cap. 18. extremo: αὐτὸς ὄψεται, πῶς ΠΟΙΕΙ τὸ ἴδιον ΕΡΓΟΝ, *ipse viderit, ut suum proprium munus peragat.*

Ibid. v. 7. ἠγώνισμαι) Milites qui prælio interfuerunt, ex eoque superiores discesserunt, dicuntur ἠγωνισμένοι a Polybio pag. 624. lin. 22. *Castrensia diripienda concessit* τοῖς ΗΓΩΝΙΣΜΕΝΟΙΣ *victori militi.*

Ibid. τὴν πίστιν τετήρηκα.) Fidei nomine Paulus hic proprie non intelligit fiduciam illam, quam in Christo habebat, sed fidelitatem, quam tanquam miles Christi imperatori suo debebat;

cui se fidem servasse ait, hoc est, fidelitate
præstitisse, quam Domino suo promiserit, c
stanterque munere suo ita functum esse,
nulla ratione se ab officio passus fuerit abd
Loquendi genus Polybio usitatissimum. I
586. lin. 23. & pag. 587. lin. 13. a f. διὰ τὸ ΤΕ
ΡΗΚΕΝΑΙ τούτους ΤΗΝ πρὸς αὐτὸν πίστιν, *quod*
ipsius fide mansissent. Pag. 693. lin. 20. & p
695. lin. 10. a f. *ratus simulato illo reditu* ΤΕΤΗ
ΚΕΝΑΙ ΤΗΝ ΠΙΣΤΙΝ, καὶ λελυκέναι τὸν ὅρκ
fidem se præstitiße, & religione jurisjurandi exs
Pag. 822. lin. 3. ΤΗΡΕΙΝ ΤΗΝ ΠΙΣΤΙΝ κατὰ
ὅρκον, *fidem servare, prout jurejurando sint obstr*
Pag. 847. lin. 2. pag. 1141. lin. 9. pag. 1220. lin.
& 26. pag. 1418. lin. 9. a fine.

Ibid. v. 8. Λοιπὸν,) Possis hoc etiam ve
tere *itaque.* Quo sensu est apud Polyb. pag. 7
lin. 24. *Plerique ex ipso ambitu magnitudines u*
bium conjectant. ΛΟΙΠΟΝ ὅταν εἴπῃ τις, *itaque*
quem dicentem audierint, urbem Lacedæmonior
&c. Et pag. 753. lin. 1. & pag. 822. lin. 10. & pag
858. lin. 25. & pag. 905. lin. penult. pag. 911. lin
14. a fine. pag. 1329. lin. 11.

Ibid. v. 7. μὴ αἰσχροκερδῆ.] Cum ubique
necessarium fuit hoc præceptum de fugiendo
turpi lucro, 1 Tim. III. 3. 1 Petr. V. 2. tum vel maxi-
me apud Cretenses, qui quanti pecuniam æsti-
marint, Polybius testatur lib. 6. cap. 44. *Pecunia*
apud hos adeo fit magni, ut non solum necessaria, ve-
rum etiam honestissima censeatur ejus acquisitio. Κα

θάλ

ὖ δὲ ὁ περὶ τὴν ΑΙΣΧΡΟΚΕΡΔΕΙΑΝ καὶ πλεονεξίαν τρόπος ὕτως ἐπιχωριάζει παρ' αὐτοῖς, ὥστε παρὰ μόνοις Κρηταιεῦσι τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων μηδὲν ΑΙΣΧΡΟΝ νομίζεσθαι ΚΕΡΔΟΣ. *Denique sordidi utrique mores adeo apud illos obtinent, ut ex omnibus hominibus solos Cretenses sit invenire, apud quos nullum lucrum turpe censetur.* Sic infra v. 11.

In EPIST. ad TITUM.

CAP. I. 6. μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας) scil. ὄντα, *qui non sint obnoxii crimini luxus.* Simili ratione Polybius dicit ἐν διαβολαῖς ὢν lib. 2. cap. . pag. 138. lin. 2. ὁ Δημήτριος ἐν διαβολαῖς ὢν, *Demetrius nonnullis ipsum criminantibus.*

Ibid. v. 9. Ἀντεχόμενον) φροντίζοντα, ἔργον τὸ ποιύμενον, *magna cura tractantem, & hoc unum praecipue agentem,* ut interpretatur Chrysostomus. Declarat enim hoc verbum *magno studio adhaerere.* Ut τῶν βιβλίων ἀντέχεσθαι *libris adhaerere.* Et apud Polyb. pag. 721. lin. 17. ταύτης ΑΝΤΕΙΧΟΝΤΟ τῆς ἐλπίδος, *in eam spem incumbebant.* Pag. 916. lin. 17. a f. ΑΝΤΕΧΕΣΘΑΙ τῆς ἀληθείας, *veritatis studiosum esse.* Conf. Annot. ad Matth. VI. 24.

Ibid. τῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστῦ λόγυ) Quid πιστὸς λόγος sit, supra jam ostensum ad 1. Tim. I. 15. nempe *certus, indubitatus sermo.* Quae adduntur verba κατὰ τὴν διδαχὴν, vel ad πιστῦ referri possunt, vel ad λόγυ. Prius postulare videtur ordo ipse ver-

borum. Et construitur πιστὸς ut hic cum κα
ita etiam cum præpositione ἐς apud Arrian
de exp. Alex. præfat. n. 3. ubi Ptolemæus & A
stobulus dicuntur πιστότεροι ἐς τὴν ἀφήγησιν
ceteris historicis digni, quibus narrantibus fides
beatur. Et 4, 14, 6. οἱ πάνυ πιστοὶ ἐς τὴν ἀφή
σιν. 5, 5, 1. πιστοτάτη ἐς ἀφήγησιν, res narratu f
que dignissima. 1, 28, 3. πιστοῖς ἐς ἅπαντα ἐχρῆτο
illis ad omnia fidis est usus. Sed præstat fortis
ista conjungere τῷ κατὰ τὴν διδαχὴν λόγῳ,
ὁ κατὰ τὴν διδαχὴν λόγος sit sermo doctrinæ fr
doctrina atque institutio; uti a Polybio ΟΙ ΚΑΤ
τὴν παράκλησιν ΛΟΓΟΙ dicuntur exhortatio, u
vertit Casaubonus lib. 10. cap. 11. pag. 815. lin.
& lib. 3. cap. 116. pag 369. lin. 12. βουλόμενος
ΤΟΙΣ ΚΑΤΑ τὴν παράκλησιν ΛΟΓΟΙΣ ἀκολούθως
αὐτῶν γίνεσθαι τῶν ἔργων. Hic ut factis dicta
æquaret, quibus suos fuerat cohortatus. Quibus i
locis κατὰ declarat, quales illi λόγοι, & in qu
argumento versati sint, significatque in, & s
κατὰ τὴν παράκλησιν λόγοι sunt verba, quibus u
exhortando usus est; sicut ἡ κατὰ τὴν παράκλησι
ἐπαγγελία, promissio facta cum eos adhortaretur
pag. 819. lin. 11. μνησθέντες τῆς τοῦ Ποπλίου ΚΑΤΑ
τὴν παράκλησιν ἐπαγγελίας, redeuntes in mem-
moriam promissæ ejus opis a Scipione cum eos adhor-
taretur. Arrian. Indic. 12, 7. τὰ ΚΑΤΑ γεωργίη
ἔργα, res rusticæ, opera rustica. Epict. dissert. lib.
4. cap. 11. pag. 507. lin. antep. ἀμήχανον μὴ ἀπὸ
τοῦ ἱδρῶτος καὶ τῆς ΚΑΤΑ τὴν ἐσθῆτα συνοχῆς ὑπολεί
πεσθαί τι περὶ τὸ σῶμα ῥυπαρόν. Fieri non potest,

qu

uin a sudore & vestium applicatione, sordium ali- uid relinquatur in corpore. Et Chrysostomo ἡ ατὰ τὴν διδασκαλίαν σαφήνεια perspicua doctrina icitur tom. V. diverſ. loc. pag. 418. E. Polyb. ag. 770. lin. 9. a f. Diei tempora ex umbra possu- ius investigare, ἔτι δὲ τῇ κατὰ τὸν ἥλιον πορείᾳ, ec non solis meatu. Eadem notione exstat κατ- ὰ pag 667. lin. 7. ὃς τῶν μὲν ΚΑΤΑ τὰς φυλακὰς ειτουργιῶν ἀπολύεται, qui ab excubandi munere li- eratur. Sed. pag. 892. lin. 10. dicitur αὐτὸς δὲ ὺς πεζοὺς ἔχων, ἄρτι τῆς ΚΑΤΑ τὸν ἥλιον ἀνατολῆς πιφαινομένης προῆγε. Ipse cum peditibus sub ipsum olis ortum primum castris egressus. Item lib. 3. ap. 11. init. & lib. 3. cap. 114. extr. Qui loci uc maxime pertinere videntur, in quibus κα- α distinguit ortum Solis a cujusvis alterius si- eris ortu, & exprimi potest non incommode er gignendi casum, sicut & in cæteris exem- lis. Erit ergo ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν ιστοῦ λόγου, qui indefesso studio tractat doctrinam il- um fide dignissimam.

Ibid. v. 12. Κρῆτες) Cretensium Poly- ius fere nunquam meminit, quin simul eos ituperet; ut pag. 444. med. & pag. 682. sub n. Neque civium ingenia magis veteratoria quam retensium, ullo invenias loco, si excipias oppido pau- a: neque publica consilia magis iniqua. Pag. 728. n. 8. & 14 & pag. 732. lin. 17. a. f. & pag 1340. n. 6. a f. & pag. 1445. med. Per id tempus gra- e admodum & indignum facinus a Cretensibus ad- ußum est. Tametsi enim multa ejusmodi in Creta

insula fieri solent, nihilominus hoc de quo nunc est, cæteris omnibus antistare visum est.

Ibid. κακὰ θηρία) Etiam solum n θηρίυ in probris ponitur apud Polybium. p. lin. 14. a f. Μή μοι πρόσιτε ΘΗΡΙΑ, *ne me accedatis.* Pag. 1377. lin. 9. ἡγῦμαι τοιαῦτα ΡΙΑ γεγονέναι, καὶ τοιῦτον τρόπον τῆς φίλυς κα ἑταίρυς Φιλίππυ προσαγορευθέντας. *Sic apu existimo, quotquot amici ac comites Philippi dicu tur, teterrimas fuisse belluas.*

Cap. II. 5. σώφρονας) Complectitur h verbum præter alia mulierum officia, quæ Xenophonte jam ad hunc locum adscripsim etiam pudicitiam fidemque matrimonii. P lyb. lib. II. cap. 7. pag. 877. lin. 4. Καθόλυ ηξίυ διαλαμβάνειν, ὡς ὁ μὲν ἐν τοῖς ἱματίοις κα λωπισμὸς, γυναικός ἐστι, καὶ ταύτης ὐ λίαν ΣΩ ΦΡΟΝΟΣ. *Omnino id postulabat Philopœmen, cuncti sibi persuaderent, cultus nimiam curam mu vi convenire, & ei quidem non nimis modestæ.* Arri an. de exp. Alex. 4, 20, 3. ἐπὶ τῷ δὲ αὖ πυθέσ εἰ ΣΟΦΡΟΝΕΙ αὐτῷ ἡ γυνὴ ἔτι. ὡς δὲ ΣΟΦΡΟΝΟΥΣ ἐπύθετο. *Tum Darius rursus quæsivit, an uxor trimonii fidem servaret, quod quum eunuchus a maret, &c.*

Ibid. v. 8. λόγον ὑγιῆ) Quidquid veru rectum, integrum, non vitiosum est, id om Græci ὑγιὲς vocant. Polyb. pag. 1382. lin. 4 a f. & pag. 1387. lin. 24. ὅτι δέ ἐστιν ΥΓΙΕΣ τὸ π

ϛμενον ὑφ' ἡμῶν, δῆλον ἔϛαι διὰ τῆς ἡμε]έρας -ήσεως. *Vera autem esse quæ nobis nunc dicun-, ex narrationis nostræ serie patebit.* Arrian. Et. pag. 53. lin. 14. εἴπερ ΥΓΙΕΣ ἐϛι τὸ ὑπὸ φιλοσόφων λεγόμενον. *Si verum est quod a phi-obis dicitur.* Pag. 55. lin. ult. pag. 56. lin. 5. . & lib. 2. cap. 20. init. & pag. 299. lin. ult. H δόγμα]α, *veræ opiniones, recta decreta.* Con-λόγον ἐκ ὑγιέα dicit Gyges Candaulem he-n suum proferre, cum uxorem suam ipsi nu-n ostendere vellet apud Herodotum lib. 1. g. 4. C. *Gyges vehementer exclamans*, εἶπε, Δέ-οτα, τίνα λέγεις ΛΟΓΟΝ ἐκ ΥΓΙΕΑ, κελεύων δέσποιναν τὴν ἐμὴν θεήσασθαι γυμνήν; *Quem m, inquit, here sermonem profers haudquaquam ıum, qui me jubes inspicere heram meam nudam?*

Ibid. v. 10. πίϛιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένες) olyb. pag. 1357. lin. 7. πᾶσαν ἐνδεικνύμενοι φι-τιμίαν, *omne studium adhibentes.*

Cap. III. 3. δελεύοντες ἐπιθυμίαις) Polyb. ag. 1047. lin. 14. a f. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα ῖς τε σώματος ΕΠΙΘΥΜΙΑΙΣ αὐταῖς ΔΟΥΛΕΥ-ΝΤΑ. *Nam cætera animantes, quæ solis cupidita-bus corporis serviunt &c.*

Ibid. v. 7. τῇ ἐκείνε χάριτι) Verba hæc si d Deum Patrem referantur, eandem habebunt ententiam, quam Rom. III. 24. sin ad Jesum Christum, ea poterit intelligi gratia, qua is pud Deum Patrem tantum valet, ut propter

 ipsum

ipsum a Deo pro justis habeamur. Quo
Lutherus vocabulum χάριτος interpretatus
Rom. V. 15. ubi similem locum ex Polyb.
scripsimus, ΤΗ ΤΩΝ ΥΠΑΤΩΝ ΧΑΡΙΤΙ, *gra-
tiam Consulum*; quem vide sis, uti & Act. XI

In EPIST. ad PHILEMONEM.

v. 14. χωρὶς τῆς σῆς γνώμης) Polyb. p.
983. lin. 4. ΧΩΡΙΣ ΤΗΣ Ῥωμαίων ΓΝΩΜΗΣ.
injussu populi Romani. Pag. 398. lin. 14. μετὰ
ἑκουσίου γνώμης, *ex eorum voluntate.*

v. 19. προσοφείλεις) Apud Polybium
hæc significat *reliqua debere, adhuc debere.* pag.
lin. 2. ἅμα δὲ ἐνθυμηθέντες τινὲς μὲν αὐτῶν ἐξ
γένοιτο τὰ ΠΡΟΣΟΦΕΙΛΟΜΕΝΑ σφίσι τῶν
νιῶν. *Simul per otium cepere quidam stipendia*
hac debita rationem inire. Sic etiam pag.
lin. 4. pag. 620. lin. 10. a f. pag. 1136. lin.
pag. 1281. lin. 9. Sed huic loco magis con-
nire puto significationem *insuper debeo*, cu-
exempla ex Xenophonte produximus.

In EPIST. ad HEBRÆOS

CAp. I. 4. κεκληρονόμηκεν ὄνομα) Κληρονο-
non tantum est *hereditatis jure*, sed etiam

-unque modo consequi. Specialiter famam
ρονομεῖν dicitur in utramque partem, sicut
in bonam partem *κληρονομεῖν ὄνομα.* Polyb.
;. 160. lin. antep. *Ad occupandum collis verti-*
festinanter cum equitatu contendit: simul ut pri-
r cum hoste prælium capessat: πεπεισμένος τῆς
γραφῆς τῶν ἐκβαινόντων πλεῖστον ὕτω ΚΛΗΡΟ-
ΜΗΣΕΙΝ, *non dubitans, ita facile consecuturum*
ut omnium quæ accidissent, decus sibi adscribe-
ur. Pag. 988 lin. 11. a fine: ἐξ ἀμφοῖν δὲ δι-
ως καὶ ΚΛΗΡΟΝΟΜΗΣΕΙΝ παρὰ πᾶσι τοῖς ἕλ-
σι τὴν ἐπ' ἀσεβείᾳ δόξαν. *Quæ utraque ex re,*
pietatis opinionem apud omnes Græcos foret perpe-
ɔ obtenturus. Pag. 1077. lin. 6. a fine: παρα-
λησίαν δέ τινα τύτῳ φήμην ΕΚΛΗΡΟΝΟΜΗΣΕΝ
-ὶ γήρως καὶ Πτολεμαῖος. *Quam itidem famam*
'olemæus in senectute obtinuit. Sic & pag. 1519.
n. 4.

Ibid. v. 6. εἰσαγάγῃ) De quovis homine
a loquitur Epictetus, eum a Deo in mundum
ıtroduci, lib. 3. cap. ult. pag. 421. lin. 4. ὐχὶ
ἐκεῖνός σε ΕΙΣΗΓΑΓΕΝ; ὐχὶ τὸ φῶς ἐκεῖνός σοι ἔδει-
εν; ὐ συνεργὺς ἔδωκεν; ὐκ αἰσθήσεις; ὐ λόγον;
ς τίνα δὲ ΕΙΣΗΓΑΓΕΝ; ὐχ ὡς θνητόν; *Nonne is te*
ntroduxit in mundum? Nonne lumen is tibi ostendit;
Nonne adjutores dedit? Nonne sensus? nonne ratio-
ıem? At quinam ut esses te introduxit? nonne ut
nortalis esses? Item pag. 422. lin. 13. Ejus con-
trarium est ἐξάγειν ἐκ τῦ ζῆν *e vita abducere,* pag.
191. lin. 18.

• *Ibid.* v. 14. λειτεργικά) Λειτεργία dic cujusvis ministerii publici functio, & apud Polybium speciatim excubiarum, quibus agen peculiariter destinati sunt Angeli, Pag. 6 lin 7. ὃς τῶν μὲν κατὰ τὰς φυλακὰς ΛΕΙΤΟΥΡΓΙ ἀπολύεται, *qui ab excubandi munere liberatur.*

Cap. II. 1. προσέχειν) Verbum valde em phaticum. Declarat enim non tantum animu attentum audiendis iis, quæ dicuntur, sed etia intentum ad vitanda peccata, & e contrario vi tutes sectandas moresque emendandos. Quan προσοχὴν non differendam integro capite mo net Epictetus lib. 4. cap. 12. Quanquam non diffitendum, hoc sensu absolute sine casu po ni. Conf. Act. XVI. 14.

Ibid. v. 3. ἀρχὴν λαβοῦσα) Plurimis loc obvia phrasis apud Polybium, ut pag. 185. lin 18. ὁ πόλεμος ταύτην ΕΛΑΒΕ τὴν ΑΡΧΗΝ, *ab ha principio bellum illud cepit.* Pag. 411. lin. 10. pag 413 lin. 15. a fine, pag. 425. lin. 2. pag 443. lin 9. a fine: ὁ πόλεμος τοιαύτας ΕΛΑΒΕ τὰς ΑΡΧΑΣ καὶ τὸ τέλος, *hoc modo & susceptum & confectum est bellum.* Pag. 527. lin. 10. pag. 741. lin. 8. pag. 797. lin. 11. a fine &c.

Ibid. v. 14. παραπλησίως) Adverbio hoc significatur, non *propemodum*, aut *fere similiter* eum naturæ humanæ participem factum, ut nonnulli sunt interpretati; sed *plane similiter*, οὐ δοκητῶς, οὔτε φαντασικῶς, ἀλλ' ἀληθῶς καὶ ὄντως, i. e. *vere & proprie hominem esse factum,*

quem-

emadmodum urgent adverbium hoc Græci terpretes adversus hæreticos, veritatem huanæ naturæ in Christo negantes. Conf. *rhard.* in h. l. Adjectivum hoc sensu exstat ud Arrianum de exp. Alex. 7, 1, 9. apud iem Indorum sapientes Alexandrum reprendunt, quod tantum terrarum obierit, ἄνϑρωπος ὢν, ΠΑΡΑΠΛΗΣΙΟΣ τοῖς ἄλλοις, *cum homo , similis reliquis.*

Ibid. v. 15. ἀπαλλάξῃ αὐτοὺς) scil. τοῦ φόβου θανάτου, quod ex sequentibus intelligendum. Ita & Polybius loquitur pag. 108. lin. 2. τὶ ποσὸν ΑΥΤΟΥΣ ΑΠΑΛΛΑΞΑΣ τῆς προγεγενημένης δυσελπιστίας, *cum nonnihil eos liberasset a priore metu sive desperatione.*

Ibid. διὰ παντὸς τοῦ ζῆν) Infinitivus loco nominis, pro διὰ πάσης ζωῆς. Sic & Polyb. pag. 151. lin. antep. ἐκ ΤΟΥ ΖΗΝ ἐξεχώρησαν, *e vivis excesserant.* Pag. 178. lin. 22. τὸ ζῆν ἐξέλιπον, *vitam cum morte commutarunt.* Item pag. 1074. lin. 1. & Arrian. Epict. pag. 191. lin. 19. ἐξάγειν ἐκ τοῦ ζῆν, *abducere e vita.*

Ibid. ἔνοχοι ἦσαν δουλείας) *Obnoxii erant servituti*, i. e. ita animo affecti, ut servi solent, qui heros suos metuunt, tanquam vitæ & necis ipsorum dominos. Animo enim servus est, quisquis metuit, Rom. VIII. 15. ὁ γὰρ τὸν θάνατον δεδοικὼς, δοῦλός ἐστι. *Nam qui mortem metuit, servus est*, ait Chrysostomus. Unde Xenophon, in superioribus annotationibus citatus,

tus, vehementi metu ait homines καταδουλῶσθαι. Eodem modo Arrianus de exp. A. 3, 11, 2. τὸ ΔΕΟΣ, ὃ, τι περ φιλεῖ πρὸ τῶν μεγάλων κινδύνων γίγνεσθαι, οὐκ ἐκ τοῦ παραυτίκα διατεθὲν, ἀλλ' ἐν πολλοῖς πολλῷ χρόνῳ μελετη-θέν, καὶ τὰς γνώμας αὐτῶν ΔΟΥΛΩΣΑΜΕΝΟΝ. *Metus, qui ante magnum aliquod prælium oriri solet, isque is quidem repentinus, sed qui multo ante tempore animos multorum insederat ac penitus subjugarat.* Et 2, 10, 2. Καὶ ταύτῃ εὐθὺς δῆλος ἐγένετο τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον τῇ γνώμῃ δεδουλωμένος. *Quo quidem statim Macedonibus argumento fuit, Darium jam servitutem animo concepisse.* Item 5, 19, 1. 6, 16, 3.

Cap. III, 11. ὡς) *Itaque.* Stephanus in Thes. Gr. Linguæ tom. 4. pag. 809. D. *in veteri lexico*, inquit, *ὡς poni dicitur etiam pro Quare, Quamobrem: sed nullum bujus usus exemplum affertur.* Suppleamus ergo hunc defectum lexicorum ex Arriano de exped. Alex. 2, 16, 5. ὩΣ τόν γε ἐν Ταρτησσῷ πρὸς Ἰβήρων τιμώμενον Ἡρακλέα δοκῶ ἐγὼ τὸν Τύριον εἶναι Ἡρακλέα. *Quapropter Herculem illum qui in Tartesso ab Iberis colitur, Tyrium hunc Herculem esse censuerim.* Et 5, 15, 5. ἐγίγνετο μὲν καὶ ὩΣ ἀμφίβολος τῇ γνώμῃ, ὅτι οἱ ἀπὸ τοῦ κλ. *Fiebat etiam propterea anceps consilii, quod milites, qui e regione apud magna castra cum Cratero relicti erant, transitum quoque tentare viderentur.*

Cap. IV. 1. Καταλειπομένης ἐπαγγελίας) *relicta promissione*; sed eo sensu, quo testamento ali-

uid relinqui dicitur; id est, cum nobis
uc reliqua sit promissio, cum a Deo nobis
it relicta. Neque enim satisfactum est pro-
so illi de divina quiete per Josuam v. 8. sed
tat illud etiamnum nobis implendum. Hinc
ostolus v. 9. ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς
λαῷ τοῦ θεοῦ. Cui sententiæ puto fore ut qui-
facile accedat, si modo & quo tota oratia spe-
t, diligenter consideret, & probe teneat
n. verbi καταλείπεσθαι, quam equidem arbi-
or rectissime posse ex Polybio intelligi:
enim ille pag. 1349. lin. 5. οὐ μὴν κακῶς
ρέσεως ΚΑΤΑΛΕΙΠΟΜΕΝΗΣ ἢ τὸν πόλεμον ἀνα-
χέσθαι γενναίως, ἢ διδόναι τὴν ἐπιτροπὴν περὶ
ν καθ' αὐτοὺς, *verumtamen quoniam duo-*
m malorum alterum erat eligendum; (relicta
ptione malorum) *ut vel bellum fortiter su-*
nerent, vel potestati alienæ se suaque permitterent;
ag. 636. lin. 24. μόνης δὲ σφίσι ΚΑΤΑΛΕΙΠΟΜΕ-
ΗΣ ἐλπίδος ἀκεραίου τῆς ἐν αὐτοῖς. *Cum sola ad-*
uc illis integra spes restet, quam in sese ponant. Pag.
ΙΟ. lin. 13 ὥστε μηδεμιᾶς ἄλλης ἐλπίδος ἔτι ΚΑ-
ΤΑΛΕΙΠΟΜΕΝΗΣ πρὸς σωτηρίαν, *utpote cum spes*
alutis nulla superesset alia. Pag. 867. lin. 6. a fine:
διὰ τὸ μήτε τοῖς Ῥωμαίοις ἐλπίδα ΚΑΤΑΛΕΙΠΕΣΘΑΙ
σωτηρίας, *quum neque Romanis spes salutis ulla su-*
peresset. Pag. 949. lin. 10. pag. 951. lin. 16. ὡς
μιᾶς ἔτι ΚΑΤΑΛΕΙΠΟΜΕΝΗΣ ἐλπίδος τῆς ἐν ἐκείνῳ
τῷ στρατηγῷ, *cum spe illa unica relicta, quam in eo*
mperatore ponerent. Item pag. 1059. lin. 13. Et
pag. 1062. lin. 8. dicitur ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλεί-

πειν. polliceri, Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην βί-
ΕΝ ΕΠΑΓΓΕΛΙᾼ ΚΑΤΑΛΙΠΩΝ, ὅτι λαβὼν τὸν α-
ζοντα καιρὸν, σύγκρισιν ποιήσομαι τῆς καθοπ-
μοῦ Ῥωμαίων καὶ Μακεδόνων. *Ego vero qui in*
hujus operis sum pollicitus, me ubi forem nactus
sionem, armaturæ Romanorum & Macedonum com-
rationem instituturum. Item pag. 1455. lin. 3. ἔσ-
μαι τὸ κατὰ τὴν προτέραν βίβλον ΕΝ ΕΠΑΓΓΕ-
ΚΑΤΑΛΕΙΦΘΕΝ συνεκπληρῶσαι τῶν φιληκόων
κα. *Quod superiori in libro polliciti sumus, id*
in gratiam eorum, qui discendi cupidi sunt, exe-
placet. Et pag. 692. lin. 4. vitæ partem adh-
reliquam vocat καταλειπόμενον βίον, uti & pa-
869. lin. 21. nec non pag. 864 lin. 26. τὴν κατ-
λειπομένην ὁδὸν, *quod superemt itineris.* Qui exp-
nunt *derelicta atque neglecta promissione*, verea-
probare possint interpretationem suam; q-
tum locum haberet, si scriptum esset ἐγκαταλ-
πομένης, uti est apud Polybium τὰς ἐλπίδας ἐγ-
καταλείπειν pag. 1073. lin. penult. Ἐκεῖνος μ-
γὰρ προκαταληφθεὶς, εἰς αὐτὰς συνεκλείσθη τὰς
τοῖς ἰδίοις οἰκέταις καὶ φίλοις ἐλπίδας, ἀλλ' ὅμως
οὐδὲ ταύτας ΕΓΚΑΤΕΛΙΠΕΝ· ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἦν δυν-
τὸν, ἐξήλεγξε. *Ille ab inimicis præventus, eo*
gustiarum est redactus, ut spes omnes suas in prop-
dumtaxat famulis & amicis haberet sitas; quas tam
ille spes nequaquam destituit, sed quantum ejus fie-
poterat, expertus est omnes.

Ibid. ὑστερηκέναι) Referri hoc posset ad
καταλειπομένης, si articulus esset additus τῷ κα-
ταλειπ. ut in Polybio pag. 1336. lin. 14. ὑστερήσα-

τῶ

τ̃ μάχης, quia post pugnam pugnatam venerant.
;-137. lin. 5. a f. pag. 405. lin. 9. a f. & pag. 612.
. 26. τῶν λέμβων ὑστερήσας, *cum tardius adve-
re lembos non esset assecutus.* 647. lin. 18. a f. ὑστε-
τ̃ καιρ̃. Et compositum καθυστερεῖν pag.
1. lin 22. & pag. 512 lin. 16. τῷ δὲ μήκει τ̃ ὁδ̃
θυστερήσαντες τ̃ εἰς τὴν Τεγέαν παρουσίας τ̃ Φι-
ππ̃. *Quia propter viæ longitudinem Tegeam oc-
rere ad eam diem qua illuc Philippus venit, non po-
ant.* Jam vero quia sine articulo ponuntur
rba καταλειπομένης ἐλπίδος, absolute sunt
cipienda, ut genitivi consequentiam desi-
ıantes; (non quasi genitivos consequentiæ in-
cet absentia articuli; contra enim Polyb. pag.
'7. lin. 8. a f. καταλειπομένων δ̓ ἔτι τῶν Γαδάρων,
m restarent adhuc Gadara; sed quod ὑστερεῖν no-
ıinibus soleat cum articulo jungi;) ὑστερηκέναι
ero hic cum nullo nomine construitur, sed per
signisicat *justo serius venire*, opportunitate in-
andi in requiem illam jam præterlapsa. Repe-
ıtur sic & apud Polybium sine casu, p. 770. l. 3.
*ed nec pervenire aliquo tempestive queas horum cogni-
ione destitutus*: ἀλλὰ ποτὲ μὲν ΥΣΤΕΡΕΙΝ, ποτὲ
ὲ προτερεῖν ἀνάγκη, *quum modo tardius, modo
naturius necessario sis venturus.* Pag. 585. lin. ult.
ι δὲ λοιποὶ ΚΑΘΥΣΤΕΡΟΥΝ, διὰ τὸ πολὺ παρηλ-
λάχθαι τὴν ἔξοδον τ̃ βασιλέως πρὸς τὸν εἰθι-
σμένον καιρόν. *A reliquis cessatum est* [reliqui se-
io nimis veniebant,] *quia multo maturius Rex,
quam pro solito more exibat.* Pag. 1166. lin. 10.
διότι ΚΑΘΥΣΤΕΡΟΥΣΙΝ αἱ θ̓ ἅμαξαι καὶ τὰ κτήνη
τὰ

τὰ παρακομίζοντα τὸν σῖτον. *Quoniam p*
& jumenta, quæ frumentum & pecuniam a
bant, ad diem condictam nec dum convenerant.
rian. de exped. 1, 18, 8. *Persarum vero*
ΥΣΤΕΡΗΣΑΣΑΙ *cum serius venissent.* Et 6.
Et Herodotus lib. 1. pag. 31. C. ἐπεὶ ΥΣΤΕΡΗ
cum sero venissent, & tempus ejus rei perage
jam præteriisset.

Ibid. v. 7. ὁρίζει ἡμέραν) Epict. Ench
cap. 75. ἂν ΗΜΕΡΑΣ ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ΟΡΙΖ
μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ *Si dies alios post*
constitueris, post quos cures te ipsum. Polyb.
992. med. τὴν ΗΜΕΡΑΝ καὶ τὸν καιρὸν ΩΡΙΣ
ἐν ᾗ μέλλει τὸ διάδημα ἀναλαμβάνειν. *Diem*
horam designavit, qua sit diadema assumturus.
pag. 1453. lin. 11. ἀπαντᾷν εἰς Σάρδεις ἐπί τ
χρόνον ΩΡΙΣΜΕΝΟΝ, *ad diem certum Sardibus pr*
sto esset.

Ibid. v. 9. ἀπολείπεται) Idem valet qu
καταλείπεται v. 1. *reliquus est, restat.* Pol
pag. 696. lin. 19. a f. ὑποδείξας ὅτι τοῖς ἡττη
νοις ὅμως ἐλπὶς ΑΠΟΛΕΙΠΕΤΑΙ σωτηρίας. *Ost*
tata ipsis spe salutis si vinci contingeret.

Ibid. v. 15. πεπειρασμένον δὲ) Elegan
δὲ ponitur pro ἀλλὰ, post οὐ negandi partic
lam. Polyb. pag. 404. lin. 8. ΟΥ ΓΑΡ δι' ἄλλ
διὰ ΔΕ ταύτην τὴν αἰτίαν. *Hæc namque, n*
alia caussa ulla est. Conf. Annot. Xenoph.

Cap. V. 12. διὰ τὸν χρόνον) *propter temp*

ex quo ea vobis tradi cœpta sunt. Quo quidem tanto tempore ita vos proficere in percipienda hac doctrina oportuisset, ut jam aliorum deberetis esse doctores. Polyb. pag. 69. lin. 12. *Erant illa opera ad facile concipiendum ignem cumprimis apta*, ΔΙΑ ΤΟΝ ΧΡΟΝΟΝ, *utpote multo ante facta*. Et pag. 151 lin. penult. ἐπεὶ δ' οἱ μὲν αὐτόπται γεγονότες τῶν δεινῶν ἐκ τοῦ ζῆν ἐξεχώρησαν ΔΙΑ ΤΟΝ ΧΡΟΝΟΝ· ἐπεγένοντο δὲ νέοι. *Postea vero quam per ætatem e vivis excesserant priorum malorum oculati testes; successerantque illis juvenes.* Dicitur & διὰ καιρὸν, verum non de longinquitate temporis, uti hoc loco, sed de opportunitate apud Polyb. pag. 460. lin. antepen. πάντων ἀπηλπικότων τὴν παρουσίαν τοῦ Φιλίππου διὰ τὸν καιρὸν, *cum nemo amplius propter anni tempus de Philippi reditu spem ullam haberet.*

Ibid. στερεᾶς τροφῆς) Eadem metaphora utitur Epictetus apud Arrianum lib. 2. cap. 16. pag. 200. lin. 10. a f. οὐ θέλεις ἤδη ὡς τὰ παιδία ἀπογαλακτισθῆναι, καὶ ἅπτεσθαι ΤΡΟΦΗΣ ΣΤΕΡΕΩΤΕΡΑΣ, μηδὲ κλαίειν μάμμας καὶ τίτθας, γραῶν ἀποκλαύματα; *Non vis jam tanquam infantes ablactari, & degustare cibum solidiorem? neque desines implorare mammas & titthas, anicularum ejulatus?* Item pag. 370. lin. 9. & pag. 380. lin. 11.

Ibid. v. 14. πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ.) Discernere bonum a malo, præcipuum philosophi munus esse, tradit Epictetus; cujus verba digna sunt, quæ hic legantur, ad excitandum studium rei tam præclaræ

& necessariæ. Lib. I. cap. 20. pag. 84. Διὰ τοῦτο ἔργον τοῦ φιλοσόφου τὸ μέγιστον καὶ πρῶτον, δοκιμάζειν τὰς φαντασίας, καὶ ΔΙΑΚΡΙΝΕΙΝ, καὶ μηδεμίαν ἀδοκίμαστον προσφέρεσθαι κλ. *Quare opus philosophi maximum & primarium est, explorare visa & discernere, & nullam inexploratum admittere. Considerate quid fiat in moneta, ubi aliquid nostra interesse videtur. Quomodo & artem invenimus, & quibus argentarius utitur ad explorationem nomismatis, visu, tactu, olfactu, postremo auditu? Violenter illidens denarium, sono attendit. Neque semel contentus est edidisse sonum, sed ob multam attentionem musicus fit.* οὕτως, ὅπου διαφέρειν οἰώμεθα τὸ πλανᾶσθαι τοῦ μὴ πλανᾶσθαι, ἐνταῦθα πολλὴν προσοχὴν εἰσφέρομεν εἰς ΔΙΑΚΡΙΣΙΝ τῶν διαπλανᾶν δυναμένων. *Adeo, ubi discrimen esse putamus inter errare & non errare, tum multam attentionem adhibemus ad discernendum ea, quæ in errorem nos ducere possunt.*

Cap. VI. 6. ἀνασταυροῦντας) Etiam in Polybio reperitur verum esse, quod *Lamb. Bos* ad h. l. annotat, ἀνὰ in verbo ἀνασταυρῶν non habere significationem τοῦ rursum, sed τοῦ sursum; quo sensu illud usurpatur pag. 14. lin. 18. pag. 111. lin. 1. pag. 555. lin. 17. a fine, & pag. 735. lin. 6.

Ibid. v. 17. τὸ ἀμετάθετον) Quia in Lexicis Græcis hoc verbum sine exemplo profertur placet ex Polybio quædam adscribere, pag. 166 lin. 17. a f. θεωροῦντες ΑΜΕΤΑΘΕΤΟΝ οὖσαν τὴν ἐπιβολὴν τῶν Ῥωμαίων. *Animadvertentes inita a Romanis consilia adversus se mutari non posse.* Pag.

1287.

37. lin. 8. a fine: διαλήψεις ΑΜΕΤΑΘΕΤΟΥΣ
οντες, cum certa ac fixa staret illis sententia.

Cap. VII. 3. Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ) Sine pa-
& matre fuisse dicitur, quod eorum nomina
S. Litteris relata non legantur. Ita Arria-
s sine nomine insulam vocat, cujus nomen
notum erat; de exp. Alex. I, 19, 5. ἐς νησῖδα
ὰ ἀνώνυμον διαπέχοντο. In parvam quandam in-
am (nomen ejus obscurum est) trajecerunt. Et
emosthenes ἀνωνύμους dicit homines obscuros
ignotos or. de Chers. pag. 42. B.

Ibid. v. 5. καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς
φύος Ἀβραάμ.) Phrasin hanc more Hebræo-
m formatam esse, docet Vorstius de Hebr. N.
cap. 39. pag. 241. licet Herodianus lib. 1. dicat
γαστρὸς προελθεῖν, & Arrianus lib. 3. differt.
pict. cap. 22. ἐκ τῆς κοιλίας ἐξελθεῖν; cum hæ
iginem denotent a matre, at illa a patre: &
æterea phrases quoque ipsæ non sint eædem.

Ibid. v. 9. ὡς ἔπος εἰπεῖν) ut ita dicam.
olyb. pag. 1. ἅπαντες, ΩΣ ΕΠΟΣ ΕΙΠΕΙΝ, prope
erim omnes. Item pag. 90. lin. ult. pag. 152.
1. 11. a f. pag. 529. lin. 6. pag. 629. lin. 8. pag.
46. lin. 19. in quibus aliisque locis pluribus
rmula hæc ὡς ἔπος εἰπεῖν usurpatur ad indi-
ndum, paulo licentius ipsum locutum. Conf.
nnot. Xenoph.

Cap. IX. 5. περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ
ἰέρος.) Similis formula apud Polybium pag.
1. lin. 12. ΠΕΡΙ ΩΝ οὐχ οἷόν τε διὰ τῆς γραφῆς τῶν

ΚΑΤΑ ΜΕΡΟΣ ἀποδοῦναι λόγον. *Quæ quidem recenseri omnes sigillatim non queant.* Item pag. 1026. lin. 12. a f.

Cap. X. 15. Μαρτυρεῖ ἡμῖν) *adsentitur nobis.* Arrianus in Epict. lib. 2. cap. 12. pag. 175. Socrates cogebat τὸν προσδιαλεγόμενον αὐτῷ ΜΑΡΤΥΡΕΙΝ, ἄλλε δὲ ἐδενὸς ἐδεῖτο μάρτυρος. *eum, ad quem disserebat, sibi aßentiri, neque alio ullo præter ipsum egebat teste.* Plutarch. pædag. cap. 9. v. 4. & cap. 14, 36. ΜΑΡΤΥΡΕΙ δὲ τέτοις Εὐριπίδης, ἔτω λέγων. *Hæc vero etiam Euripides testimonio suo confirmat, sic dicens.* Conf. Annot. Xenoph.

Ibid. v. 31. ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ) Idem fere dicendi genus apud Polybium lib. 15. cap. 10. pag. 973. lin. 14. *Iis qui fugerint, nullum esse tota Africa locum, qui securitatem possit præstare:* ΠΕΣΟΥΣΙ δ' ΥΠΟ τὰς τῶν Καρχηδονίων ΧΕΙΡΑΣ, *iis vero qui in Pœnorum manus inciderint, quæ sint eventura, non eße obscurum recta ratione rem putantibus.*

Ibid. v. 33. θεατριζόμενοι) Compositum ἐκθεατρίζειν aliquoties reperitur apud Polybium pag. 336. lin. 9. a f. ἔμελλον εἰς ταῦτα καταστρατοπεδεύσαντες ὥσπερ εἰς ΘΕΑΤΡΟΝ οἱ Καρχηδόνιοι, καταπλήξεσθαι μὲν τῷ παραδόξῳ πάντας· ΕΚΘΕΑΤΡΙΕΙΝ δὲ τοὺς πολεμίους φυγομαχοῦντας. *Sperabant Carthaginienses, si eam partem Italiæ, ceu quoddam theatrum, insiderent, ipsa inopinati casus novitate omnes iri perterritum: & quasi in scena se ho-*

stium ignaviam detrectantium pugnam, esse publicaturos. Pag. 506. lin. 3. a f. Ταχέως ΕΞΕΘΡΕΑΤΙΣΑΝ αὐτοὺς. *Illico interiora animorum suorum ipsi publicarunt.* Pag. 1288. lin. 1. & pag. 1451. lin. 7. ΕΚΘΕΑΤΡΙΣΑΝΤΑ τὴν ἀβουλίαν τὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀγεννίαν. *Cum imprudentiam & mollitiem animi sui quasi spectaculo traduxisset.*

Ibid. v. 34. τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων) Polyb. pag. 397. lin. ult. ἁρπαγὰς ὑπαρχόντων, *direptiones facultatum.*

Ibid. μετὰ χαρᾶς) Epictetus hoc se agere ait, ut Deo dicere possit: πένης ἐγενόμην σοῦ θέλοντος, ἀλλὰ ΧΑΙΡΩΝ. *Pauper fui, cum tu velles, sed gaudens*, pag. 287. init.

Ibid. v. 39. εἰς περιποίησιν ψυχῆς.] Polyb. pag. 999. lin. 9. a f. *Macedones obsecrare instituit, nullo non genere vocis edito* πρὸς τὸ ΠΕΡΙΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ τὸ ζῆν αὐτὸ μόνον, *solius ut sibi vitæ servandæ fieret potestas.* Conf. Annot. Xenoph.

Cap. XI. 1. ὑπόστασις) *Fiduciam* interpretatur Gerhardus; idque probat inter alia ex usu hujus vocis in LXX. interpp. Illi enim ὑπόστασιν ponunt pro spe & expectatione Ruth. I. 12. Ps. XXXIX. 8. Ezech. XIX. 5. Quo pertinet, inquit, quod in significatione imperterritæ confidentiæ etiam apud prophanos scriptores ὑποστάσεως vox usurpatur. Eamque in rem allegat verba Polybii lib. 6. de Horatio Coclite, cap. 53. pag. 691. lin. 8. a fine: Διακατέσχε τὴν ἐπι-

φορὰν τῶν ἐχθρῶν· οὐχ οὕτω τὴν δύναμιν, ὡς τὴν ΥΠΟΣΤΑΣΙΝ αὐτοῦ καὶ τόλμαν καταπεπληγμένων τῶν ὑπεναντίων. *Irruentium hostium impetum inhibuit, quos non adeo vis Coclitis, ut præsentia animi constantiaque & audacia admiratione defixit.* Occurrit eadem notione apud eundem Polybium pag. 440. lin. penult. *At Rhodii ubi cernunt* τὴν τῶν Βυζαντίων ΥΠΟΣΤΑΣΙΝ, *constantem hanc fiduciam Byzantiorum.* Reperitur etiam adverbium ὑποστατικῶς lib. 5. cap. 16. pag. 508. lin. 1. τοῦ δὲ βασιλέως ὑποστατικῶς φήσαντος, *Rege vero constanter ac fidenter respondente.*

Ibid. πραγμάτων ἔλεγχος) Epictetus ἔλεγχον τοῦ πράγματος, ut equidem intelligo, dicit argumentum, sive probationem & demonstrationem, qua πρᾶγμα illud, de quo ipse loquitur, i. e. philosophiæ studium declaretur, & quantum in eo quis profecerit, quasi coram exhibeatur, ut quæ in animo philosophi latet de rebus bonis & malis sententia, opere ipso spectari possit, lib. 3. cap. 10. pag. 305. lin. 10. a f. τί κωλύει, πυρέσσοντα κατὰ φύσιν ἔχειν τὸ ἡγεμονικόν; ἐνθάδ' Ο ΕΛΕΓΧΟΣ ΤΟΥ ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ, ἡ δοκιμασία τοῦ φιλοσοφοῦντος. *Quid impedit, febricitantem animo esse natura congruenter affecto? Hic est demonstratio rei, & probatio philosophantis.* Chrysostomus: ἔλεγχος λέγεται ἐπὶ τῶν λίαν ἀδήλων. ἡ πίστις τοίνυν ἐστὶν ὄψις τῶν ἀδήλων, φησὶ, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν τοῖς ὁρωμένοις φέρει πληροφορίαν τὰ μὴ ὁρώμενα. Ἔλεγχος *dicitur de iis quæ valde sunt obscura. Fides igitur est, inquit,*

aspectus

Aspectus eorum, quæ non sunt manifesta, & ea quæ non videntur ad eandem cum iis quæ videntur, adducit certitudinem.

Ibid. v. 3. εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων) *Beza, Er. Schmidius*, & nonnulli alii, τὸ μὴ referunt ad γεγονέναι, non ad φαινομένων. A quorum sententia, cùm Annotationes Xenophonteas scriberem, fateor me non fuisse alienum. Sed quo nunc magis græca verba considero, hoc mihi fit probabilior *Joach. Camerarii* expositio, qui μεταθετικῶς dictum statuit, pro ἐκ τῶν μὴ φαινομένων. Nam quod *Er. Schmidius* μετάθεσιν negativæ μὴ vel ὐ, non N. Testamento modo, sed & aliis Autoribus insolentem esse, &, si forte reperiatur, ex metri necessitate adhibitam videri censet; satis refellitur illo, quem tunc jam citavimus, loco Arriani de exp. Alex. 7, 23, 12. Ταῦτα μὲν ὖν ὐκ ἔχω μέμψασθαι, πλήν γε δὴ ὅτι ΟΥΚ ΕΠΙ μεγάλοις διεσπυδάζετο. *Atque hæc quidem non reprehendo, nisi quod in rebus non magnis nimis magnam operam posuit.* Cui nunc addimus aliud exemplum ex Plutarchi pædag. cap. 9. §. 15. Τὸ δὲ δὴ παντάπασιν ἀποδοκιμάζειν τῶν λόγων τὴν ἑτοιμότητα, ἢ πάλιν αὖ ταύτην ΟΥΚ ΕΠ' ἀξίοις ἀσκεῖν, ὐ φαίην ἂν ἔγωγε. *Interim ego promptitudinem differendi neque improbandam prorsus, neque rebus non dignis adhibendam ajo.* Notus præterea est Atticismus ille ὐ φημι *non dico*, pro *nego*. Xenoph. ἀναβ. lib. 1. pag. 197. lin. 20. ὐκ ἔφη ἰέναι, *venturum se negabat.* Arrian. ἀναβ. 1, 5, 4. ὐκ ἔφη χρῆναι ἐν λόγῳ τίθεσθαι Αὐταριάτας. *Monuit,*

Autariatas nihili faciendos esse. Pro quo μὴ φάσκει dixit Demosthenes, & μὴ λέγω Plato, quorum verba citat *Budæus* Comm. pag. 1340. it Polyb. pag. 1331. lin 10. a f. τοὺς μὴ φάσκοντας ἀπολύειν, *qui absolvendos negabant*. Accedit auctoritas Chrysostomi, qui hunc locum ita explanat: Δῆλόν, φησίν, ἐστιν, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἐκ τῶν μὴ φαινομένων τὰ φαινόμενα, ἐκ τῶν οὐχ ὑφεστώτων τὰ ὑφεστῶτα.

Ibid. v. 5. εὐηρεστηκέναι τῷ Θεῷ) Verbum εὐαρεστεῖν in triplici differentia reperitur. I. *placere, probari, gratum acceptumque esse alicui ob pulchritudinem aliasve dotes, amorem conciliantes*, Exod. XXI. 8. ἐὰν μὴ εὐαρεστήσῃ τῷ κυρίῳ αὐτῆς. Quanquam hoc exemplum etiam ad sequentem significationem referri posset, si dicamus, eam Domino suo quod non bene ancillaretur, ideo non placere intelligendam esse. II. *sese probare alicui vitæ probitate; itaq; aliquem colere, eique inservire, ut ipsi placeamus.* Quam quidem significationem arbitror hujus esse loci. Ut εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ sit *Deum colere* ex præscripto non primæ tantum, sed & secundæ tabulæ decalogi, Jac. I. 27. eoque cultu atque pietate, tum justitia, temperantia, benignitate aliisque virtutibus Deo placere. Lutherus vertit Gen. V. 24. ein göttlich Leben führen. Ita nihil aptius dici potest, quam quod sequitur v. 6. sine fide fieri non posse, ut quis Deum colat. Hoc enim ut faciat, & esse Deum credat oportet, & remuneratorem fore ipsum colentibus. Ita hunc locum interpretatur

tur Chrysostomus, qui inter alia sic de Enocho: εἰ γὰρ μὴ ᾔδει ὅτι λήψεται ἀμοιβὰς, πῶς εὐηρέστει; *Nisi enim scivisset, quod accepturus esset renumeratio-nem, quomodo Deum coluisset*, aut quamobrem ei placere studuisset? Et Theophylactus istam εὐαρέστησιν de virtutum studio accipit. *Nisi enim*, inquit, *crediderit quispiam compensationem esse bonorum & malorum*, οὐκ εὐαρεστήσει τῷ Θεῷ. *Quomodo enim laboriosum virtutis iter ingrediatur*, (hanc ergo Theophylactus intellexit εὐαρέστησιν) *non persuasus in futuro seculo multiplices ac stabiles esse retributiones?* Idemque paulo post: *Quid vero est exquirentibus ipsum: hoc est, vita beneplacere ei navantibus operam.* Et qui ex præscripto legum vivunt, eoque Deo placent, hos idem Theophylactus dicit ΕΥΑΡΕΣΤΟΥΝΤΑΣ ΤΩ ΘΕΩ ad Joh. III. 16. ἡ μὲν παλαιὰ τοὺς ἐν ταύτῃ εὐαρεστοῦντας τῷ Θεῷ, μακρότητι ἡμερῶν ἐμπιπλᾷν ὑπισχνεῖτο. *Vetus quidem Testamentum eos qui in illo Deo placebant, longitudine dierum implendos promittebat.* A LXX. interpretibus phrasis את־האלהים התהלך *ambulare cum Deo* redditur verbo εὐαρεστεῖν Gen. V. 22. 24. VI. 9. ad quem locum Chrysostomus Homilia XXIII. ita hoc verbum explanat: ἀπόδεκτος παρὰ τῷ Θεῷ γέγονεν, ἤρεσε τῷ ἀκοιμήτῳ ἐκείνῳ ὀφθαλμῷ διὰ τῶν αὐτῷ κατορθωμένων, καὶ ἐκείνου τὴν εὔνοιαν ἐφελκύσατο ἡ τῶν βεβιωμένων πρᾶξις. *Acceptus Deo fuit, placuit insomni illi oculo per sua recte facta, & illius benevolentiam conciliarunt vitæ actiones.* Et Gen. XVII. 1. Deus ad Abrahamum ait: ΕΥΑΡΕΣΤΕΙ

ἐνώπιον ἐμῦ, καὶ γίνυ ἄμεμπτ☉. *Ambula-ram me, & esto integer.* Item Gen. XXIV. 4 XLIIX. 15. Pſ. XXVI. 3. ΕΥΗΡΕΣΤΗΣΑ ἐν τῇ ἀ-θείᾳ σϑ. Ubi ſane de vitæ actionibus ſer-eſt: *ambulo in veritate tua.* Uti & Pſ. XXX 14. ὡς πλησίον, ὡς ἀδελφὸν ἡμέτερον, ὕτως ΕΥ-ΡΕΣΤΟΥΝ. *Tanquam proximo, tanquam fratri n-ſtro, ita ei inſerviebam.* Et Pſ. CXVI. 9. Syr. XLI 16. Maxime vero omnium hæc ſignificati conſtat ex Gen. XXXIX. 4. ubi verba hæc: *Inven Joſeph gratiam in oculis ejus, & miniſtravit ei,* ita transferuntur: Καὶ εὗρεν Ἰωσὴφ χάριν ἐναντίον τῦ κυρίυ ἀυτῦ, καὶ ΕΥΗΡΕΣΤΗΣΕΝ ἀυτῷ. Accedit, quod locum Gen. V. 22. Jonathan ita conver-tit: *Et ſervivit Enoch in veritate coram Domin.* Eodem etiam referri poteſt, quod Epictetus ἀρέσκειν ϑεοῖς & πείϑεσϑαι conjungit pag. 18 lin. 12. *Quales inventi fuerint dii,* τὸν ἐκείνοις ΑΡΕΣΟΝΤΑ καὶ πειϑησόμενον, *eum qui his placere & obedire ſtudeat, pro viribus neceſſe eſt ut ſeſe his ſi-milem exhibeat;* & Paulus 1. Theſſ. IV. πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν Θεῷ. Adjectivum etiam ἐυάρεστον in N. T. de vitæ actionibus Deo placentibus uſurpatur, ut Rom. XII. 1. 2. XIV. 18. Col. III. 20. Tit. II. 9. Et ſicut ἐυαρεστέω eſt gratum alicui officium præſto: ita etiam paſſi-vum ἐυαρεστέομαι eſt gratum mihi officium præ-ſtatur, ſive delector re quapiam. Hebr. XIII. 16. Τοιαύταις γὰρ ϑυσίαις ἐυαρεστεῖται ὁ Θεός. *Ta-libus enim victimis delectatur Deus.* Cui ſimilem locum annotavit *Suicerus* in Theſauro Eccleſ. ſub

hæc

ıc voce, ex Can. XX. Concilii Nicæni II. Ἐπὶ τῷ εὐαρεστεῖται ὁ Θεός. *Hoc Deo acceptum est*, d quæ Zonaras pag. 234. ἀντὶ τοῦ οὕτως εὐαρέστως ἐλεύουσι τῷ Θεῷ. *Pro ita gratus est Deo cultus*, *tem ei exhibent*. Quia ergo Enochus credidit eum & esse & remuneratorem esse, ideo eum oluit. Unde intelligitur, cultus divini omniumque virtutum quibus Deo placemus, matrem esse fidem hanc divinæ remunerationis. ene autem omnino Apostolus fide contendit Enochum translatum fuisse. Caussa enim caussæ, ut loquuntur philosophi, est etiam caussa caussati. Τῆς μεταθέσεως, inquit Chrysostomus ad h. l. ἡ εὐαρέστησις αἰτία, τῆς δὲ εὐαρεστήσεως ἡ πίστις. Confirmatur hæc interpretatio versu sequente, quo non tantum qualis fides esse debeat exponitur, sed etiam quod modo dicebatur εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ, id alia phrasi quodammodo declaratur, προσέρχεσθαι τῷ Θεῷ, qui accessus ad Deum sane fit ad colendum, maxime invocandum ipsum, ut sequenti annotatione ostendetur. Agnoscit hoc etiam *Brechmannus* in Comment. *Quid quæso*, inquit, *aliud est* εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ, *quam* προσέρχεσθαι τῷ Θεῷ, *interprete Apostolo. Quod enim versu præcedente dixit Apostolus* εὐαρεστῆσαι Θεῷ, *id versu præsente enunciat phrasi hac*: προσέρχεσθαι Θεῷ. Et paulo inferius: *Qua enim ratione fieri potest, ut is Deo placeat, aut, quod idem est, ad Deum auxilii obtinendi causa accedat, qui aut ignorat Deum esse, aut nescit* &c. Fides tamen illa divinæ remunerationis esse non po-

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Sed [illegible]
[illegible]
[illegible]
ad v. 23. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Non [illegible]
de, de qua hic sermo est. Enochus [illegible]
[illegible] est adeptus, sed hoc [illegible], ut [illegible]
morte ad eam transferretur. Quae [illegible]
vitae piae innocenterque actae singularis [illegible]
[illegible] compensatio. Sicut enim in beneficii [illegible]
putatur, cum justi circa mortem [illegible]
[illegible] praecipiuntur Jes. LVII. 1 & Sap. [illegible]
10. [illegible]
[illegible] Quae tamen verba Junius & Tremellius de ipso Enochio explicant. Pertinet ergo hic totus de Noacho locus Apostoli ad Theologiam moralem, significaturque verbis [illegible] ea Dei complacentia, non quod fide Deo placuerit ad salutem, sed quod moribus & vita placuerit ad gratum ipsi odorem; uti loquitur idem B. *Salomon*

ecim. Theol. Mor. cap. I. §. 10. citatque Rom. I. 1. 1. Theſſ. IV. 1. 2. Cor. V. 9. Col. I. 10. 1. Tim. 2. ſeq. Hebr. XIII. 16. 1. Cor. VII. 32. III. Ευαρεστεῖν etiam ſignificat *aliqua re contentum eſſe & quieſcere.* Epictetus apud Arrian. lib. I. cap. , pag. 56. lin. 20. ait: Πῶς ἂν ΕΥΑΡΕΣΤΟΙΗΝ τῇ θείᾳ διοικήσει; *Quomodo æquo animo acquieſcam divinæ adminiſtrationi?* Ubi idem oſtendit, fieri hoc non poſſe, niſi Deos eſſe credas, eosque rerum humanarum curam gerere. Et pag. 251. lin. 6. Item lib. I. cap. 12. pag. 58. lin. 6. a f. πάντα ΕΥΑΡΕΣΤΩΣ δέχεσθαι, *omnia placide & æquo animo accipere,* quantumcunque videantur moleſta, ſich alles gefallen laſſen. Polyb. pag. 483. med. τοῦ βασιλέως ΕΥΑΡΕΣΤΗΣΑΝΤΟΣ τοῖς λεγομένοις, *Rege approbante ſententiam.* Hujus oppoſitum eſt δυσαρεστεῖν pag. 58. ſub fin. pag. 108. med. pag. 19. med. pag. 317. lin. penult. pag. 321. lin. 7. pag. 501. lin. 4. a f. μήτι τῶν γινομένων τινὶ δυσηρέστησα; *Num ægre tuli quicquam quod mihi accidiſſet?* Et Polyb. pag. 45. lin. antepen. δυσαρεστήσαντες τοῖς στρατευομένοις. *Averſati propoſitas conditiones.* Et pag. 178. lin. 10. a f. δυσαρεστήσαντες τοῖς παισὶν, *filios averſati.* Et pag. 252. lin. 15. & pag. 406. lin. 10. a fine. Significat etiam diſplicere pag. 1281. lin. 11. a f. πῶς οὐκ ἔμελλε δυσαρεστήσειν τοῖς ἱστορήσασι; *Qui poterat intelligentibus non diſplicere* Cæterum cum hoc dicto Apoſtoli convenit ſententia Epicteti enchirid. cap. 38. Τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, (εὐσέβεια enim verbo εὐαρεστεῖν ſignificatur,) ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς

ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων, (Ar-
stolus ὅτι ἐςὶ eodem verbo) καὶ διοικούντων τὰ
καλῶς καὶ δικαίως. *Pietatis erga Deos praecip-
illud esse scito, rectas de eis habere opiniones: ut p-
tias, eos & esse & administrare universa bene & j-*
Ad justitiam autem Dei pertinet, ut sit μισ-
ποδότης τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτόν. It. pag. 400. lin.
Pertinet huc quoque admirabilis illa ejusdem E-
picteti sententia, in speciem quidem impia, le-
qua vix quicquam religioni possit magis esse con-
sentaneum, ut ait *Wolfius*, Enchir. c. 38. ὅτι
συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. *Ubi utilitas, ibi
pietas.* Et in dissert. pag. 107. lin. 1.

Ibid. v. 6. προσερχόμενον τῷ Θεῷ) Apud
Arrianum Epictetus ad Deum ita loquitur lib.
cap. 5. pag. 287. lin. 6. *Pauper fui, quia tu vo-
bas; sed gaudebam. Non gessi magistratum, qui
tu nolebas. Nunquam concupivi magistratum. Num
me ideo tristiorem vidisti?* μή ΠΡΟΣΗΛΘΟΝ ΣΟΙ
ποτὲ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, ἕτοιμος εἴ τι ἐπιτάσ-
σεις, εἴ τι σημαίνεις; *Num accessi ad te unquam
vultu parum laeto? paratus si quid mandes, si quid
significes.* Pag. 155. lin. 2. οὕτως ἔδει καὶ ἐπὶ τὸν
Θεὸν ἔρχεσθαι, ὡς ὁδηγόν. *Sic oportebat etiam
ad Deum venire, tanquam ad viae ducem.*
De precibus loquitur Epictetus, de quibus &
a Xenophonte hanc phrasin usurpari annota-
tum est. Cujus generis exempla & *Stephanus*
in Thesauro habet tom. 1. pag. 1273. *Peculiari,*
inquit, *significatione* προσέρχεσθαι *dicuntur qui
supplices accedunt, ut quum ad orandum Deum ve-
niunt*

onus de quus signific. lege qua habet Bud. p. 125.
iis addo ex Synesio, αὐτῷ καταμόνας ἐν πόλεσι κειμένοις τε καὶ τόποις ΠΡΟΣΗΛΘΟΝ ΤΩ͂Ι ΘΕΩ͂Ι.
ne male fortasse hæc quoque Thuc. addiderim, lib.
p. 160. ἰδίᾳ δὲ ἑταῖροι τε καὶ προσήρχοντο ὥσπερ ἐλπίσι. *Suspicor enim quandam divini honoris signific. verbo* προσέρχεσθαι *hic includi.* Sed puto προσέρχεσθαι τῷ θεῷ non eum tantum dici, qui ad Deum accedit oraturus, sed etiam qui ad eum accedit, ut cum ipso ambulet, ceu S. Litteræ loquuntur, h. e. ut eum pietate, justitia, temperantia, aliisque virtutibus colat, eique placere studeat. Quemadmodum ergo ambulare cum sive coram Deo & εὐαρεστεῖν idem valent, ut proxima superiore annotatione ostensum est: ita accedere ad Deum, illius ambulationis atque εὐαρεστήσεως quasi quoddam initium vel partem etiam declarat. In hac ipsa epistola phrasis hæc precibus tribuitur IV. 16. & VII. 25. sed & reliquum cultum divinum complectitur X. 1. 22. & XII. 22. & 23. προσεληλύθατε κριτῇ θεῷ πάντων. Qui accessus ne vanus sit, adhortatur Apostolus v. 28. λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ θεῷ.

Ibid. v. 10. τεχνίτης καὶ δημιουργὸς] Ita ἀρχιτέκτονα καὶ δημιουργὸν conjungit Polybius pag. 720. lin. 17. *Erat telorum apparatus tum copia quam usu atque efficacia admirabilis:* ὡς ἂν Ἱέρωνος μὲν χορηγοῦ γεγονότος, ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΟΣ δὲ καὶ ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΥ τῶν ἐπινοημάτων Ἀρχιμήδους. *Utpote ad quem Rex Hiero sumptus præbuerat, industriam vero atque inventionum Archimedes, operum illorum architectus & opifex.*

Ibid.

Ibid. v. 11. εἰς καταβολὴν σπέρματ☉) Arrian. diss. Epict. lib. 1. cap. 13. pag. 61. lin. 20. ὡς ἐκ τῶν αὐτῶν σπερμάτων γέγονε, καὶ τ᾽ αὐτῆς ἄνωθεν ΚΑΤΑΒΟΛΗΣ. *Filius ex eadem stirpe generatus est, & ex eodem de supernis satu.* Sed aptiorem etiam locum annotavit Lamb. Bos ex Lucian. in Amoribus pag. 888. Τοῖς μὲν γὰρ ἄῤῥεσιν ἰδίας ΚΑΤΑΒΟΛΑΣ ΣΠΕΡΜΑΤΩΝ χαρισαμένη, τὸ θῆλυ δ᾽ ὥσπερ γονῆς τι δοχεῖον ἀποφήνασα, i. e. *Viris propriam dedit* [natura] *seminis emissionem; feminam vero ceu geniture quoddam receptaculum fecit.*

Ibid. v. 13. παρεπίδημοι) Ita dicuntur, qui aliquo loco ad tempus tantum commorantur, Polyb. pag. 1280. lin. 15. a fine: ἀ μὴν τοῖς γε ΠΑΡΕΠΙΔΗΜΟΥΣΙΝ, οὔτε τοῖς ἐκεῖ μένουσι τῶν ἑλλήνων, οὐδαμῶς ἤρεσκεν. *Græcis tamen hominibus probatus non est: neque iis, qui forte illuc advenerant, neque iis qui inibi habitabant.* Pag. 1339. lin. 7. a f. pag. 1391. lin. 3. pag. 1466. lin. penult. Ἕλληνες οἱ ΠΑΡΕΠΙΔΗΜΟΙ, *Græci qui tum forte Romæ erant.* & pag. 1467. lin. 9.

Ibid. v. 17. ἀναδεξάμεν☉) Verbum emphaticum. *Qui promissiones* non tantum acceperat, sed etiam fide *receperat.* Polyb. pag. 1351. lin. 10. *An potius adventum hostium horrentes,* ἐθελοντὴν ΑΝΑΔΕΧΕΣΘΑΙ πᾶν τὸ προςαττόμενον, *quæcunque forent imperata ultro facerent.*

Ibid. v. 19. ἐν παραβολῇ) Quemadmodum ἐν ἀληθείᾳ pro ἀληθῶς, ἐν τάχει pro ταχέως, aliaque hujusmodi dicuntur: ita etiam ἐν παραβολῇ

λῶ pro παραβόλως puto accipi posse; quo
rbo sæpius utitur Polybius; cujus interpres
Casaubonus licet verterit *audacter*, & Camera-
is in Comment. utriusque lingvæ *periculose*:
rtum tamen est, aliquibus locis etiam *insperato*
rti posse. Neque sine caussa idem nomen
periculosum & insperatum declarat. Solent
im maxime insperata esse, quæ maxime peri-
losa. Utraque autem Græcis παράβολα dici,
tendit hic *Plinii* locus lib. 9. epist. 26. *Sunt enim*
axime mirabilia, quæ maxime insperata, maxime
riculosa, utque Græci magis exprimunt, παράβολα.
olyb. lib. 1. cap. 20. pag. 29. lin. 12. ΠΑΡΑΒΟ-
ΩΣ διεκόμισαν τὲς ἄνδρας, *immani ausu militem*
ansmiserunt. Neque vero tantum immani au-
u, sed etiam præter omnem spem id fecerant;
nde paulo ante ead. pag. lin. 3. παράδοξον αὐ-
ὸν τῆς τόλμης dicit. Cap. 23. pag. 33. lin. 15.
ννίβας δὲ ἀνελπίςως καὶ ΠΑΡΑΒΟΛΩΣ αὐτὸς ἐν τῇ
κάφῃ διέφυγε. *Ipse Hannibal præter spem &*
mnia audendo evasit in scapha. Cap. 44. pag. 64.
omani partim quod ex inopinato hostis apparuisset;
artim quod metuerent, ne vi ventorum una cum hostibus
n portum deferrentur, aditu quidem prohibere adve-
iens auxilium supersedent; verum ad mare progressi
ubsistunt eo loci, Pœnorum audaciam cum stupore spe-
tantes. Oppidanorum turba in unum congregata,
tansque in mœnibus, anxia simul ac sollicita de even-
u, ἅμα δ' ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς ἐλπίδος ὑπερχα-
ρὲς ὑπάρχον, *& spe inopinati auxilii supra modum*
ata, plausu & clamore portum subeuntibus animos

Tt ad-

addebat. Ἀννίβας δὲ ΠΑΡΑΒΟΛΩΣ καὶ τολμηρῶς εἰσδραμὼν καὶ καθορμισθεὶς εἰς τὸν λιμένα, μετ' ἀσφαλείας ἀπεβίβασε τοὺς στρατιώτας. *Hannibal audaci ad temeritatem usque facinore delatus cursu ut portum tenuit, tuto copias in terram exposuit.* Hic ex tota narrationis serie constare arbitror, significationem *insperati* omnino locum habere posse, licet Casaubonus non sit ita interpretatus, Lib. I. cap. 58. init. οὐ μὴν ἀλλ' ὥσπερ ἀγαθὸς βραβευτὴς ἡ τύχη· μεταβιβάσασα ΠΑΡΑΒΟΛΩΣ αὐτοὺς ἐκ τοῦ προειρημένου τόπου καὶ τοῦ προϋπάρχοντος ἀθλήματος, εἰς παραβολώτερον ἀγώνισμα καὶ τόπον ἐλάττω συνέκλεισεν. Quo loco in Lexicis, in quibus citatur, παραβόλως exponitur *præter opinionem, insperato*; Casaubonus vero ita: *Sed enim fortuna, tanquam brabeuta bonus e dicto loco & certato aliquamdiu certamine audacter translatos, in certamen aliud longe periculosius, ac locum breviorem eos conclusit.* Et pag. 82. lin. 8. a fi. (Sed pag. 963. lin. 7. ἐκ παραβολῆς vertitur *a latere, ex obliquo.*) Hoc ergo videtur Apostolus dicere: Abrahamo præter spem præterque opinionem hoc evenisse, ut filium suum vivum reciperet, cum jam in eo esset, ut ipsum immolaret. Hoc quidem secum reputabat, posse Deum & mortuos ad vitam revocare, eaque spe se sustentabat; sed quin mactandus esset, nequaquam dubitabat. *Camerarius* ad hunc locum ita scribit: περιφραστικῶς credo hoc accipi posse, ut sit ἐν παραβολῇ, παραβόλως, id est, exponens se periculo amittendi filii, illum recepit.

Hæ

hæc ille. Quibus ego verbis ad hæc meditan-
a sum excitatus.

Ibid. ἐκομίσατο) *recepit.* Polyb. pag. 269. l. 14. ἐλπίσαντες διὰ τούτων ΚΟΜΙΕΙΣΘΑΙ τοὺς αὐ-ῶν ὁμήρους. *Nihil dubitantes, quin obsides suos ent per istos recepturi.* Pag. 304. lin. ult. & ag. 346. lin. 13. a f. *Ipsi quoque Bostari magna ivatim munera esse expectanda confirmabat*, πα-ὰ τῶν τὰ τέκνα ΚΟΜΙΖΟΜΕΝΩΝ, *ab iis mittenda ui liberos receperint suos.* Pag. 842. lin. 9. a f. ,άλιστα πεπεισμένος, οὕτως τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέ-να ΚΟΜΙΕΙΣΘΑΙ. *Nihil dubitans, hoc maxime pa-o & uxorem liberosque suos sibi fore Scipionem red-iturum.* Item pag 843. lin. 17. & 25. & pag. 286. lin. 15. συνεχώρησαν αὐτῷ ΚΟΜΙΖΕΣΘΑΙ τὸν ὸν, *filium suum ipsi tradi permiserunt; qui obses in Macedoniam a patre missus, una cum Persei liberis uerat captus.*

Ibid. v. 26. ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθα-ποδοσίαν.) Arrian. Epict. lib. 2. cap. 16. extr. *Ex animo tuo ejice tristitiam, metum, cupiditatem, nvidiam, malevolentiam, avaritiam, mollitiem, in-emperantiam: hæc omnia alia ratione profligare po-est nemo, εἰ μὴ πρὸς μόνον τὸν Θεὸν ΑΠΟΒΛΕΠΟΝ-ΤΑ, ἐκείνῳ μόνῳ προσπεπονθότα, τοῖς ἐκείνου προσ-τάγμασι καθωσιωμένον, nisi solum Deum respexe-it, nisi huic soli se addixerit, seque ejus mandatis onsecrarit.*

Ibid. v. 29. ἧς πεῖραν λαβόντες) Loquendi genus hoc Polybio frequentissimum, & quidem

 in

in eadem duplici significatione, qua hic & infra v. 36. Notat enim I. *explorare, tentare, periculum facere.* Pag. 46. lin. 8. a f. *Placuit principibus civitatis,* ἀνακαλεῖσθαι καὶ ΠΕΙΡΑΝ ΑΥΤΟΥ ΛΑΜΒΑΝΕΙΝ, *hominem ad se accitum experiri.* Pag. 300. lin. 2. καὶ μηδεμίαν μὲν ΕΙΛΗΦΟΤΑΣ ΠΕΙΡΑΝ ἐπὶ τῆς παρούσης τῶν ὑπεναντίων. *Etiamsi nullum præsentis hostis periculum fecissent.* Pag. 535. lin. 9. a f. *Cleomenes exiguam spem salutis sibi relictam intelligens,* παντὸς πράγματος ἔκρινε ΠΕΙΡΑΝ ΛΑΜΒΑΝΕΙΝ, *omnia sibi statuit experiundum.* Pag. 612. lin. 3. ἐπεμψε κελεύσας αὐτοὺς ΠΕΙΡΑΝ ΛΑΜΒΑΝΕΙΝ καὶ τῶν Αἰτωλῶν. *Ad Ætolos, ut voluntatem ipsorum explorarent, jussit proficisci.* it. pag. 1308. lin. 4. II. *Experiri perpetiendo, experiendo discere, usu cognoscere.* Polyb. pag. 298. lin. 17. a f. ὑπὲρ τῆς καλλίστης ἐλπίδος μεταλλάξαι τὸν βίον ἐν χειρῶν νόμῳ, μηδενὸς κακοῦ ΛΑΒΟΝΤΑΣ ΠΕΙΡΑΝ. *Ut in prælio sine ullius mali sensu, dum maxima inter homines bona sectantur, vitam finiant.* Pag. 415. lin 12. a f. ΠΕΙΡΑΝ ΕΙΛΗΦΕΝΑΙ τῶν δεινοτάτων, *gravissima infortunia invenerant.* Pag. 471. lin. ult. παντὸς δεινοῦ ΛΑΒΕΙΝ ΠΕΙΡΑΝ ὑπέμειναν. *Quidvis mali perpeti parati erant.* Pag. 479. lin. 20. πικροτάτης δουλείας ΠΕΙΡΑΝ ΕΛΑΒΟΝ. *Acerbissimam servitutem servierunt.* Pag. 627. lin. antep. & pag. 628. lin. 10. a f. & pag. 896. lin. 10. & pag. 996. lin. antep. pag. 1265. lin. 2. & pag. 1423. lin. 8. Priori sensu accipitur hoc versu, posteriori autem v. 36.

Ibid. v. 35. ἔτι δὲ) *insuper, præterea etiam.* Sic Luc. XIV, 26. Act. II, 26. & Polyb. pag. 13. lin. 13. ΕΤΙ ΔΕ τῶν νήσων ἁπασῶν ἐγκρατεῖς ὑπάρχοντας.

Insu-

sulis praterea maris omnibus potitos. Et pag. 1231. n. 12. a f. εἰς δὲ Κορώνειαν καὶ Θήβας, ΕΤΙ Δ' Αλίαρτον εἰσελθὼν, *Coroneam vero atque Thebas, & Haartum adiit.* Pag. 1350. lin. 4. *Concedere illis Patres libertatem, leges suas,* ΕΤΙ ΔΕ τὴν χῶραν ἅπασαν, *agrum insuper omnem.* Item pag. 1388. lin. 2.

Cap. XII, 1. εὐπερίστατον) Polybius ἀπερίστατον dicit *non periculosum* lib. 6. cap. 42. extr. p. 680. lin. 6. δυσαμένη ἐνίοτε τὰς μεγίστας καὶ δεινοτάτας ΠΕΡΙΣΤΑΣΕΙΣ, διά τε τὴν τοῦ δήμου, καὶ τὴν τῶν προεστώτων ἀρετήν. ἐν ταῖς ΑΠΕΡΙΣΤΑΤΟΙΣ ῥαστώναις εἰκῇ πως καὶ ἀλόγως ἐνίοτε σφάλλεται. *Respubl. Atheniensium pericula interdum ingentia maximeque terribilia quum propulsasset, populi & principum civitatis virtute; nescio qua temeritate & praeter omnem rationem, rebus tranquillis, cum nullum erat periculum, in fraudem aliquando incidit.* Ita Galenus de compositione medicamentorum κατὰ γένη lib. 2. vocat ἀπερίστατα ἕλκη *ulcera vel vulnera non periculosa.* Ex quibus locis ita colligit Er. Schmidius: Hujus ergo oppositum, inquit, εὐπερίστατος erit, *ad pericula vel damna inferenda proclivis, facile periculosus & damnosus.* Nam τὸ εὖ, hic non laudem innuit, sed facilitatem & proclivitatem; ut in aliis compositis pluribus: εὐάκεστος, *curatu facilis:* εὔωνος, *emptu facilis, vilis:* εὔκλαστος, *fractu facilis, ad fracturam proclivis,* &c. Ideoque ἁμαρτία εὐπερίστατος, erit *peccatum facile damnum nobis inferens, facile nos in periculum conjiciens.* Ita Er. Schmidius, quem vide sis, hac de re copiosissime agentem. Caeterum reperi-

 tur

tur *ἀπερίςατος* etiam apud Arrianum in dissert. Epict. lib. 4. cap. ult. pag. 433. lin. 13. a f. pro eo quem non multa circumstant, quae ipsi negotium exhibeant, ut uxor, liberi, amici, aliaque: *καὶ ἵνα μὴ δόξῃς, ὅτι παράδειγμα δείκνυμι ἀνδρὸς ΑΠΕΡΙΣΤΑΤΟΥ, μήτε γυναῖκα ἔχοντος, μήτε τέκνα, μήτε πατρίδα, ἢ φίλους, ἢ συγγενεῖς, ὑφ' ὧν κάμπτεσθαι καὶ περισπᾶσθαι ἠδύνατο. λάβε Σωκράτην, καὶ θέασαι γυναῖκα καὶ παιδία ἔχοντα. Et ne putes, exemplum me ostendere viri domesticis negotiis non occupati, qui neque uxorem habeat, neque liberos, neque patriam, aut amicos, aut cognatos, a quibus flecti & distrahi potuerit: sume Socratem & contemplare ipsum uxorem & liberos habentem.* Idem Epictetus de vocabulo *περιςάσεως* festive philosophatur ita lib. 2. cap. 6. pag. 151. Init. *Κλαίοντες καὶ ςένοντες πάσχομεν ἃ πάσχομεν, καὶ περιςάσεις αὐτὰ καλοῦντες. ποίας περιςάσεις ἄνθρωπε; εἰ περιςάσεις λέγεις, τὰ περιεςηκότα, πάντα περιςάσεις εἰσίν. εἰ δ' ὡς δύσκολα καλεῖς, ποίαν δυσκολίαν ἔχει, τὸ γενόμενον φθαρῆναι; Flentes & gementes patimur quae patimur, & circumstantias* [h. e. incommoda, molestias, calamitates, pericula] *ea vocamus. Quas circumstantias, o homo? Si circumstantias dicis ea quae circumstant, omnia circumstantia sunt: si vero difficilia & molesta ita vocas, quam molestiam habet, id quod natum est corrumpi?* Eodemque sensu *περίςασις* exstat pag. 29. lin. 22. & ult. & lib. 1. cap. 24. init.

Ibid. τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα.) Arrian. Epict. lib. 3. cap. 25. pag. 393. *οὐ γὰρ ὑπὲρ πάλης*

καὶ

ἢ παγκρατίῳ Ο ΑΓΩΝ ΠΡΟΚΕΙΤΑΙ. *Non enim, ut lucta aut pancratio vincas certamen est propositum.*

Ibid. v. 2. ἀφορῶντες εἰς τὸν) Arrian. Epict. lib. 2. cap. 19. pag. 222. med. *Hoc mihi est propositum, ut vos efficiam tales, qui non prohiberi, non cogi, non impediri possitis, qui liberi, felices, beati sitis,* ΕΙΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΑΦΟΡΟΝΤΑΣ ἐν παντὶ μικρῷ καὶ μεγάλῳ, *qui ad Deum respiciatis in omnibus parvis magnisque rebus.*

Ibid. ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν) Ἀρχηγὸς dicitur dux & autor, cui rei alicujus prima initia debentur; τελειωτὴς vero consummator, qui cœptum opus ad finem perducit; quem eundem Polybius τελεσιουργὸν appellat lib. 2. cap. 40. pag. 177. lin. 21. ἧς ΑΡΧΗΓΟΝ μὲν καὶ καθηγεμόνα τῆς ὅλης ἐπιβολῆς Ἄρατον νομιστέον τὸν Σικυώνιον.. ἀγωνιστὴν δὲ καὶ τελεσιουργὸν τῆς πράξεως, Φιλοποίμενα. *Dux quidem & auctor tam præclari incepti Sicyonius Aratus fuit; promovit autem illud ac tandem consummavit Philopœmen.* Sic & pag. 152. lin. 10. a f. ἀρχηγὸς *caussam* significat, item pag. 175. lin 22. διὸ ταύτην ΑΡΧΗΓΟΝ καὶ αἴτιον ἡγητέον. *Hæc ergo prima certaque existimari causa debet ejus concordiæ &c.* Pag. 1335. lin. 14. a f. οἱ ΑΡΧΗΓΟΙ τῆς ὕβρεως, *auctores injuriæ.*

Ibid. v. 7. ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται) *tanquam cum filiis vobiscum agit.* Arrian. Epict. pag. 307. lin. 16. οὐκ ἔδει οὕτω ΜΟΙ ΠΡΟΣΕΝΕΧΘΗΝΑΙ τὸν ἀδελφόν. *Non sic frater se erga me gerere deberet.* Conf. Annot. Xenoph.

Ibid. v. 9. εἶτα) *Itane vero? Ergone?* Est hæc nota interrogantis cum vehementia & quasi indignatione quadam; usus que ejus est, cum argumento utimur a minori ad majus. Similia exempla sunt apud Arrianum in dissert. Epict. pag. 21. lin. 20. ΕἸΤΑ Τριπτολέμῳ μὲν ἱερὰ κλ. *Itane Triptolemo quidem templa & aras omnes homines erexerunt, quod mitia alimenta nobis dederit? ei vero qui veritatem invenit, quis vestrum propterea aram statuit?* Item pag. 59. lin. 11. pag. 60. lin. 7. pag. 89. lin. 10. pag. 227. lin. 4. ΕἸΤΑ Ὀρέστην μὲν ὑπὸ Ἐριννύων ἐλαυνόμενον φῶμεν ἐκ τῶν ὕπνων ἐξεγείρεσθαι. τοῦτον δ' οὐ χαλαιπώτεραι αἱ Ἐριννύες καὶ Ποιναὶ ἐξήγειρον καθεύδοντα; *Ergo Orestem a furiis agitatum dicemus ex somno expergisci? hunc vero non diriores furiæ & pœnæ excitarent?* Et pag. 353. lin. 11. pag. 377. lin 16. ΕἸΤΑ οἱ μὲν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας κλ. *Itane vero, qui in Rep. Romanorum fraudulenter se gerunt, gravibus afficiuntur suppliciis? eos vero qui rem tantam & tam eximiam falsis sibi usurpant titulis, impunitos abire permittemus?* Pag. 477. lin penult. ΕἸΤΑ ὑπὸ μανίας κλ. *Ergo furore quidem sic aliquis affici potest &c. ratione vero & demonstratione cognoscere nemo potest?* Demosth. Phil. 2. pag. 27. C. *Quid vero quæritis? libertatem?* ΕἸΤ' οὐχ ὁρᾶτε Φίλιππον ἀλλοτριωτάτας ταύτῃ καὶ τὰς προσηγορίας ἔχοντα; *An vero non videtis, Philippum alienissimas huic vel appellationes habere?* Conf. Devarius de particulis linguæ Græcæ pag. 126.

Ibid. v. 12. παραλελυμένα γόνατα) Arrian. lib. 2, cap. 18, pag. 211, lin. 2. *Si decem dies de-*

decubueris, deinde surgens coneris longius iter perficere debebis πῶς σοῦ τὰ σκέλη παραλύεται, *quomodo crura tua sint soluta.* Diciturque tam de animo, quam de corpore. Polyb. 895. lin. 10. pag. 1117. lin. 3. *omnes stabant muti*, οἱονεὶ ΠΑΡΑΛΕΛΥΜΕΝΟΙ καὶ τοῖς σώμασι, καὶ ταῖς ψυχαῖς, διὰ τὸ παράδοξον τῶν ἀπαντωμένων, *tanquam inopinata bujusce casus novitas & corporum & animorum usum ipsis ademisset.* Et pag. 1467. lin. 16. a fine.

Ibid. v. 15. μήτις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα) Desumta hæc sunt ex Deut. XXIX. 18. Eadem metaphora in fragmento quodam Polybii pag. 1542. lin. 8. φύειν dicitur de avaritia, ipsaque avaritia φυτόν. Ὅτι παρ' οἷς ΕΦΥ τοῦτο ΦΥΤΟΝ, οὐδέ ποτε κατέληξε πρότερον, ἢ μεγάλοις κακοῖς περιβαλεῖν τοὺς ἅπαξ αὐτῷ χρησαμένους *Apud quos enatum est hoc germen, nunquam prius cessat, quam magnis malis involvat eos, qui semel isto fuerunt impliciti.*

Ibid. v. 17. μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε,) Verbum μετανοεῖν non tantum significat *pœnitere*, sed etiam *sententiam mutare*, & quidem quam maxime proprie, tum apud Xenophontem, cujus verba citata sunt in superioribus annotationibus; tum apud Polybium pag. 927. lin. 12. a f. *Ait Alexandrum in ordinanda acie summo studio id operam dedisse, ut cum ea parte hostilis aciei pugnam capesseret, in qua Darius ipse staret: Darium quoque initio, ex adverso Alexandri pugnare voluisse:* ὕστερον δὲ ΜΕΤΑΝΟΗΣΑΙ. *Mox vero sententiam mutasse.* Sed & ipsum nomen μετάνοια pro *mu-*

tatione sententiæ ponitur apud eundem lib. 4. cap. 66. pag. 459. lin. 10. a fine: *Dardanii, cognito Philippi reditu, re inopinata perterriti, etsi non longe a Macedoniæ finibus aberant, exercitum tamen dimiserunt. Philippus* πυθόμενος τὴν τῶν Δαρδανίων ΜΕΤΑΝΟΙΑΝ, *postquam Dardanios consilium sensit mutasse.* Et lib. 5. cap. 15. pag. 507. lin. 5. a f. πεπεισμένος, καταπλήξεσθαι διὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ ταχέως εἰς ΜΕΤΑΝΟΙΑΝ ἄξειν τὸν βασιλέα. *Ratus, facile se propter ætatem terrorem Regi incussurum, & ad mutandam sententiam compulsurum.* Intelligenda ergo est Isaaci μετάνοια, apud quem nihil loci relictum erat lacrymis Esavi; sed constanter in sententia permanebat. Atque hæc ita exponenda esse, judicari quoque ex eo potest, quod illam μετάνοιαν cum lacrymis quæsiisse dicitur. Jam vero ex Mosaica historia satis constat, Esavum hoc lacrymantem petiisse a patre, ut mutata sententia, non minus sibi, quam Jacobo bene precaretur, sed id impetrare non potuisse, i. e. ut Apostolus loquitur, locum mutandæ sententiæ non invenisse. Cui similis phrasis est apud Polybium pag. 123. lin. 17. διὰ τὸ μὴ ΚΑΤΑΛΕΙΠΕΣΘΑΙ σφίσι ΤΟΠΟΝ ἐλέους, μηδὲ συγγνώμης. *quoniam neque locum neque spem ullam misericordiæ aut veniæ sibi fecerant reliquam.* Et pag. 1448. lin. 18. a fine: ὥστε παρὰ τοῖς ἐπιγινομένοις μηδ᾽ ἔσχατον ἔλεος καὶ συγγνώμην ΤΟΠΟΝ ΚΑΤΑΛΙΠΕΙΝ. *ut ne ullum quidem misericordiæ & veniæ locum apud posteros sibi reliquerint.* Et si vel maxime pœnitentiam Esavi intelligi velimus, nihilo-

hilominus res eodem recidet, nempe quod ejus pœnitentiæ locum nullum reliquerit Pater. Quomodo Plinius dicit lib. 10. ep. 97. extr. *Ex quo facile est opinari, quæ turba hominum emendari possit, si sit pœnitentiæ locus.* Sententia ergo foret, Esavi pœnitentia Patrem motum non fuisse, ut sententiam mutaret. Quæ interpretatio non inepta esset, nisi ei repugnaret, quod dicitur ἐκζητήσας αὐτὴν, scil. μετάνοιαν. Quæ enim hæc foret oratio, Esavum quæsiisse pœnitentiam suam, i. e. id eum omni studio egisse, ut sese pœniteret, nec tamen hoc a se impetrare potuisse. Id sane non significant verba *pœnitentiæ locum non invenire.* Si scriptum esset ἐκζητήσας αὐτὸν, tum ita explicare liceret, locum nullum pœnitentiæ Esavi datum fuisse ab Isaaco, licet eum cum lacrymis quæsierit.

Ibid. v. 28. βασιλείαν παραλαμβάνοντες) Arrian. de exped. Alex. 1, 1, 1. *Alexandrum, Philippi filium*, ΠΑΡΑΛΑΒΟΝΤΑ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ, *accepto regno, in Peloponnesum profectum.* Polyb. pag. 11. lin. 4. ὁ δὲ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, *is ubi magistratum suscepisset.* Item pag. 172. lin. 11. & pag. 234. lin. 8. & pag. 1371. lin. 19. μετὰ τὸ ΠΑΡΑΛΑΒΕΙΝ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΝ, *simul ac regnum accepit.*

Cap. XIII. 4. ὁ γάμος) *Conjugium.* Arrian. Indic. 8, 6. πολλῇσι γὰρ δὴ γυναιξὶν ἐς ΓΑΜΟΝ ἐλθεῖν καὶ τοῦτον τὸν Ἡρακλέα. *Multas enim uxores habuisse etiam hunc Herculem.* Et de exp. Alex. 2, 3, 7.

Ibid.

Ibid. v. 16. τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός.) Contrarium τῷ εὐαρεστεῖσθαι est δυσαρεστεῖσθαι, apud Polyb. lib. 3. cap. 8 pag. 229. lin. 1. δυσηρεστοῦντο τοῖς ὑπ' Ἀννίβου πραττομένοις. *Facta Hannibalis ipsis displicebant.*

Ibid. v. 19. ἀποκατασταθῶ ὑμῖν.) *restituar, reddar vobis, revertar ad vos.* Polyb. pag. 740. lin. ult. ἈΠΟΚΑΤΕΣΤΗΣΑΝ αὐτὸν εἰς οἶκον, *domum suam ipsum deduxerunt.* Et pag. 825. lin. 4. dicuntur Romani constituisse obsides, quos habebant, πάντας εἰς τὴν οἰκείαν ἈΠΟΚΑΤΑΣΤΗΣΑΙ. *domos suas quemque ipsorum remittere.* Pag. 1119. lin. 4. *Cum idoneo comitatu eum dimisit, jussitque iis quibus id negotii dabat,* ἀσφαλῶς εἰς τὴν Ὑπάτα αὐτὸν ἈΠΟΚΑΤΑΣΤΗΣΑΙ, *ut Hypatam tuto ipsum deducerent.* Item pag. 1450. lin. 2.

Ibid. v. 22. διὰ βραχέων) *paucis.* Pag. 20. lin. penult. εἰς ἀληθινὰς ἐννοίας ἄγειν ΔΙΑ ΒΡΑΧΕΩΝ τοὺς ἐντυγχάνοντας ὑπὲρ τοῦ προειρημένου πολέμου. *Lectores ad veram bujus belli notitiam paucis perducere.* Sic & pag. 71. lin. penult. & pag. 187. lin. 24. ΔΙΑ ΒΡΑΧΕΩΝ καὶ κεφαλαιωδῶς. Dicit etiam βραχεῖς ἱππεῖς pag. 401. lin. 13. a fine: βραχεῖς δέ τινας παντελῶς ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἐξέπεμψαν. *Paucos duntaxat quosdam equites peditesque miserunt.* Hujus contrarium est διὰ πλειόνων, pag. 64. lin. 9. a f. παρακαλέσας διὰ πλειόνων, *multis hortatus.*

In

In EPIST. JACOBI.

CAp. I, 2. πειρασμοῖς περιπέσητε) Polyb. pag. 402. lin. 5. μεγάλοις ἀτυχήμασιν ὑπ' Αἰτωλῶν καὶ μεγάλαις συμφοραῖς ΠΕΡΙΠΕΣΟΝΤΕΣ. *Magno infortunio, magnisque calamitatibus ab Ætolis affecti.* Pag. 607. lin. 6. Πανικῷ ΠΕΡΙΠΕΣΟΝΤΕΣ. *Panico terrore correpti*, & lin. 5. a f. & pag. 670. lin. 16.

Ibid. v. 4. ἐν μηδενὶ λειπόμενοι.] Λειπόμενος dicitur, cui aliquid deest, construiturque pluribus modis, cum genitivo v. 5. & II, 15. cum dativo apud Euripidem, λείπομαι σοῦ γνώμῃ, *superor a te consilio.* & cum accusativo apud Thucyd. λειπόμενος ξύνεσιν οὐδενὸς, *qui a nemine prudentia superatur.* Denique & cum præpositione ἐν hoc loco, & apud Polybium pag. 1202. lin. 15. ΕΝ ΤΗ πρὸς Ῥωμαίους ΕΥΝΟΙΑ παρὰ πολὺ τἀδελφοῦ ΛΕΙΠΟΜΕΝΟΣ, *qui benevolentia populi Romani a fratre vincebatur.*

Ibid. 5. ὀνειδίζοντος) ὀνειδίζειν *exprobrare* alicui beneficia sua, i. e. commemorare illa audientibus iis, in quos collata sunt. Polyb. pag. 784. lin. 6. a f. *Post libertatem istam & salutem vobis per Antigonum partam, quæ tantopere jactatur,* ἣν οὗτοι παρ' ἕκαστον ὑμῖν ΟΝΕΙΔΙΖΟΥΣΙ, *quam isti subinde vobis exprobant.*

Ibid. v. 14. ἐξελκόμενος) Polyb. pag. 597. lin. 23. ΕΛΚΟΜΕΝΟΣ ΥΠΟ τῆς συνήθους ἐν τῷ βίῳ ῥαθυμίας καὶ καχεξίας. *Impellente ignavia & cæteris*

teris animi morbis, qui per universam vitam fuerunt illi familiares. De re ipsa Epictetus apud Arrianum lib. 3. cap. 24. ὅταν σε ἡ φαντασία δάκνῃ (τοῦτο γὰρ οὐκ ἐπὶ σοί) ἀναμάχου τῷ λόγῳ, καταγωνίζου αὐτὴν, μὴ ἐάσῃς ἐνισχύειν, μηδὲ προάγειν ἐπὶ τὰ ἑξῆς, ἀναπλάσσουσαν ὅσα θέλει, καὶ ὡς θέλει. *Cum te momorderit phantasia (nam id quo minus fiat, non est in potestate tua) resiste ratione, contra eam pugna, ne siveris invalescere, neque procedere ad ulteriora, fingentem quæcunque vult, & quomodo vult.*

Ibid. δελεαζόμενος) Polyb. pag. 1356. lin. 8. a f. *Multitudo futuri improvida, præsenti ejus beneficio & commodo, quod inde capiebat,* ΔΕΛΕΑΖΟΜΕΝΟΝ, *inescabatur.* Pag. 1466. lin. 15. a f. ΔΕΛΕΑΖΟΜΕΝΟΙ διὰ τῶν περὶ τὸν Χάροπα, *blanditiis a factione Charopi inducti.*

Ibid. v. 15. ἀποτελεσθεῖσα) Polyb. pag. 200. lin. 21. τὸ μέγιστον ἀσέβημα κατὰ προαίρεσιν ΑΠΕΤΕΛΕΣΑΝ. *Maximum hoc nefas ultro patrarunt.*

Ibid. v. 17. Πᾶσα δόσις) *Mera donatio bona,* i. e. non nisi donatio bona. Ita v. 2. πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, *merum gaudium putate*; uti Lutherus rectissime interpretatus est. Omnis vis argumenti latet in voce πᾶσα, quæ ni recte intelligatur, obscura fit oratio, neque quo hæc verba pertineant, satis apparet. Confirmat vero Apostolus id quod dixerat v. 13. a Deo neminem ad malum tentari. Id ut demonstret, hoc utitur argumento, quod a Deo nihil mali, sed mera bona proficiscantur. Viderunt hoc qui-

quidem interpretes plurimi, sed ex voce πᾶσα se non satis extricant. Inter eos *Seb. Schmidius* in paraphrasi Germanica ita argumentatur: *Omnis donatio bona, & omne donum perfectum est e supernis: Ergo, quæcunque donatio non est bona, & quodcunque donum non est perfectum, non est a Deo, sive e supernis.* Sed aberrat a Logicorum norma hic ratiocinandi modus. Rectius *Schomerus*, nisi quod hic Hebraismum statuat: *Hæc universalis propositio*, inquit, *est exclusiva contrarii, quasi inverso ordine scriptum esset: Omnis datio, quæ superne est, bona est, vel non nisi bona datio superne est, qui modus loquendi Hebræis est familiaris.* Sed neque argumentatione hic opus est, neque Hebraismo. Planissima omnia sunt & bene Græca. Πᾶς enim non tantum *omnis*, sed etiam *merus* significat. Quæ notio licet in Lexicis annotata non sit, aliquot tamen locis reperitur apud Arrianum de exped. Alex. 3, 10, 7. *Si præter exspectationem suam Macedones cladem aliquam accepissent, hostes omnia loca circumjecta amica habere & peritos locorum esse*: σφεῖς δὲ ἄπειροι ἐν πολεμίοις τοῖς ΠΑΣΙΝ, ὧν ȣ̓ μικρὰ μοῖρα οἱ αἰχμάλωτοι ἦσαν, ξυνεπιθησόμενοι ἐν νυκτὶ, *sese contra imperitos illorum inter meros hostes versaturos, quorum non parva pars erant captivi, qui quidem noctu eos invasuri essent.* Et 3, 8, 7. *Phratraphernes Parthos, Hyrcanos ac Topiros ducebat*, τȣ̀ς ΠΑΝΤΑΣ ἱππέας, *omnes equites*, i. e. meros equites, nullis admixtis peditibus. Et philosophum Epictetus ait mera pace frui in iis rebus, quæ in ipsius sint potestate, in quas hosti

hosti aut tyranno nihil liceat lib. 3. cap. 22. pag. 358. lin. penult. τῶν δ' ἄλλων ἕνεκα, ὑπ]ιος ῥέγχει, εἰρήνη ΠΑΣΑ, λῃστὴς προαιρέσεως ἐ γίνεται,]ύραννος ἐ γίνεται. *Quod ad reliqua attinet, dormit in utramque aurem, mera pax, latro voluntatis & propositi nullus est, tyrannus nullus est.* Pro quo pag. 313. lin. 7. dicit πάν]α εἰρήνης μεςὰ, omnia pacis plena. Et lib. 2. cap. 2. init. ΠΑΣΑ σοι ἀσφάλεια, ΠΑΣΑ σοι εὐμάρεια. πρᾶγμα ἐκ ἔχεις. *Omnia tibi sunt tuta, omnia facilia, nihil negotii habes.* Pag. 405. lin. 7. ἂν ἀφεθῶ, φησιν, εὐθὺς ΠΑΣΑ εὔροια. *Si manumissus fuero, inquit servus, statim omnia mihi erunt secunda.* Etiam apud Latinos *omnis* hac notione reperitur. Cic. offic. lib. 1. cap. 29. *Appetitus omni perturbatione animi careant. Ex quo elucebit* omnis *constantia*, omnisque *moderatio.* Quæ verba Wolffius in Commentario ita explanat: *Nihil nisi constantia, nihil nisi moderatio: vel potius, nihil nisi constans, nihil nisi moderatum, vernaculo quidem nostro more.* Et lib. 2. de nat. Deor. pag. 307. C. *Nulla in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest: contraque* omnis *ordo, veritas, ratio, constantia.*

Ibid. παρ' ᾧ ἐκ ἔνι παραλλαγὴ) Nescio an Jacobus loquatur de ea παραλλαγῇ, de qua Epictetus apud Arrianum lib. 1. cap. 14. pag. 62. πόθεν δὲ πρὸς τὴν αὔξησιν καὶ μείωσιν τῆς σελήνης, καὶ]ὴν]ἐ ἡλίε πρόσοδον καὶ ἄφοδον,]οσαύτη ΠΑΡΑΛΛΑΓΗ καὶ ἐπὶ τὰ ἐναν]ία με]αβολὴ τῶν ἐπιγείων θεωρεῖται; *Unde vero ob incrementum & decrementum Lunæ, & Solis accessum & recessum, tanta mutatio*

&

ad contraria conversio rerum terrestrium conspici-
r ? Quod vero additur ἀποσκίασμα, fortasse
cipiendum de ea umbra, quam terra jacit, sole
b ea condito. Ut τροπὴ sit conversio Solis, non
eptentrione ad meridiem, vel vice versa, sed ab
tu ad occasum, qua, cum terram subit, nox effi-
tur. De qua umbra idem Epictetus l. c. pag. 63.
b fin. *Illustrare potest Sol tantam partem universi, &*
ulum tantum non illuminatum relinquit, ὅσον οἷόν
ἐπέχεσθαι ὑπὸ ΣΚΙΑΣ ἣν γῆ ποιεῖ, *quantum obtegi*
test ab umbra quam terra facit. Et de hac terræ
mbra hoc idem nomen ἀποσκίασμα usurpari
ocet Budæus Comm. p. 1180. ut τὸ τῆς γῆς ΑΠΟ-
ΚΙΑΣΜΑ, ᾧ δὴ ἐμπεσοῦσα ἡ σελήνη, ἐκλείπει.
erræ umbra, in quam cum incidit luna, deliquium
atitur, Non equidem ignoro, τροπὴν *solstitium*
ici a Græcis Scriptoribus, in iisque etiam ab Ar-
iano exp. 5, 9, 6. 6, 21, 2. 7, 21, 2. Indic. 25, 7. Sed
uæ ex solstitio oriatur obumbratio, non intelli-
o. Apud Herodotum mutatio diei in noctem
icitur μεταλλαγὴ & μεταβολὴ lib. 1. pag. 33. C.

Ibid. v. 18. βουληθεὶς ἀπεκύησεν] *Deliberato*
onsilio nos progenuit, summa voluntate, nullis
liis caussis; nisi sua voluntate motus. Unde
ntelligendum est, fieri non posse, ut, in quos
ltro tantum beneficium contulit Deus, quosque
d bonum progenuit, eosdem ad malum tentet.
imili modo participium θέλων cum alio verbo
onstruitur ab Arriano differt. Epict. ubi
uis ad eum, qui in summo naufragii periculo
ocatur, ita dicit lib. 2. cap. 19. pag. 219. lin. 8.

a f. Τί ἡμῖν καὶ σοὶ ἄνθρωπε; ἀπολλύμεθα, καὶ σὺ θέλων παίζεις. *Quid nobis tecum rei est? Perimus, & tu ultro jocaris.*

Ibid. v. 21. ἔμφυτον) Non infrequens vox Polybio. Pag. 183. lin 11. Αἰτωλοὶ διὰ τὴν ΕΜΦΥΤΟΝ ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν φθονήσαντες. *Ætoli stimulati invidia ob insitam illorum ingenii improbitatem & ditescendi malis artibus cupiditatem.* Pag. 378. lin. 4. δεόμενοι πολλῆς χορηγίας διὰ τὴν ΕΜΦΥΤΟΝ ἀλαζονείαν, *multis vitæ præsidiis egeni propter insitam arrogantiam.* Pag. 918. lin. 3. *Modum omnem in conviciando excessit* διὰ τὴν ΕΜΦΥΤΟΝ πικρίαν, *præ insito ipsius animo maledicendi studio.* Pag. 1381. lin. 25. *Assidue altercabantur* διὰ τὴν ΕΜΦΥΤΟΝ Φοίνιξι πλεονεξίαν καὶ φιλαρχίαν, *præ cupiditate atque ambitione Pœnis insita.* Et Demosthenes dicit ΕΜΦΥΤΟΝ τοῦ ζῆν ἐπιθυμίαν, *insitam vitæ cupiditatem.* Neque tamen est cur putemus, ubique ἔμφυτον habere significationem *ingeniti, innati, a natura inditi, naturalis.* Interdum enim declarat id quod alicui *penitus est persuasum, inditum, atque infixum* ita ut quasi innatum videatur. Ita Hannibali odium Romanorum dicitur fuisse ἔμφυτον apud Polybium pag. 330. lin. 20. ταῦτα δὲ ἐποίει διὰ τὸ προϋπάρχον αὐτῷ μῖσος ΕΜΦΥΤΟΝ πρὸς Ῥωμαίους. *Hæc Hannibal agebat propter alte insitum in animo ipsius odium Romanorum.* Quem locum citans Suidas, ἔμφυτον quidem exponit τὸ ἐκ φύσεως. Sed quis credat, naturali odio dissedisse Hannibalem

m a Romanis? Conceperat illud ex verbis pa-is Hamilcaris, qui cum in Hiſpaniam impera-or proficiſceretur.; filiumque puerulum no-em annorum ſecum ducere vellet, eum aram enentem jurare juſſit, nunquam ipſum in ami-itia cum Romanis fore; uti relatum legimus pud Corn. Nep. in vita Hannib. cap. 2. Sic tiam Jacobus ἔμφυτον λόγον vocat eum ſermo-em ſive eam doctrinam, quæ non natura, ſed nſtitutione penitus eſt animis Chriſtianorum nſita, ut non immerito innata dici queat? Et uidni ita dicatur, cum ſit ille ipſe λόγος ἀλη-θείας, quo Deus nos progenuit v. 18. Eſt enim ermo hic ſemen illud incorruptibile, ex quo enati ſumus, 1. Petr. I, 23. Ex quo ergo renati umus, quis vereatur id innatum dicere?

Cap. II, 4. ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πο-νηρῶν) *Beza* ex Hebræorum idiotiſmo interpre-atur *judices male ratiocinantes*. Sed hoc rejicit *Brochmannus*. *Phraſin certe*; inquit, *ſi premis & urges*, κριτὴς διαλογισμῶν πονηρῶν *eſt, non qui im-probarum ratiocinationum architectus eſt, ſed qui easdem judicat; hoc eſt, pro ratiocinationibus perver-ſis & pernicioſis agnoſcit*. *Hoc ergo vult Apoſtolus, quod hi, quibus ſcribit, judicare facile poſſint ipſi, quod qui divitem impium pauperi pio præfert, ratio-cinationes ſequantur perverſas.* Quam ſententiam confirmare, quibus placet, poterunt verbis Po-lybii, κριτὴν γίγνεσθαι hoc ſenſu ponentis pag. 846. lin. antep. διόπερ ἠξίουν τὸν Πόπλιον αὐτὸν

ΚΡΙΤΗΝ ΓΙΓΝΕΑΘΑΙ τῶν λεγομένων *Scipionem igitur orare se, ut eorum quæ diceret, judex esse vellet.*

Ibid. v. 17. Καθ' ἑαυτήν.) *per se*, sola, sine operibus. Polyb pag. 714. lin. 22. ψιλῶς αὐτὰς ΚΑΘ' ΑΥΤΑΣ ἀναγνόντα τὰς Σικελικὰς, *qui nudas per se res Siculas legat.* Pag. 715. lin. 9. αὐτὸ ΚΑΘ' ΑΥΤΟ λεγόμενον, *si per se narretur & separatim.*

Ibid. v. 18. δεῖξόν μοι τὴν πίστιν) Eodem loquendi genere utitur Epictetus ad pugilem, cujus sibi humeros vult ostendi, ut ex iis de ipso judicare possit, δεῖξόν μοι τοὺς ὤμους, *ostende mihi humeros* pag. 18. lin. 21.

Ibid. v. 19. καλῶς ποιεῖς) Eleganter dictum Ita Epictetus apud Arrianum pag. 156. lin. 10. νῦν δ' οὐ λέγεις, καὶ ΚΑΛΩΣ ΠΟΙΕΙΣ. *Nunc vero istud negas, & quidem recte.* Et pag. 330. lin. 4. al.

Ibid. v. 23. φίλος θεοῦ ἐκλήθη.) Arrian. dissert. Epict. lib. 3. cap. 24. pag. 381. lin. 19. ἢ Σωκράτης οὐκ ἐφίλει τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτοῦ; ἀλλ' ὡς ἐλεύθερος, ὡς μεμνημένος, ὅτι πρῶτον δεῖ ΘΕΟΙΣ εἶναι ΦΙΛΟΝ. *An Socrates non diligebat liberos suos? Sed ut liber, & memor, quod primum diis oporteat esse amicum.*

Cap. III. 4. σκληρῶν ἀνέμων) Arrian. de exp. Alex. 1, 26, 3. Τότε δ' ἐκ νότων ΣΚΛΗΡΩΝ, βορέαι ἐπιπνεύσαντες. *Tum vero pro vehementibus austris boreales venti exorti.* Sic & dicuntur βρονταὶ σκληραὶ, 1, 17. 6. & χειμὼν σκληρὸς, 2, 6. 3.

6, 3. Τῆς νυκτὸς χειμὼν ἐπιγίγνεται ΣΚΛΗΡΟΣ, *eaque nocte ingens orta tempestas.* Apud Ælianum de Animal. lib 5. cap. 13. est ΣΚΛΗΡΟΝ πνεῦμα *vehemens ventus.*

Cap. IV. 1. πόλεμος) Privatis quoque discordiis & contentionibus hoc nomen tribuitur ab Epicteto pag. 332. lin. 13. πρὸς τὸ παιδάριον ΠΟΛΕΜΟΣ, πρὸς τοὺς γείτονας, πρὸς τοὺς σκώψαντας, πρὸς τοὺς καταγελάσαντας. *Bellum contra servulum, contra vicinos, contra dicaces, contra irrisores.* Item pag. 465. lin. 17.

Ibid. v. 5. πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ) Sunt, qui hæc ita interpretentur: Pravum hominis animum, uti ad omne malum, ita ad invidiam quoque insita quadam cupiditate ferri. Ut sit hic locus desumptus ex Gen. VIII. 21. & ad argumentum invidiæ, quod hic Apostolus tractat, accommodatus. Cui sententiæ quanquam nondum plane acquiesco, præpositionem tamen πρὸς eidem fortasse convenire posse, placet annotare ex Polybio, qui τὴν ΠΡΟΣ τὸ ζῆν ἐπιθυμίαν *cupiditatem vitæ* dicit lib. 3. cap. 63. pag. 298. lin. 15. a fine. & τὴν ΠΡΟΣ τὸν οἶνον ἐπιθυμίαν *cupiditatem vini*, pag. 322. lin. 16. a f. pag. 547. lin. 9. pag. 935. lin. 3.

Ibid. v. 6. δίδωσι χάριν) Polyb. pag. 989. lin. 9. *Ipsum, qui oppidum jam quodammodo in potestate haberet*, ΔΙΔΩΣΙ τῷ δήμῳ τὴν ΧΑΡΙΝ ταύτην, *populo Rhodiorum hoc gratificari.*

Ibid. v. 7. ὑποτάγητε οὖν τῷ θεῷ) Epictetus προσκατατάσσειν ἑαυτὸν τῷ θεῷ dicit in simili argumento pag. 419. lin. 6 a fine: ἐὰν τῷ θεῷ προσκατατάξῃ ἑαυτὸν, διελεύσεται ἀσφαλῶς. πῶς λέγεις προσκατατάξαι; ἵν' ὃ ἂν ἐκεῖνος θέλῃ, καὶ αὐτὸς θέλῃ, καὶ ὃ ἂν ἐκεῖνος μὴ θέλῃ, τοῦτο μηδ' αὐτὸς θέλῃ. *Si Deo sese adjunxerit, tuto transibit. Quid dicis Deo se adjungere? ut quod ille vult, & ipse velim & quod ille non vult, hoc neque ipse velim.* Et pag. 418. lin 13. προσκατατέταχα μου τὴν ὁρμὴν τῷ θεῷ. θέλει με ἐκεῖνος πυρέσσειν; κἀγὼ θέλω. θέλει ὁρμᾶν ἐπί τι; κἀγὼ θέλω. *Subjeci voluntatem meam Deo. Vult me ille febricitare? & ego volo. Vult me aggredi aliquid? & ego volo.*

Ibid. v. 8. καθαρίσατε χεῖρας) Purarum manuum appellatione in S. Litteris notum est universam fere justitiam designari. Apud Plutarchum speciatim ii, qui magistratum gerunt, puras manus habere dicuntur, si ab omni avaritia ac rapacitate sint alieni, in Pericle: οὐ μόνον τὰς ΧΕΙΡΑΣ δεῖ ΚΑΘΑΡΑΣ ἔχειν τὸν στρατηγὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὄψεις. Quod Cicero lib. 1. offic. cap. 40. *Prætorem decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.* Eodem sensu eruditissimus Casaubonus interpretatur verba Polybii pag. 1485. lin. 14. a f. ἐγκρατῶς καὶ ΚΑΘΑΡΩΣ ἀνεστράφη, *integer ac puris manibus ex provincia rediit.* Et pag. 1458. lin. 17. a f. ὥρμησεν ἐπὶ τὸ περὶ τὰ χρήματα μεγαλοψυχίᾳ καὶ ΚΑΘΑΡΟΤΗΤΙ διενεγκεῖν τῶν ἄλλων. *Instituit magnificentia atque*

qui

que integritate in pecunia danda atque capienda ceteros superare. Cum qua significatione congruit, quod sequenti capite divitum injuriæ coarguuntur v. 4. 5. 6.

Cap. V. 11. Τὴν ὑπομονὴν Ἰώβ ἠκούσατε, καὶ τὸ τέλος Κυρίου εἴδετε,) Non puto hic nimis urgendam propriam significationem verborum ἀκούειν & ἰδεῖν, uti quidem factum video a *Sebast. Schmidio* in Epist. dedicat. Commentarii in Jobum pag. 10. *Contribules Apostoli*, inquit, *tam patientiam Ijobi, quam finem a Domino illi datum, & audiverunt auribus corporis, quando legi & prædicari audiverunt, & oculis corporis sui viderunt, quando in libro de illo scripto ipsi legerunt.* Certe ἀκουόντων nomine sæpe appellantur *lectores* a Polybio, pag. 17. lin. 12. *Ceterum de modo dictis rebus sigillatim quæque percensere, neque nobis necessarium, οὐδὲ τοῖς ΑΚΟΥΟΥΣΙ χρήσιμον, neque legentibus fuerit conducibile.* Pag. 205. lin. 18. ἐπὶ τί δ' ἂν μᾶλλον συγγραφεὺς ἐπιστήσαι τοὺς ΑΚΟΥΟΝΤΑΣ; *Ubi potius quam heic scriptor historiæ attentionem lectorum excitet?* Pag. 514, lin. 14. a f. Μόνως γὰρ οὕτω δυνατὸν εἰς ἔννοιαν ἀγαγεῖν τῶν ἀγνοουμένων τοὺς ΑΚΟΥΟΝΤΑΣ, καθάπερ καὶ πρότερον εἰρήκαμεν. *Hac quippe ratione sola, ut ante diximus, ad eorum locorum cognitionem, quæ adhuc ignorantur, perduci lectores queant.* Ubi verbum ῥέειν *dicere*, quod proprie est loquentium, pari ratione de Scriptore usurpatur, qua ἀκούειν de lectore. Ita & λέγοντες sunt Scriptores pag. 527. lin. penult

καὶ τοὺς ΛΕΓΟΝΤΑΣ καὶ τοὺς ΑΚΟΥΟΝΤΑΣ περὶ τῶν ὅλων. *Qui historiam universalem aut scribere aut legere cogitant.* Item pag. 657. lin. 8. a f. & pag. 713. lin. 13. Qui vero proprie oculis cerni ea facta dici possint, quæ in libro quopiam relata leguntur, equidem non video. Rectius igitur forsitan hæc simplicius interpreteris, eos tum audiendo tum legendo hæc utraque cognovisse.

Ibid. v. 20. πλῆθος ἁμαρτιῶν) Ita Polybius dicit πλῆθος ἐλπίδων pag. 563. lin. 11. τραυμάτων πλῆθος pag. 691.

In I. EPIST. PETRI.

CAp. I, 7. διὰ πυρὸς) Comparatio hæc etiam profanis Scriptoribus usitata. Isocrates oratione ad Demonicum: τὸ μὲν χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν. *Ut aurum igni exploratur, sic amicorum fides rebus adversis declaratur.* Cic. ad fam. lib. 9. epist. 16. *Non facile dijudicatur amor verus & fictus, nisi aliquod incidat ejusmodi tempus, ut, quasi aurum igne, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit.* Polybius pag. 1140. lin. 17. οἱ καιροὶ τὴν ἐκ πυρὸς βάσανον ἐμοὶ μᾶλλον ἢ ἐκείνῳ προσῆγον. *Tempora mihi magis quam illi tribuerunt materiam, ut velut in igne fides mea probaretur.* In proverbii etiam consuetudinem abiisse, apparet ex pag. 1483. med.

Ibid.

Ibid. εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον) Εὑρίσκειν constructum cum εἰς reperitur & apud Polyb. pag. 231. lin. 15. a fine: *Amilcarem belli secundi Punici vel precipuam fuisse caussam*, πολλὰ μὲν ἂν ΕΥΡΟΙ τις ΕΙΣ τοῦτο, *multis quidem argumentis probari potest.*

Ibid. v. 22. ἐκτενῶς) *Impense, vehementer.* Polyb. pag. 732. lin. 1. *Achaeus* προσδεξάμενος ΕΚΤΕΝΩΣ καὶ φιλοφρόνως τὸν Βῶλιν, *prolixo animo singularique comitate excipit Bolin.* Pag. 1342. lin. 1. *Omnibus Graeciae civitatibus per quas iter faciebat*, ΕΚΤΕΝΩΣ καὶ μεγαλυψύχως ἀποδεξαμένων, *summo studio & magnificentia eum excipientibus.* Pag. 493. lin. 5. a f. *Gorgum adjuvat* ΕΚΤΕΝΩΣ *summo studio.* Ita commendare aliquem ἐκτενῶς pag. 1313. lin. 5.

Cap. II, 8. προσκόπτουσι) Polyb. pag. 45. lin. ult. *Non solum aversati propositas conditiones domum redierunt*: ἀλλὰ καὶ ΠΡΟΣΚΟΨΑΝΤΕΣ τῇ βαρύτητι τοῦ Μάρκου *sed etiam duritia Marci non mediocriter offensi.* Pag. 496. lin. 17. a f. ΠΡΟΣΚΟΠΤΩΝ τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον, *quem Leontii facta offendebant.* Pag. 1337. lin. 16. οἱ Ῥωμαῖοι ΠΡΟΣΚΟΨΑΝΤΕΣ αὐτῷ, *Romani legati pertinacia illius offensi, amicitiae & societati ipsius renunciarunt.*

Ibid. v. 9. τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε) Polybius dicit ἐξαγγέλλειν τὰς πράξεις, *narrare res gestas*, de Historici munere disserens. pag. 1411. lin. penult.

Ibid. v. 24. οὗ τῷ μώλωπι) Μώλωψ non est vulnus, sed vibex, sive vestigium verberum

aut flagellorum, ut Sirach ait XXVIII, 17. πληγὴ μάστιγος ποιεῖ ΜΩΛΩΠΑΣ. *Plaga flagelli efficit vibicem.* Idem intelligitur ex Arriano Epict. pag. 212. lin. 16. *Tale quid etiam in anim. affectibus usu venit.* ἴχνη τινὰ καὶ ΜΩΛΩΠΕΣ, *vestigia quædam & vibices relinquuntur in ea, quæ nisi quis probe abluat, iterumque κατὰ τῶν αὐτῶν μαστιγωθεὶς, οὐκέτι ΜΩΛΩΠΑΣ, ἀλλ' ἕλκη ποιεῖ, in easdem flagelletur, non jam vibices, sed ulcera accipit.* Idque convenit servis, quorum hic vibices Petrus Christi vibicibus solatur.

Cap. III, 7. συνοικοῦντες) Arrian. de exped. Alex. 1, 23, 8. de Hidrieo, qui cum Adæ frater esset, tamen simul & *maritus ejus erat*, κατὰ νόμον τῶν Καρῶν ΞΥΝΩΚΕΙ, *lege Carum.*

Ibid. v. 8. συμπαθεῖς) *similiter affecti*, ut mutuo tangamini non tantum malorum, sed etiam bonorum sensu. Sicut enim & εὖ πάσχειν & κακῶς πάσχειν dicitur: ita etiam συμπαθὴς utriusque est particeps; convenitque hoc nomen omnibus omnino affectibus, non tantum tristibus. Unde etiam in quibus est eadem animorum fiducia, συμπαθεῖς vocat Polybius pag. 819. lin. 3. *Publius paratos habens duces locorum peritos, stagnum ingredi & bono esse animo eos jubebat, quibus id negotii dederat. Plane si ad quicquam aliud, ad id certe egregie a natura fuit comparatus Scipio*, πρὸς τὸ θάρσος ἐμβαλεῖν, καὶ ΣΥΜΠΑΘΕΙΣ ποιῆσαι τοὺς παρακαλουμένους, *ut fiduciam animis hominum ingeneraret, ac suos affectus in eos transfunderet, quos adhortabatur.*

Ibid.

Ibid. v. 9. *τοῖς ἐν φυλακῇ*) Scite Epictetus carcerem ait esse, ubicunque quis invitus sit pag. 59. lin. 5. ὅπε τις ἄκων ἐςὶν, ἐκεῖνο ΦΥΛΑΚΗ αὐτῷ ἐςι. καθὸ καὶ Σωκράτης ἐκ ἦν ἐν φυλακῇ. ἑκὼν γὰρ ἦν. *Ubi quis invitus est, illud carcer ipsi est. Quare & Socrates non erat in carcere: volens enim erat.*

Cap. IV, 3. *Ἀρκετὸς γὰρ*) Simili argumento ad dehortandum utitur Ezechiel XLIV, 6. & XLV, 9. nec non Polybius pag. 1408. lin. 26. *Ego vero scriptores rerum gestarum paululum in patriæ suæ gratiam inclinare debere equidem non diffiteor: ita tamen ut ne adversus rei veritatem ei faveant.* Ἱκανὰ γὰρ τὰ κατ' ἄγνοιαν γινόμενα τοῖς γράφεσιν, ἃ διαφυγεῖν ἄνθρωπον δυςχερές. *Etenim supersunt alia peccata plurima, in quæ ex veri ignoratione scriptores incurrunt; quæ quidem cum homines nati simus, vitare difficile est.*

Ibid. ὁ παρεληλυθὼς χρόνος) Polyb. pag. 173. lin. 4. a f. ἐν τοῖς παρεληλυθόσι χρόνοις.

Ibid. v. 4. *ξενίζονται*) Polyb. pag. 32. lin. antepen. ΞΕΝΙΖΟΜΕΝΟΙ ταῖς τῶν ὀργάνων κατασκευαῖς, *machinæ non prius visæ novitatem admirati.* Pag. 47. lin. 9. a f. κατ' αὐτὸ μὲν τῦτο ΞΕΝΙΖΟΜΕΝΟΙ διετρέποντο. *Hoc uno quod novum ipsis accidebat conturbato.* Pag. 71. lin. 13. a f. τὸ μὲν πρῶτον ἘΞΕΝΙΣΘΗ διὰ τὸ παράδοξον. *Primo stupuit ad inopinatæ rei spectaculum.* Quem locum Camerarius citat.) Pag. 160. lin. 13. a f. pag. 306. lin. 6. Oecumenius, *ξενίζονται*, inquit, *ἀντὶ τῦ θαυμάζεσι κεῖται.*

In

In EPIST. PETRI II.

CAp. I, 13. ἐν ὑπομνήσει) Ὑπόμνησις minus est quam παράκλησις. Polyb. pag. 360. lin. 12. ὙΠΟΜΝΗΣΕΩΣ μόνον, παρακλήσεως δ' οὐ προσδεῖ. *Monere, non etiam hortari oportet.*

Ibid. v. 20. τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι) Caussa his verbis redditur, quare recte agant qui attendunt litteris propheticis, quod eæ sint divinæ originis. Cujusmodi significationem habet participium γινώσκοντες apud Polybium pag. 300. lin. 3. ἔφη δεῖν καὶ μηδεμίαν μὲν εἰληφότας πεῖραν ἐπὶ τοῦ παρόντος τῶν ὑπεναντίων, ἀντὶ δὲ ΤΟΥΤΟ ΓΙΝΩΣΚΟΝΤΑΣ, ὍΤΙ μέλλουσι πρὸς Καρχηδονίους κινδυνεύειν, ἀναμφισβήτητον ἔχειν τὴν τοῦ νικᾷν ἐλπίδα. *Etiamsi nullum præsentis hostis periculum fecissent; tamen vel eo solo nomine, quod cum Carthaginiensibus res ipsis futura sit, certam oportuisse illos dixit atque exploratam victoriæ spem habere.* Similem locum annotavimus ad Rom. VI, 6. Eodem modo Petrus loquitur 2. III, 3.

Cap. II, 1. παρεισάξουσιν) Verbum multis locis obvium apud Polybium. Ut pag. 24. lin. 15. καὶ τῶν ΠΑΡΕΙΣΑΓΕΣΘΑΙ καὶ παρεισπίπτειν εἰωθότων εἰς τὰς πολιορκουμένας πόλεις, *quæ, ut fit in obsessis urbibus, furtim importarentur, aut si quis clanculum vellet ingredi.* Item pag. 133. lin. 7. Et pag. 402. lin. 9. a f. Μουσικὴν ἐπ' ἀπάτῃ καὶ γοητείᾳ ΠΑΡΕΙΣΗΧΘΑΙ τοῖς ἀνθρώποις. *Musicam*

cam ad fraudem & deceptionem hominibus fuisse excogitatam. Pag. 692. lin. 7. a f. & pag. 693. lin. 12. *Videntur mihi veteres nec temere nec sine gravi caussa istas de diis opiniones, & de pœnis apud inferos εἰς τὰ πλήθη* ΠΑΡΕΙΣΑΓΑΓΕΙΝ, *in vulgus induxisse.* Neque tamen ubique hanc habet emphasin, ut clam, furtim & subdole significet. Ut pag. 489. med. οἵους Ἡσίοδος ΠΑΡΕΙΣΑΓΕΙ τοὺς Αἰακίδας. *Quales Hesiodus inducit Æacidas.* Pag. 683. lin. 4. & 10. pag. 684. lin. 24. pag. 771. lin. 5. a f. pag. 928. lin. 9. a fine.

Ibid. v. 3. ὑμᾶς ἐμπορεύσονται) Metaphorice simul & in malam partem accipit & Polybius, quanquam cum accusativo rei, pag. 1357. lin. ult. Καὶ πολλὰ δή τινα πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ΕΜΠΟΡΕΥΩΝ καὶ μεθοδευόμενος, ἀνίει καὶ παρώξυνε τοὺς ὄχλους. *Multa item alia in eam sententiam proprii lucri caussa jactans, & ad fallendum comminiscens, hominum fæcem commovebat atque concitabat.*

Ibid. v. 5. ὄγδοον Νῶε) i. e. *Noam cum septem aliis.* M. Aug. Herm. Franckius in Annotationibus vernaculo sermone conscriptis in quædam Scripturæ loca, contendit Noam hic dici septimum præconem justitiæ, (quam sententiam jam Polus quoque habet in Synopsi,) non vero, ut Lutherus interpretatus est, ipsum cum septem aliis fuisse servatum; quod hoc loquendi genus, ceu ipse ait, licet alicubi reperiatur, rarum tamen sit & inusitatum. Quare

ope-

operæ pretium erit etiam ex Polybio hujus generis exempla apponere. Pag. 589. lin. ult. ἀπαρρεύσαι ΤΡΙΤΟΣ γενόμενος εἰς τὸν χάρακα. *Duobus tantum comitatus vallum intrat.* Pag. 733. lin. 1. ΠΕΜΠΤΟΣ αὐτὸς γενόμενος *quatuor amicis comitatus.* Pag. 1009. lin. 17. a f. ΤΡΙΤΟΣ αὐτὸς ὁ Διονυσόδωρος ἀπενήξατο. *Dionysodorus cum duobus aliis enataverit.* Aliquot præterea exempla jam exstant in Xenoph. Annot.

Ibid. v. 6. ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς] Polyb. pag. 986. lin. 12. ἐπέθηκε μετὰ ταῦτα τὴν ἁρμόζουσαν δίκην, τοῖς δ' ἐπιγενομένοις ΕΞΕΘΗΚΕ κάλλιστον ΥΠΟΔΕΙΓΜΑ πρὸς ἐπανόρθωσιν, τὸν τῶν προειρημένων βασιλέων παραδειγματισμόν. *Fortuna meritas mox ab istis pœnas exegit, & documentum posteris corrigendi vitam ac mores, dictorum Regum supplicium per omnium ora traductum, proposuit.*

Ibid. v. 14. μεστοὺς μοιχαλίδος) *plenos adulterii.* Substantivum μοιχαλὶς ponitur adjective ut Matth. XII, 39. Neque vero est, cur cum *Beza* ad Hebraismum confugiamus. Simile quid habet græca lingva, in qua ἑλλὰς *Græcis* usurpatur pro ἑλληνική. Arrian. de exp. Alex. I, 26, 6. τὴν ἑλλάδα γλῶσσαν ἐξελάθοντο. *Græcanica lingvæ obliti fuerant.* Et, I, 12, 9. φωνὴ ἑλλὰς *lingva græca.*

Cap. III, 1. τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν) Polyb. pag. 482. lin. 17. οὐκ ΕΙΛΙΚΡΙΝΗ τὴν φιλίαν ἄγειν, *non sincere amicitiam colere.* *Ibid.*

Ibid. v. 5. Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας,) *tet enim*, five *fugit hoc ipsos volentes*, volentes ›c nesciunt, nolunt hoc scire. Optime Lu- erus: Muthwillens wollen sie nicht wissen. Ita ane Epictetus hoc participio utitur, castigans m, qui in summo vitæ discrimine jocari vult, idetque philosophi metum, exclamantis, cum ufragium minaretur tempestas lib. 2. cap. 19. g. 219. lin. 8. a f. τί ἡμῖν καὶ σοὶ ἄνθρωπε; ἀπολ- μεθα, καὶ σὺ ΘΕΛΩΝ παίζεις. *Quid nobis um rei est? Perimus, & tu ultro jocaris*; five vo- *ari.*

Ibid. v. 12. προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας παρουσίαν) Cum προσδοκᾶν etiam de iis dica- , quæ minime volumus, ut apud Polybium g. 1301. lin. 4. & Demosthenem, προσδοκῶ κὸν ἄν τι γενέσθαι· propterea illustrandæ simul augendæ sententiæ caussa Petrus addit σπεύ- τας; quod significat *vehementer optantes*. Sic ad Polybium lib. 3. cap. 62. pag. 297. lin. 11. ne: *Sortem in id dejicere jubet; ac binos quibus evenisset, armatos invicem pugnare. Hac voce lita juvenes, manibus repente in cœlum sublatis,* ;οντο τοῖς θεοῖς, ΣΠΕΥΔΩΝ ἕκαστος αὐτὸς γενέ- ῃ τῶν λαχόντων, *precabantur deos, se quisque esse optans, quem fortuna ad id certamen delige-*

Pag. 387. lin. 18. *Quum ad multitudinem um adiissent Messenii, orantes ne se tam manife- celere oppressos desererent: cupientes etiam in munis societatis fœdus recipi*; καὶ ΣΠΕΥΔΟΝ- ν ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις ἐπιγραφῆναι, *& ut columnæ*

fæ-

fœderis suum cum ceteris nomen inscriberetur, admodum optantes. Item pag. 213. lin. 16. In his locis, præsertim quem primum posui, quis non videt, σπεύδειν esse *optare & cupidissime desiderare*? Neque dubium est, quin hoc sensu æque possit cum accusativo construi, ac cum infinitivo; cum illius constructionis exempla dentur plurima, ut apud Jes. XVI, 5. σπεύδων δικαιοσύνην, Homerum γάμους σπεύδειν, item Herodotum lib. 1. pag. 17. B. aliosque, ceu videre est in Lexicis & Commentario Gerhardi in h. l.

In I. EPIST. JOHANNIS.

CAp. II, 16. ἀλαζονεία τοῦ βίου) Liceat mihi quæ ad hunc locum ex Xenophonte annotavi, Polybii auctoritate retractare. Cum Xenophon aliique Græci Scriptores ἀλαζονείαν ita definiant, ut eam dicant esse jactantiam hominum plura pollicentium quam præstare possint; cumque illius significationis, quam Lutherus in versione Germanica expressit, nulla reperirem in Lexicis exempla: in mentem mihi tunc veniebat suspiciari, si forte eadem hic intelligenda sit ἀλαζονεία τοῦ βίου, quæ apud Jacobum IV, 16. cum quis vitæ suæ rationes in longinquum disponit, atque ita quasi vitæ suæ dominum se jactat. Sed licet & *Erasmus Schmidius* ἀλαζονείαν hic exponat vanam & inanem gloriationem virium suarum, eidemque hac in parte assentiatur etiam *Sebastianus Schmidius*: tamen

verio-

riorem esse Lutheri interpretationem
bitror, *superbam vitam* vertentis; quam
men malim eo sensu accipere, quo
ılgo superbam vitam in vernaculo ser-
one dicimus pro *magnifico splendidoque*
paratu atque cultu vita; cum Lutherus in Glos-
eam trahat potissimum ad ambitionem, po-
ıtiam, gloriam & fastum. Quanquam for-
se nihil vetat, vocabulum hoc latius exten-
re, licet exempla nobis adhuc desint. Ver-
Polybii, quibus maxime moveor, hæc sunt
6. cap. 55, pag. 694. lin. 16. à fine: *Postquam*
itas aliqua multa eaque magna pericula fuit elu-
a; jamque ad principatum & potentiam non con-
versam pervenit: palam est ubi mora longi temporis
ta fortuna suam sedem in ea civitate firmaverit,
μὲν ΒΙΟΥΣ γίνεσθαι πολυτελέστερους *in mores hu-*
s irrepere, (sive vitæ rationem fieri sumptuo-
em,) *in animos virorum ambitionem & pervica-*
n, tum circa magistratus tum circa alia incepta;
ubi semel creverint mala, ἄρξει μὲν τῆς ἐπὶ τὸ
ον μεταβολῆς ἡ φιλαρχία, καὶ τὸ τῆς ἀδοξίας
ς. πρὸς δὲ τούτοις Η ΠΕΡΙ ΤΟΥΣ ΒΙΟΥΣ ΑΛΑ-
ΝΕΙΑ, *mutationis in deterius principium existet*
onoribus per ambitionem petitis aut negatis: item-
ab illa arrogantia & luxu quo privatorum mores
t depravati. Hic quis non videt τὴν περὶ τοὺς
ἀλαζονείαν luxum dici omnis generis, ne-
in cultu solum, in vestibus, domibus, villis,
elle&ctile, famulitio, aliisque, sed etiam in
Xx victu

victu tum quotidiano, tum quo in conviviis sese ostentant homines splendoris cupidi. Sed & alter locus Polybii est, in quo *ἀλαζονεία* hoc sensu exstat, lib. 4. cap. 3. pag. 378. lin. 4. *Αἰτωλοὶ πάλαι μὲν δυσχερῶς ἔφερον τὴν εἰρήνην καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων δαπάνας· ὡς ἂν εἰθισμένοι μὲν ζῆν ἀπὸ τῶν πέλας, δεόμενοι δὲ πολλῆς χορηγίας διὰ τὴν ἔμφυτον* ΑΛΑΖΟΝΕΙΑΝ. *ᾗ δουλεύοντες ἀεὶ πλεονεκτικὸν καὶ θηριώδη ζῶσι βίον, οὐδὲν οἰκεῖον, πάντα δ' ἡγούμενοι πολέμια. Jamdudum iniquo animo pacem ferebant Ætoli, & quod suis se sumptibus sustentare cogebantur; gens assueta ex rapto vivere, & multis vitæ præsidiis egens propter insitam arrogantiam: cui dum indulget, aliena appetere, ac ferinam quandam agitare vitam consuevit: nihil amicum, omnia hostilia reputans.* De quo vitio Cicero in officiis ita lib. 1. cap. 8. *Delectant etiam magnifici apparatus, vitaque cultus cum elegantia & copia. Quibus rebus effectum est, ut infinita pecuniæ cupiditas esset.* Sed & tertium locum, quo de perversa elegantioris cultus æmulatione agitur, nobis conservavit Suidas, citatum in Polybii fragmentis a Casaubono pag. 1522. *Τοῖς γὰρ πλείστοις ὑπεγεγόνει τις ζῆλος ἐκ τῆς τῶν ἄλλων* ΑΛΑΖΟΝΕΙΑΣ, *καὶ τῆς ἀκαιρίας. ἐσπούδαζον γὰρ τὰς ἀκολουθίας, καὶ τὰς ἐσθῆτας διαφερόντως. καί τις ἦν περὶ τοὺς πλείστους καλλωπισμὸς ὑπερέχων τὴν ἐκ τοῦ βίου χορηγίαν.* Adjectivum etiam *ἀλαζονικώτερον* videtur similiter usurpari pag. 1234. lin 7. *διὰ τὸ, τὸν μὲν Πολυάρατον,* ΑΛΑΖΟΝΙΚΩΤΕΡΟΝ *ὄντα καὶ κενόδοξον, ὑπόχρεων πεποιηκέναι τὴν οὐσίαν,*

quod

quod Polyaratus quidem homo ad ostentationem & inanem gloriam comparatus, contracto aere alieno, bona sua omnia creditoribus opposuerat. Occurrit & βίος in singulari numero de moribus pag. 537. lin. 6. *Contemnens Ptolemaeum διὰ τὴν ἀσέλγειαν ΤΟΥ ΒΙΟΥ καὶ τῆς ὅλης αἱρέσεως, ob luxum atque impuram ejus vitam, & genus universum institutorum.*

Ibid. v. 27. οὐκ ἔστι ψεῦδος) i. e. ψευδές. Similiter hoc ipsum substantivum loco adjectivi usurpavit Polybius pag. 814. lin. 14. *Etsi non fugit me, proditum a multis, esse eum circuitum passuum quinque millium.* Τὸ δ' ἐστὶ ΨΕΥΔΟΣ, *sed hoc falsum est.*

Cap. III, 3. ἁγνίζει ἑαυτὸν, καθὼς ἐκεῖνος ἁγνός ἐστι.) In eandem sententiam philosophatur Epictetus apud Arrianum lib. 2. cap. 14. εἶτα ποῖοί τινές εἰσιν; οἷοι γὰρ ἂν ἐκεῖνοι εὑρεθῶσι, τὸν ἐκείνοις ἀρέσοντα καὶ πεισθησόμενον ἀνάγκη πειρᾶσθαι κατὰ δύναμιν ΕΞΟΜΟΙΟΥΣΘΑΙ ἐκείνοις. εἰ πιστόν ἐστι τὸ θεῖον, καὶ τοῦτον εἶναι πιστόν. εἰ ἐλεύθερον, καὶ τοῦτον ἐλεύθερον. εἰ εὐεργετικὸν, καὶ τοῦτον εὐεργετικόν. εἰ μεγαλόφρον, καὶ τοῦτον μεγαλόφρονα. ὡς θεοῦ τοίνυν ζηλωτὴν, τὰ ἑξῆς πάντα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν. *Deinde quales sint dii considerandum. Quales enim illi reperti fuerint, eum qui illis placere & obedire vult, necesse est conari pro viribus ut illis similis fiat. Si fidelis est Deus, & hunc oportet esse fidelem: si liberalis, & hunc liberalem: si beneficus, & hunc beneficum: Si magnanimus, & hunc magnanimum*

mum: tanquam Dei denique imitatorem omnia reliqua & facere & loqui oportet.

Ibid. v. 9. ὐ δύναται ἁμαρτάνειν,] i. e. qui ex Deo natus est, & totum se ad ejus imitationem composuit, tantum animo concepit odium peccati, adeoque ab eo abhorret perpetua vitæ consuetudine, ut non possit idem comittere; non quasi per rerum naturam non possit, sed quod per mores suos non facile possit, qui ab eo sunt alienissimi. Sic e contrario qui fraudibus quasi innutriti sunt, fidem servare non posse dicuntur Polybio pag. 693. lin. 20. *Qui publicam pecuniam tractant, apud Græcos quidem si vel unum duntaxat talentum fuerit eis creditum, decem rescriptoribus adhibitis, sigillis totidem, testibus autem duplo pluribus*, ΟΥ ΔΥΝΑΝΤΑΙ τηρεῖν τὴν πίστιν, *fidem tamen servare non possunt.* Pag. 847. lin. 2. *Si parum ipsi justa caussa videretur, cur Carthaginienses accusaret, pro certo statueret*, ὡς ὐδὲ τὴν πρὸς Ῥωμαίυς ΔΥΝΑΝΤΑΙ τηρεῖν πίστιν, *eum se esse qui neque Romanis fidem foret servaturus.* Pag. 755. lin. 7. τίς γὰρ ὐκ ἂν ἀπιστήσαι, πῶς Ῥωμαῖοι πολλαῖς μὲν ἡττημένοι μάχαις ὑπὸ Καρχηδονίων, ὐ τολμῶντες κατὰ πρόσωπον ἔτι συγκαθίστασθαι τοῖς ὑπεναντίοις ὅμως ὔτ' εἴκειν ΟΙΟΙ Τ' ΗΣΑΝ, ὔτ' ἐκχωρεῖν τῶν ὑπαίθρων. *Nam quis non ambigat, quomodo Romani qui post tot clades a Pœnis acceptas, prodire in aciem ad dimicandum recta fronte cum hostibus non audebant; iidem tamen victos se fateri, & locis nec munitis excedere, nequaquam sustinerent.* Arrian. Epict. pag. 250. lin. 5. a f. *Quid ergo est optimum omnium re-*

rerum? quid dicam? facultatem dicendi? ΟΥ ΔΥΝΑ-ΜΑΙ, *non possum* hoc dicere; quia nempe id falsum esse judicabat. Sic nec qui ex Deo natus est, peccare potest, quod id impium judicet. Item pag. 255. lin. 4. ΟΥ ΔΥΝΑΜΑΙ ἄλλο βλέπων τὸ κράτιστον καὶ τὸ κυριώτατον, ἄλλο λέγειν ἕνεκα τῦ ὑμῖν χαρίσωμαι. *Non possum, cum aliud videam optimum & præstantissimum, dicere aliud esse, ut vobis gratificer.* Sed & in N. T. similes loci exstant, Matth. XII. 34. Luc. XI. 7. Joh. VI. 60. ubi & exemplum hujus locutionis ex Arriano produximus, item Act. IV. 20. & Jer. XIII. 23.

Ibid. v. 13. Μὴ θαυμάζετε ἀδελφοί μυ, εἰ μισεῖ) Arrian. Epict. lin. 1. cap. 16. init. ΜΗ ΘΑΥΜΑΖΕΤΕ, ΕΙ τοῖς μὲν ἄλλοις ζώοις. *Ne miremini, quod aliis quidem animalibus omnia ad corpus necessaria parata sunt, non solum cibus & potus, sed & cubilia.* Particula εἰ post θαυμάζω, non conditionem, sed caussam admirationis significat, uti exemplis ex Xenophonte ostendimus ad Marc. XV. 44.

Ibid. v. 22. τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτῦ ποιῦμεν.) De his integrum caput 13. lib. 1. exstat apud Arrianum in dissert. Epict. cujus inscriptio est: Πῶς ἕκαστά ἐστι ποιεῖν ἀρεστῶς θεοῖς. *Quomodo omnia ita liceat agere, ut Deo placeant.*

Cap. V. 18. ὐχ ἅπτεται αὐτῦ) *non tangit eum*, i. e. non lædit. Est λιτότης, qualis & Psal. CV. 15. & apud Polybium pag. 1371. lin. 10. a fine:

a fine: *Cum Philippus belli adversus Ætolos ac Lacedemonios suscepti causa continue a Macedonia disp...retur, non modo ex supra dictis gentibus nullus ... lavit, ἀλλ' ἐδὲ τῶν ϖεἰοικέντων ἐτόλμησε ... ἐδεὶς ΑΨΑΣΘΑΙ τῆς Μακεδονίας, sed nec ... rum quisquam barbarorum Macedoniæ fines contingere est ausus.* Habet autem hæc dicendi figura insignem emphasin, ut apparet ex pag. 1... lin. 13. *Quum reprehendere ipsum Senatus ... & ne ejusmodi sermones haberet impedire, manu militari succinctus, ad vim faciendam se compar... jubens magistratum ut accederet, appropinquaret ... τολμῆσαί τινα μόνον ΑΨΑΣΘΑΙ τῆς χλαμύδος, ... deret aliquis vel chlamydem suam attingere.*

Ibid. v. 19. ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται) Græce ... citur *in aliquo positum esse*, pro *in alicujus potestate esse.* Polyb. pag. 644. lin. 14. a f. *ut incepta sua destinata consilia perducere ad exitum duces exercituum possint, aut non possint,* ΕΝ ΤΗ ΣΥΓΚΛΗΤΩ ΚΕΙΤΑΙ *in voluntate sive potestate positum est Senat.* Alibi *regnum* dicitur ἐν ὀρθῷ κεῖσθαι, pag. 13... lin. antepen. *Rex Cappadociæ Ariarathes, ... reditum eorum legatorum quos Romam miserat, ...* σας ἐκ τῶν ἀποκρίσεων ΕΝ ΟΡΘΩ ΚΕΙΣΘΑΙ τὴν βασιλείαν αὐτῷ, ἐπειδὴ καθῆκται τῆς Ῥωμαίων εὐνοίας *persuasus ex eorum responsis in tuto sibi regnum esse collocatum, quando semel benevolentiam Romanorum esset nactus.* Allegat Drusius ex Plauti Mercatore Act. 5. sc. 3. v. 3. *Mea uxor tota in fermento jacet*, i. e. irata est. Pro quo dicitur in Casin. Act. 2. sc. 5. v. 17. *Nunc in fermento tota est, ut*

urget mihi. Non longe hinc abit phrasis ἐν καλῷ θέσθαι apud Polyb. pag. 154. lin. 16. ἐν καλῷ θέσθαι τὰ κατὰ τοὺς Κελτούς. Extra periculum a Gallis, rempublicam collocare. Quodsi absque articulo scriptum esset ἐν πονηρῷ κεῖται, intelligerem totum mundum malum esse, nunc addito articulo potius interpretandum videtur: totus mundus diabolicus est, diabolique nutu & arbitrio regitur, & ad omnia flagitia impellitur.

In II. EPIST. JOHANNIS.

v. 10. χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε) Arrian. Epict. lib. 3. cap. 22. pag. 349. lin. antepenult. ἢ δοκεῖ σοι, ὅτι ΧΑΙΡΕΙΝ ἂν ΑΥΤΩ ΛΕΓΗ ΠΡΟΣΕΡΧΟΜΕΝΟΣ, φίλος ἐστὶν αὐτοῦ; An censes, si accedens salvere jubeat ipsum, propterea esse amicum?

v. 11. κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις) Polyb. pag. 306. l. 2. παντὸς ΚΟΙΝΩΝΕΙΝ ΕΡΓΟΥ καὶ κινδύνου τοῖς περὶ τὸν Αννίβαν. Omnibus consiliis & periculis Annibali esse participes.

v. 12. Πολλὰ ἔχων ὑμῖν γράφειν,) Multa cum haberem vobis scribenda. Eadem significatio hujus participii apud Polyb. pag. 790. lin. 17. ine: οὐ μὴν ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν γεγονότων ΕΧΩΝ ΠΟΛΛΑ ΛΕΓΕΙΝ, ἀρκεῖν ἡγοῦμαι. Verum de rebus iam gestis, quum possem plurima commemorare, hæc satis erit dixisse.

In EPIST. JUDÆ.

V. 3. πᾶσαν σπȣδὴν ποιȣ́μενος) Σπȣδὴν ποιεῖϑαι familiaris phrasis Polybio, pag. 117. lin. 17. ΜΕΓΑΛΗΝ ΕΠΟΙΕΙΤΟ ΣΠΟΥΔΗΝ εἰς πᾶν τὸ παρακαλȣ́μενον ὑπ' αὐτῶν, *studiose quidquid rogaverant, ipsis contulerat.* Item pag. 529. lin. antepen. pag. 530. lin. 19. pag. 548. lin. penult. pag. 877. lin. 5. a fine: πρὸ γε μὴν τȣ̃ παρ' ὅλον τὸν βίον ἀληϑεύειν, ΜΕΓΙΣΤΗΝ ΕΠΟΙΗΣΑΤΟ ΣΠΟΥΔΗΝ. *Ante omnia id summo studio per omnem vitam curabat, ut vera loqueretur.* Epict. Enchir. 76. περὶ ἐκεῖνον ἐστιν ἡμῖν ἡ ΠΑΣΑ ΣΠΟΥΔΗ. *In eo omne studium nostrum consumimus.*

V. 6. οἰκητήριον) Vocabulum prorsus conveniens cœlestibus illis sedibus, quas Principes isti Angelici initio incoluerunt, antequam regno suo excidissent. Polyb. pag. 1072. lin. 14. a f. *Lysimachenses ex inopinato a Thracibus urbe sua eversos quod in patriam restituat, eamque frequentet coloniam, nullam in eo se Romanis injuriam facere, neque enim id agere se, ut populum Romanum bello lacessat,* Σελεύκῳ δ' ΟΙΚΗΤΗΡΙΟΝ ἑτοιμάζειν, *verum ut Seleucus filium eam sedem regni habeat.*

V. 7. πυρὸς αἰωνίȣ δίκην ὑπέχȣσαι) Polyb. pag. 1095. lin. 21 τῶν δὲ γεγονότων εἰς Ἄτταλον ἀδικημάτων ΔΙΚΑΣ ΥΠΕΧΕΙΝ ἐν ἴσῳ κριτηρίῳ. *Injuriarum quas Attalus accepit, apud æquas judices rationem redderet.* Et pag. 1334. lin. 10. τὸν Περσέων ἀναγκάσαι ΔΙΚΑΣ ΥΠΟΣΧΕΙΝ Ἀτταλῳ τῶν κατὰ

τὰ πόλεμον ἀδικημάτων. *Prusiam pro injuriis bello illatis pœnas Attalo pendere cogerent.* Pag. 1392. lin. 14. a f. θανάτε κρίσιν ΥΠΕΧΕΙΝ, *capitis judicium subire.*

v. 9. κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας.) Polyb. pag. 1381. lin. 5. a f. Ψευδῆ διαβολὴν ΕΠΕΝΕΓΚΑΣ, *conficta adversus eum calumnia.*

In APOCALYPSIN JOANNIS.

Ap. II. 21. ἔδωκα αὐτῇ χρόνον) *Tempus dare* est tempus prorogare, spatium & moram concedere. Sic & Polybius loquitur pag. 646. lin. 7. a fine: *Omnium istorum jus & arbitrium est penes senatum.* Καὶ γὰρ ΧΡΟΝΟΝ ΔΟΥΝΑΙ, *nam & diem* (solvendæ scil. mercedis) *proferre potest, & si quæ intervenerit calamitas, mercedum parte publicanos relevare.* Et pag. 880. lin. 15. a f. ἐκέτι ΧΡΟΝΟΝ ΕΔΩΚΕΝ ἐδ' ἀναστροφήν.

Cap. III, 15. ὄφελον ψυχρὸς εἴης ἢ ζεστός.) Similis sententia in Enchirid. Epicteti cap. 36. *Vide ne, ut pueri, nunc philosophus, mox publicanus, post orator, denique Cæsaris procurator fias.* Ταῦτα ἐ συμφωνεῖ. ἕνα σε δεῖ ἄνθρωπον, ἢ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν εἶναι. *Ista non consentiunt: unum te oportet hominem, vel bonum vel malum esse: aut exercenda tibi ratio & mens est, aut res externa excolendæ: aut in internis elaborandum, aut in externis: hoc est, aut philosophi tuendus locus, aut hominis plebeji.*

Cap. XI. 7. ποιήσει πόλεμον) *Bellum faciet.* Ita & Latini loquuntur, Corn. Nep, 10, 4, 3. & 17, 2, 1. & Polybius pag. 38. lin. 21. περὶ Σικελίας ΠΟΙΗΣΟΝΤΑΙ ΤΟΝ ΠΟΛΕΜΟΝ, *de Sicilia ipsis postmodum certamen futurum.* Et πράσσειν πόλεμον pag. 221. lin. 6. item ποιεῖσθαι τὴν μάχην *pugnam committere* pag. 927. lin. 16. af.

Cap. XII. 7. ἐγένετο πόλεμος) Bene vulgata; *factum est prælium*, & paucis post verbis ἐπολέμησαν *præliabantur.* Placet adscribere, quæ Casaubonus annotavit Comment. in Polybium pag. 147 ex Diodoro: Καρχηδονίων ΠΟΛΕΜΗΣΑΝΤΩΝ, καὶ ἡττηθέντων: *Pœni quoque pugna cum Romanis inita, victi sunt.* πολεμεῖν hoc loco non est bellum gerere, sed pugnare, nam & πόλεμος sæpe Diodoro pugnam significat & cædem, non bellum. libro 3. in descriptione navalis prælii: πολὺς ΕΓΕΝΕΤΟ ΠΟΛΕΜΟΣ. ἁπάντων ἀφειδῶς τὰ σώματα τοῖς κινδύνοις ἐπιῤῥιπτούντων. *acriter pugnatum est*, vel, *multa cædes facta est.* libro 24. παρ᾽ ἀμφοτέρων ΠΟΛΕΜΟΣ ΕΓΕΝΕΤΟ μέγας. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν πόλεμον ἀπέβαλον Καρχηδόνιοι ναῦς μζ. In Ecloga 8. lib. 20. Αννων πολεμήσας, male interpres vertit *bellum persecutus*, imo vero *pugna inita.* Maccab. lib. 1. cap. 9. καὶ ΕΓΕΝΕΤΟ Ο ΠΟΛΕΜΟΣ συνημμένος ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας. & cap. 10. συνῆψαν αἱ παρεμβολαὶ ἐς πόλεμον. Conf. Not. ad 1. Cor. XIV. 8.

Ibid. v. 9. ὁ καλούμενος διάβολος καὶ ὁ σατανᾶς.] Vulgo quidem creditur nomen diaboli calumniatorem sonare; & habet omnino istam

quo-

quoque significationem: sed quando pro Hebræo verbo Satanæ i. e. adversarii ponitur, videtur potius ea notio verbi διαβάλλω sequenda, quæ est a *Budæo* annotata, ut sit pro συγκρέω, *inimicos reddo.* Plato de rep. lib. 6. μὴ διάβαλλε ἐμὲ καὶ θρασύμαχον ἄρτι φίλυς γεγονότας. Et pass. διαβάλλεσθαι vel potius in præt. διαβεβλῆσθαι *odio habere*, apud Epictet. in enchirid. cap. 2. διαβεβλημένυ πρὸς τὰ ἐκτός. Ad quem locum *Mericus Casaubonus* erudite hæc observavit: apud Philostratum διαβάλλεσθαι pro ἀπεχθάνεσθαι, seu *odio habere* singulis fere paginis; ut b. m. parenti in Strabonem recte notatum, & hinc forte Διάβολος; ut Hebræo שטן ad amussim respondeat. Hæc *Casaubonus.* Similiter Arrian. in Epict. dissert. lib. 2. cap. ult. πᾶσα ψυχὴ λογικὴ φύσει ΔΙΑΒΕΒΛΗΤΑΙ πρὸς μάχην. *Omnis anima rationis particeps odit pugnam.* Huc facit, quod in V. T. שטן vertitur per ἐνδιαβάλλειν Ps. XXVIII. 21. LXXI. 13. CIX. 4. 20. 29. Polybius etiam διαβολὴν dicit pro *odio* lib. 1. cap. 67. p. 94. l. antep. γενομένης ὀργῆς, ἢ ΔΙΑΒΟΛΗΣ, ἢ στάσεως. *Ira commota, aut odio concepto, vel seditione orta.* Et paulo post: ὅταν ἅπαξ εἰς ὀργὴν καὶ ΔΙΑΒΟΛΗΝ ἐμπέσωσι πρός τινας. *Ubi semel iram et odium contra aliquos susceperint.* Et pag. 1287. l. 9. a f. ΔΙΑΒΕΒΛΗΜΕΝΟΙ πρὸς αὐτὸν, *cum odium eius concepissent.* Quare bene nos interpretamur diabolum den bösen Feind. Nam Teufel videtur ex Græco διάβολος factum.

Cap. XIII. 18. ὁ ἔχων τὸν νῦν.) Arrian. Epict. p. 68. lin. 24. εἰ ΝΟΥΝ ΕΙΧΟΜΕΝ, *si saperemus.* c non pag. 134. lin. 15.

Cap.

Cap. XIV. 12. πίςιν Ἰησοῦ) *fidem erga JEsum.* Exempla vide Marc. XI. 22.

Cap. XVIII. 17. ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται) Elegantissima phrasis, qua & Aristoteles utitur problem. sect. 38. probl. 2. pag. 640. G tom. 2. Διὰ τί οἱ ἁλιεῖς καὶ πορφυρεῖς, καὶ ἁπλῶς ΟΙ ΤΗΝ ΘΑΛΑΤΤΑΝ ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙ, πυῤῥοί εἰσι; *Quam ob causam piscatores, & purpurarii, & omnes qui rem exercent marinam, rufo sunt omnes colore?* Iidem ἐργάται τῆς θαλάσσης dicuntur Arriano de exp 7, 19, 8. πορφυρέων τε πλῆθος, καὶ τῶν ἄλλων ΟΣΟΙ ΕΡΓΑΤΑΙ ΤΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ, ἀφῖχθαι αὐτῷ ἐκ Φοινίκης τε καὶ τῆς ἄλλης παραλίας. *Et purpuras piscantium aliorumque marinorum operariorum multitudinem ex Phœnice atque universa maritima ora ad eum venisse.* Sic ἐργάζεσθαι τὴν γῆν *agrum colere*, 1, 24, 11. 3, 17, 14. τὴν χώραν 4, 25, 6. 6, 17, 12. Et Polybius τὰς ἐκ τῆς θαλάττης ἐργασίας dicit *quæstus qui ex mari fiunt* pag. 440. lin. 14. & πλῆθος θαλαττουργὸν, *multitudinem hominum nauticas artes exercentium* pag. 810. lin. 25. & pag. 813. lin. 10. a fine.

Cap. XX. 4. πεπελεκισμένων) *securi percussorum.* Polyb. pag. 10. lin. 14. μαστιγώσαντες ἅπαντας κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ΕΠΕΛΕΚΙΣΑΝ, *flagris cæsos, pro more populi Romani, securi percusserunt.*

Cap. XXI. 5. Καινὰ πάντα ποιῶ) Desumpta hæc sunt ex Jesaia XLIII. 19. ubi agitur de populo Israelitico reduce ex captivitate. Simile quid Polybius fortunæ tribuit, quam ait omnia

irmo-

nnovasse eo tempore, quo ubique fere novi con-
ltituti erant reges, pag. 377. lin. 7. διὰ τὸ καὶ τὴν
ύχην ὡσανεὶ ΚΕΚΑΙΝΟΠΟΙΗΚΕΝΑΙ ΠΑΝΤΑ τὰ κα-
ὰ τὴν οἰκυμένην ἐν τοῖς προειρημένοις καιροῖς. *Quod
a tempestate Fortuna universis prope Orbis terra-
um partibus novam quasi faciem induxerit.* Et pau-
o inferius: ὕτω δὲ τοιαύτης περὶ πάσας τὰς δυνα-
ίας ΚΑΙΝΟΠΟΙΙΑΣ ὔσης. *Hoc igitur modo innovatis
bique locorum potestatibus.* Exstat idem verbum
ag. 282. lin. 1.

Cap. XXII. 18. & 19. ἐάν τις ἐπιτιθῇ πρὸς
ῦτα] Polyb pag. 703. lin. 16. ἐὰν δὲ δοκῇ ἡμῖν
ΦΕΛΕΙΝ ἢ ΠΡΟΣΘΕΙΝΑΙ πρὸς τόνδε τὸν ὅρκον. *Huic
deri si quid nobis vel demere vel adjicere visum erit.*
em pag. 1443. lin 18.

ADDITAMENTUM
in Vetus Testamentum.

Xod. Cap. IV. 25. *acutissimam petram)* Saxis
pro ferro usos veteres, ad hunc locum anno-
unt interpretes ex Herodoto, Plinio, aliisque;
ibus addamus Arrianum in Hist. Indica cap.
, 9. de Oritis, gente quadam Indica, hæc nar-
item: *Ungvibus sunt quasi ferinis: siquidem ungvi-
loco ferri uti dicebantur, pisces que iis discindentes,
a etiam molliora iis secabant:* τὰ δὲ ἄλλα τοῖς ΛΙ-
ΙΣΙ τοῖσιν ΟΞΕΣΙΝ ἔκοπτον. σίδηρος γὰρ αὐτοῖ-
ὐκ ἦν. *ad duriora saxis acutis utebantur: ferrum
d eos non erat.*

Jes.

Jes. Cap. I, 15. *expandentibus vobis manus vestras*) Septuaginta interpretes: ὅταν ἐκτείνητε τὰς χεῖρας. Gestus hic est divinam opem implorantium. Unde eadem phrasis a Polybio usurpatur pro *aliorum auxilium exposcere*. lib. 2. cap. 47. pag. 185. lin. 14. a fine: βυλόμενοι μὴ φαίνεσθαι πρὸς ἑτέρυς ΕΚΤΕΙΝΟΝΤΕΣ ΧΕΙΡΑΣ. *Existimari nolebant ullum alium respicere*, sive ab aliis opem petere.

Jer. cap. XVI. 6. *neque calvitium inducet sibi pro illis quisquam*.) Hunc morem a gentibus acceptum observabant Judaei, contra legem Levit. XIX. 27. 28. & Deut. XIV. 1. Ejusdem moris mentio fit & apud Ezech. XXVII. 31. & apud Arrianum de exp. Alex. 7, 14, 7. κείρασθαι Ἀλέξανδρον ἐπὶ τῷ νεκρῷ τὴν κώμην. *Praescidisse Alexandrum propter hunc mortuum comam*.

Ezech. cap. XVII. 4. *in terram negotiatoriam*) Babyloniam intelligi certum est ex v. 12. In ea vero vel prope eam regio fuit, κατ' ἐξοχὴν ἐμπορίη γῆ *mercatoria terra* dicta, uti constat ex Arriani Hist. Indica 41, 7. *ad Euphratis ostia appulerunt, & ad pagum quendam Babylonicae regionis, cui Diridotis nomen est, pervenerunt*. Ινα λιβανωτόν τε ἀπὸ τῆς ΕΜΠΟΡΙΗΣ ΓΗΣ. οἱ ἔμποροι ἀγινέυσι, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα θυμιήματα ἡ Ἀράβων γῆ φέρει. *quo & thus ex mercatoria terra mercatores apportant, & alia aromata quaecunque fert Arabia*. Fit etiam alius regionis mentio, cui nomen *Emporia* fuit, apud Polybium pag. 1319. lin. 7. τὸ κάλλος τῆς χώρας, ἣν καλῦσιν Ἐμπόρια, *bonitas regionis, quam vocant, Emporia*; sed haec sita fuit in Africa.

2. Maccab. cap. IX. De morte Antiochi haec narrantur in Excerptis ex Polybio de virtutibus & vitiis Lib. XXXI. pag. 1453. med. *In Syria Antiochus Rex avidus parandae pecuniae, ad templum Dianae in Elymaïdem exercitum duxit, quo cum pervenisset, spe sua frustratus, eo quod barbari accolae tantum scelus fieri prohiberent, regressus Tabis, quae Persidis civitas est, e vivis discessit, insania, ut quidem ajunt, correptus ob quaedam signa atque ostenta, quae ob violatam religionem templi istius ab infenso numine edita erant*.

In-

INDEX VERBORUM.

κα-

ἀπαι

Y y ἀπο-

B.

βι-

 ἐπι-

In-

κα-

κύριε

μῦθοι

ὄνο-

πρoελ-

συ-

Φε-

IN-

INDEX ANNOTATIONUM.

MATTHÆUS.

X.

INDEX ANNOTATIONUM.

XIV.

INDEX ANNOTATIONUM.

XIV.

Cap.

VI.

L. S.

Ad errata typographica quod attinet, licet altera statim Dedicationis pagina *vivi* pro *vixi* excusum sit: similia tamen non facile repertum iri spero. A pagina 640. saltus factus est in numerandis paginis ad 661. Et annotatio ad vocem *αἰσχροκερδῆ* Tit. I.7. quæ pag. 627. poni debuisset, ad paginam proxime præcedentem relata est. Vale.







